ABORENSIS

SENTENTIAR

ET

EXEMPLA

Universidad de Deusto
Biblioteca
Est.
Plút.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SENTENTIAE,
& exempla

Ex probatissimis quibusque scriptoribus collecta, & per locos communes digesta per Andream Eborensem Lusitanum.

Et ne oneroso volumine grauaretur lector, totum opus in duos diuisum est tomos: quorum alter sententias, alter exempla refert.



LVGDVNI,
APVD THEOBALDVM
PAGANVM.
1557.

26076

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTOREM EPIGRAMMA.

Vt cùm per virides ſyluas, ſaltúſque vagatur,
Solerti cura mella recondit apis:
Sic legit hos flores Eboræ felicis alumnus
Autorum in campis lector amice tibi.
Nam quicquid ſcitu dignum cecinere poëtæ,
Quicquid ſcriptorum ſeu monumenta tenent,
Seu quicquid diuûm ſacrata volumina condunt,
Diſpoſitum mira ſedulitate refert,
Vt facilè poſsis in promptu ſemper habere,
Quæ fuerant varijs ſæpe petenda locis.
Si ſapis, oblatos inter verſabere flores:
Hîc mella inuenies, nectar, & ambroſiam.

Ornatiſsimis atque religioſiſsimis Olyſsipponenſis collegij, ordinis Prædicatorum patribus Andreas Eborenſis vtranque S.

Vplici nomine (digniſsimi patres, patrocinium veſtrum in noſtros elegeram flores, & quòd à primo ſapide dicati ſunt Domino, & quòd congregationem veſtram affectuoſiſsimè veneror. iámque accingebar operi, am cum chartis luctabatur ingenium, ùm veſtri nominis autoritas, vitæ ac

religionis integritas, & ſtudiorum conſideratus ſplendor me totum proſtrauit in faciem. Quid tunc agerem neſciebam. ſubſiſtere, timoris: progredi, temeritatis erat. Caſus tandem pro conſilio fuit: nanque dum ſoporatum iudicium à ſeucritatis conſideratione ſubtraho, dum ſubmiſſos oculos in vtranque veſtræ profeſſionis nobilitatem ſubleuo, noua tunc manſuetudinis lux, noua benignitatis effulſit facies, quæ propoſitum meum fecit inuictum: quæ prouocare in patronos compulit, quos prius verebar iudices. Illos itaque amplexus, quibus me aliquando admittitis hoſpitem, in noſtræ fœturæ congratulationem flagito. Non eſt, quòd ex opificis tarditate pretium reputetur operis. vicimus (Patres) vicimus expectationem

tionem noſtram: date locũ glorioſis vocibus (ſcriptorum enim gloriam, non noſtram prædico) religioſis nanque auribus grauem, caſtam, & fructuoſam lectionem offerimus, veſtro prorſus & applauſu & commendatione dignam, cum quòd ſcriptorum veneration i plurimum tribuendum ſit, tum quòd ex variæ lectionis floribus illos tãtùm decerpſimus, qui vel neruis conſtarẽt, vel ſpiritũ ſaperent: cæteros, aut quòd virtuti minus fauerent, aut quòd diſpliceret prolixitate ſua, ex induſtria reiecimus: quoſdam etiam, vt noſtris conatibus ſublimiores omnino prætermiſimus. cuius ſunt generis, qui in antiquis ac recentioribus Spiritus ſancti literis continentur. quos reuereri, quàm tranſcribere, ſanctioris pietatis arbitror. in

ipso enim Scripturæ campo, vt in hæreditario solo, seuerius, efficacius, atque fidelius personant. Cæterùm semipagano homini, & in humanis literis discenti, quàm præcipienti proximo, ab ethnicis scriptoribus antiquorũ vendicasse sentẽtias et exempla, & ex nostris digniora collegisse sit satis. Sed quid improuidus deserta hostibus statione, inter verborũ lenocinia demoror? ecce agmine facto, ruunt detrahentium voces, & quasi in aliena castra transfugerim proditor, vociferantur ac fremunt. Insurgat (grauissimi Patres) vestræ seueritatis gladius: ad cuius aciem ingrata iudicia procidant, fateantúrque animi omnino non illiberalis esse, certe prorsus nõ ignaui ingenij, mensuram in honestis transcendere, & quod nõ possit viribus, arte

& industria conficere. Sed iam ad reliqua propero, vt pientissimis patribus meis, eisdemque dignissimis Euangelij præconibus operis progressus, & autoris constet intentio. Præuideram ingenij mei non minus quàm memoriæ damna, quæ proprios affectus in viam morum ex Domini misericordia respirãtes, aut retardabant, aut certè vetabãt progredi. In propriæ itaque fragilitatis subsidium selectissima scriptorum consulta, præclaráque omnium gentiũ exempla conuoco, quæ mihi pædagogi loco, quæ mihi pro censore sunt feceram. Sed nostris tantum prouidisse rebus, infirmæ charitatis existimans, literarum etiam, morum, atque pietatis studiosis nostra editione consulere visum est. quorũ imperfecta studiorum ratio nostram soli-

citauit operam. Alijs nanque otium, aliis ingenium deest: aliquando etiam aliis ipsi desiderantur codices. quibus in commodis nostræ inuentionis facilitate prouisum est: vnáque iam lectio in prõptu suggerit, quod multiplex antea laboriosè præstabat. Et ne quid desideraretur seu ad operis approbationem, seu ad lectionis facilitatem, sententiæ & exempla per communes locos procedunt: vnicuique locum & nomen non per alphabeti ordinem, sed per materiarum affinitatem subnexuimus, vt eligẽdi copia, & promptior & vberior lectori constaret, singulísque materijs sua adiunximus cõtraria, quòd eadem sit, iuxta Aristotelea, contrariorum disciplina. Valete Patres in Domino.

CON

CONVENTVS

S. D. OLYSSIPONENSIS ANDREAE SVO S.

POst innumera beneficia, quibus nos tibi deuinctos habes, Andrea candidissime, etiam hoc nouo beneficij genere deuinctiores habere voluisti, dum nos vigiliarũ, & laborum tuorũ nõ modò participes, sed & patronos facere instituisti. Parum erat, quòd nos opibus tuis, & iucundissima cõsuetudine iuueris, nisi & literis iuuares etiam, & præclarissimis ingenii tui monumentis, præsertim cùm non tan-

tùm nostris, sed omnium etiam in Christo piè viuere volentium studiis tua editione iuueris. vix enim quicquam hoc eruditissimo seculo præstari poterat, quod magis in rē omnis generis studiosorum foret. De laude enim locorum communium, qui de vitiis, & virtutibus tradunt, nihil est, quod in præsentia dicamus. quid enim aliud est in vita aut vtilius, aut iucundius, aut magis necessarium? quid agit philosophia? quid theologia? quid denique; ipsæ literæ sacræ? quid aliud conuenientius, atque dignius potest cōcionator pro suggestu tracta re? tolle à cæteris doctoribus, tolle vel ab vno Chrysostomo, quæ ille passim inserit de locis communibus, dum in libidinem, aut in auaritiam, aut in ebrietate, aut intemperantiā proclamat: aut rursus dū totus in laudes fortitudinis, patiētiæ, liberalitatis, ac pietatis effunditur, quid in illo iam reliquū erit? Porrò de his locis scripsere multi, & non contenendæ doctrinæ viri, scribunt & passim studiosi omnes, dum vnusquisq; in abditis suis thesaurum recondit insigniū sententiarum, & exemplorum, quod nemo sine huiusmodi penu, atque (vt ita dixerim) supellectili satis se instructum esse ad agēdum arbitratur. Sed tamē inter alios collectores multiplex tibi debetur gratia: primùm, quòd omnes, qui de hac re autores scripserūt, diligentissimè perlegisti, & in vnum hosipsos exactissimo ordine digessisti. de-

inde quòd in sententiis, exemplísq; eligendis (quæ præcipua huius negotii pars est) accuratissimum iudicium adhibuisti, dum humilia, aut vulgaria, aut nimium pertrita prætermittẽs, præstãtissima quæque selegisti. tertiò, quòd multa quoque in commune tuis parta laboribus addidisti, vt hunc sapientiæ thesaurum locupletares. Habent igitur pii omnes, quod per nos tibi debeant: nos per te Deo, qui te pro munere isto (honoratur enim in seruis suis) decorabit laudis, & pietatis laurea: & nos, atque adeò tota hæc prouincia immortales gratias aget. Vale.

CHARISSIMO,

MVLTVMQVE VENE-

rando Fratri Thomæ Roderici medico Regio, eiusdem artis & doctori, & Primario apud Conimbricam Professori, Andreas Eborensis S.

Debuerã (dulcissime frater) pro naturæ & mutuæ dilectionis iure collectiones nostras, quas, quòd ingenio non poterã, indefesso labore transcripseram, tuæ prius censuræ, quàm vulgi cõmendare iudicio, quod vt officiosius prosequerer, mea literarũ infantia, tua celebris eruditionis prærogatiua fecit, tum etiã quòd in nostra editione iudices non sortitus sim, sed elegerim: quod & cæteris excusationis refugium

adimit

adimit, & mihi, qui ecclesiæ columnam, qui Domini prouocarim antistites, minatur periculum. impensius itaque (doctor vnice) deprecor, collectiones nostras & frater & magister admitte, alter aduenienti lætus occurre, & quæ mihi debueras, nostri flores sortiantur oscula: alter seueritate iudicij præceptoris personam indue, sententiisque nostris, dum exempla formamus, præside. & si quæ tui ingenij dexteritatem offenderint, omnino abrade, muta, transcribe, vt cùm redierint, me affectu, te disciplina parentem agnoscant.

Vale felix.

CHARISSIMO FRATRI, CLARO AC circunspecto viro, Andreæ Eborensi Thomas Roderici Doctor medicus S.

CAii Cæsaris ingenium mirari solebam, quòd inter militum agmina, armorum turbinē, & incertam belli fortunam ita scripserit, vt plurimi nostro æuo, qui se humanis litetis totos consecrarunt, scribentis eruditionem & integritatem ex animo imitari conentur, assequi nemo possit. Sæpe animo verso Augustinum Hipponensem, Albertum Ratisponensem, Gregorium vniuersalem Episcopos, quorum diuinam

vim

vim & animorum aciem nec exinanire, nec obtundere potuerunt commissæ sibi ecclesiæ solicitudo, susceptæ religionis obseruantia, assidua pro grege precatio, concionum pensa, litium dirimendarum iudicia, hæreticorum frequentes conflictus, corpora ieiuniis ac morbis confecta, ac penè extincta, quominus terrarum orbẽ librorũ copia & doctrinæ sublimitate repleuerint, vt exẽplo Euangelici miraculi inter manus Spiritus diuidẽtis gratia illis & ingenium multiplicata videantur. Horum vestigia ac felicitatem tu nõ elonge sequeris, Andrea doctissime, qui cùm in eo loco versaris, vbi orbis in vrbe est, negotiorũ fluctibus obrutus, magnatum importunitatibus & obsequiis exagitatus, à plurimis etiam molestè expetitus, quos consilio, ope, fauore iuuas, amplæ rei familiaris prouidentia impeditus, tale nobis opus cudis quale (spero) plurimis inuidiam, paucissimis calumniam excitabit. Liber est vtilissimus, pulcherri-

mus,

mus, iucundissimus, mole paruus, vsu maximus, & qui vnus omnium instar esse queat. Legebantur sparsim Ciceronis & Senecæ sententiæ, & seorsum poëtarum docta proficua: sed quæ linguam magis exercerent, quàm animum excolerent. Circunferebantur seorsum ex sacris authoribus dictata: sed prolixiora, quàm vt memoriæ mandarentur. tuo verò libro, quid potest esse suauius? in quo exiguo volumine vno illo licet audire vniuersos, quotquot vspiam terrarum philosophati sunt, homines Græcos, Latinos, Barbaros, & hos quidem ita sibi succedentes, & de eodem proposito respõdentes, vt possimus mutuò conferre, quid in exteris natura potuerit, quantum in nostris gratia excelluerit. in quorum prioribus natura exhausta, in posterioribus Spiritus plenissimè effusus esse videtur: vt non sit amplius, cuiusquam excusanda vel auaritia, vel negligentia, qui tantilli æris iactura, tam breui temporis dispendio thesaurum

hunc sibi comparare neglexerit, & sapientiam iam nunc in plateis per te clamantem non admiserit. Supereſt, ſuauiſſime frater, vt quæ & tu ſapientiſsimè ſcribis, & ego auidiſsimè lego, exemplo vitæ noſtræ peragere feſtinemus, vt ita non ſolùm in ſermone noſtro, ſed magis in opere noſtro glorificetur pater, qui in cœlis eſt.

Vale.

ELENCHVS LOCORVM COMMVNIVM IN HAC GNOMOLOGIA CONtentorum, ordine alphabetico digeſtus.

A

Aberratio 136
Abiectio ſui 339
Abſentia 164
Abſolutio 174
Abſtinentia 484
Abundantia 204
Abuſio 153
Accuſatio 272
Adminiſtratio Reip. 14
Admiratio 530
Adoleſcentia 217
Aduentus Domini 448
Aduerſarius 108
Adulatio 385
Adulterium 334
Aedificium 163
Aegritudo 242
Aemulatio 292.535
Aequalitas 284
Aes alienum 415
Aetas 222
Aeternitas 469
Affinitas 399
Affirmatio 81
Ager 157
Agricola ibid.
Agricultura ibid.
Alacritas 306
Alimentum 371
Altare 525
Ambitio 292
Amentia 194.199
Amicitia 89
Amor 89.286.490
Angelus 458
Anima 426
Animus ibid.
Animaduerſio 114
Animal brutum 417
Antichriſtus 541
Antiquitas 22
Apoſtolus 459
Appetitus 337
Aqua 373
Argumentum 420
Armorum diſciplina 103
Arrogantia 392
Ars 348
Artifex ibid.
Aſſenſio 131
Aſſentatio 385
Aſſuefactio 150
Auaritia 76
Aſylum 530
Audacia 168
Auditus 382
Auris ibid.
Aurum 57
Autoritas 19
Auxilium 319

Universidad de Deusto
Biblioteca

B

Baptismus 476
Beatitudo 469
Bellum 103
Benedictio 522
Benefactum 70
Beneficentia ibid.
Beneficium ibid.
Beneficus ibid.
Beneuolentia 175
Benignitas 70.175
Blanditiæ 385
Breuitas 354
Breuiloquium ibid.

C

Caecitas 356
Cæremoniæ 525
Calliditas 196
Captiuitas 112
Caro 430
Castigatio 114
Castitas 332
Casus 250
Causa 197
Cautela 196
Charitas 494
Christianus 514
Christus 445
Cibus 371
Circunstantiæ 280
Ciuilitas 598
Ciuile odium 100
Ciuitas 154
Claritas 355
Clementia 46.317
Clericus 504
Cogitatio 343
Cognatio 399
Cognitio 346
Coitus 334
Colloquium 116
Comitas 361
Commoditas 138
Comparatio 284
Compunctio 480
Conciliatio 100
Concilium 475
Concordia 101
Concupiscentia 334
Conditio 425
Confessio 477
Confœderatio 100
Coniectura 282
Coniugium 205
Connubium ibid.
Consanguinitas 399
Conscientia 527
Consensus 131
Conseruatio 396
Consideratio 343
Consilium 125
Consolatio 309
Conspectus 355
Constantia 252
Consuetudo 150
Consultatio 125
Consummatio 467
Contemplatio 343.495
Contemptus 38.295
Contentio 292.422
Continentia 332.534
Contrarium 286
Contritio 480
Controuersia 422
Contumacia 423
Contumelia 38
Conuersatio 98
Conuersio 483

Conuitium 38
Conuiuium 375
Copiæ 107
Cor 426
Corpus 430
Correctio 132
Correptio ibid.
Corruptio animi 51
Creatio 533
Creatura ibid.
Credulitas 86
Criminatio 272
Crimen 537
Crudelitas 321
Crux Christi 452
Culpa 357
Cultus Dei 503.526
Cunctatio 364
Cupiditas 78.337
Cura 266
Curatio morbi 244
Curiositas 398
Custodia 396

D

Damnatus 544
Damnum 138
Debitum 415
Deceptio 130
Decor 54
Decus 161
Defensio 278
Deformitas 56
Defunctus 239
Deliberatio 125
Delectatio 306
Delitiæ ibid.
Delictum 357
Dementia 199
Desidia 196
Desiderium 337
Despectio 38
Desperatio 260
Detestatio 384
Detractio ibid.
Deuotio 527
Deus 435
Diabolus 541
Dies 355
Dies festus 503
Differentia 286
Difficultas 379
Dignitas 34
Dilectio 89.286.494
Diligentia 263
Disceptatio 420
Disciplina 175.186
Disciplina militaris 103
Discipulus 420 186
Discordia 100
Discretio 192
Discrimen 284
Disputatio 420
Dispensatio 23
Dissimilitudo 286
Dissimulatio 424
Diuersitas 100
Diuisio ibid.
Diues 57
Diuitiæ ibid.
Doctor 184
Doctrina ibid.
Dolor 306
Dolus 130
Dominatio 1
Dominatus ibid.
Dominium 23
Domus 163
Donum 70

Dubitatio 410
Dux 109

E

EBrietas 374
Ecclesia 471
Educatio 203
Egestas 57
Elatio 387
Electio 506
Eleemosyna 486
Eloquentia 351
Eloquutio ibid.
Emendatio 136
Emptio 412
Encomium 327
Episcopatus 111
Epulæ 375
Eremus 263
Erratum 135
Error ibid.
Erubescentia 403
Esca 371
Esuries 376
Euangelium 497
Eucharistia 478
Exeandescentia 357
Excellentia 34
Excessus 31
Excommunicatio 546
Excusatio 278
Execratio 384
Exemplum 281
Exercitatio 267
Exercitium ibid.
Exercitus 107
Exilium 167
Exitus vitæ 234
Exitium 323
Exhortatio 125

Expectatio 258
Experientia 420
Exprobratio 414

F

FAcies 411
Facilitas 380
Facinus 145
Facultas 19
Facultates 57
Fallacia 130
Falsitas 84
Falsum ibid.
Fama 260
Fames 376
Famulus 26
Famulitium ibid.
Fatuitas 194
Fauor 319
Feritas 321
Ferocia ibid.
Fertilitas 204
Festinatio 265
Festiuitas 530
Fidelitas 85
Fides 514
Fidem habere 86
Fiducia ibid.
Figura 54
Filius 212
Filius Dei 443
Finis 229
Flagitium 145
Fletus 311
Fœcunditas 204
Fœditas 56
Fœlicitas 324
Fœmina 299
Fœnus 414
Forma 54

Formido 170
Formosus 54
Fornicatio 334
Fortitudo 168
Fortuna 230.326
Frater 399
Fraus 130
Frons 411
Frugalitas 368
Fuga 263
Fur 414
Furtum ibid.
Futurum 226

G

GArrulitas 122
Gaudium 306
Generatio 203
Generositas 29
Gloria 327
Gloria æterna ibid.
Gloria vana ibid.& 392
Gratia 522
Gratiarum actio 364
Gratitudo ibid.
Gubernatio 14
Gula 377
Gustus ibid.

H

HAereditas 419
Hebetudo 196
Homo 295
Honestas 40
Honestum ibid.
Honor 34
Hospitalitas 535
Hostis 108
Humanitas 175
Humilitas 389
Hypocritæ 424

I

IActantia 392
Iactura 138
Ieiunium 484
Iesus 445
Ignauia 196
Ignobilitas 31
Ignorantia 182
Illiberalitas 76
Imago 130.424
Imbecillitas 536
Imitatio 281
Impatientia 258
Imperator 109
Imperium 1
Imperitia 181
Impietas 535
Impœnitentia 423
Impossibilitas 379
Improbitas 51
Imprudentia 182.194
Impudentia 405
Incarnatio Domini 448
Inconstantia 253
Incontinentia 334
Incredulitas 545
Indigentia 65
Indignatio 357
Indumentum 407
Industria 348
Infelicitas 311
Infernus 141
Infidelitas 545
Infirmitas 342.536
Ingenium 348
Ingenuitas 29
Ingratitudo 336
Inimicitia 366
Inimicus 108

Iniquitas 51.145
Iniuria 308
Iniustitia 145
Innocentia 465
Innocens ibid.
Inopia 65
Inquisitio 124
Insania 194.199
Inscitia 182
Insidiæ 88
Insipientia 194
Intellectus 380
Intelligentia ibid.
Intemperantia 370
Intentio 337
Integrum 467
Interrogatio 124
Inuidia 395
Inuitus 149
Inuisibilia 545
Iocus 416
Ira 357
Iracundia ibid.
Ira Dei 545
Iudex 139
Iudicium ibid.
Iudicia 545
Iudicium extremum 544
Iuramentum 378
Iurgium 100
Iurisconsultus 139
Ius ibid.
Iustificatio 465
Iustitia 139
Iustus 465
Iuuentus 217

L

Labor 267
Lachrymæ 301
Lætitia 306
Largitas 70
Largitio ibid.
Languor 242
Lasciuia 334
Latro 414
Laus 327
Lectio 190
Lex 140
Lex diuina 501
Liberalitas 70
Liberi 112
Libertas 23
Libido 334
Licentia 23
Lis 110.422
Literæ 172
Litigium 422
Locuples 57
Locus 153
Loquacitas 122
Loquela 116
Lucrum 417
Luctus 301
Ludibrium 38
Ludus 416
Lumen 355
Lux ibid.
Luxuria 334
Luxus 370

M

Magistratus 14
Magnanimitas 168.272
Magnitudo 32
Maledictio 384
Maleficium 145
Maleuolentia 384
Malignitas 51
Malitia ibid.
Malum ibid.
Malus ibid.
Mandatum 266
Mania 199
Mansuetudo 361
Manus pro exercitu 107
Mare 403
Maria virgo 456
Maritus 205
Martyrium 461
Mater 214
Matrimonium 205
Medicamentum 244
Medicina ibid.
Meditatio 343.493
Medium 229
Melodia 425
Memoria 362
Mendacium 84
Mens 426
Mercatura 412
Merces 112
Meritum 413
Metus 170
Miles 110
Militia 103
Minimum 24
Miraculum 530
Misericordia 317
Mitis 361
Moderatio 364
Modestia ibid.
Mœror 306
Monachus 504
Monarchia 1
Mores 405
Mors 134
Mortuus 239
Motus corporis 423
Mulier 299
Multiloquium 122
Multitudo 31
Multitudo imperita 31
Mundus 425
Murmuratio 384
Musica 425
Mutatio 253
Mutuum 414

N

Natiuitas Domini 449
Natura 199
Nauigatio 409
Necessitas 293
Nefas 145
Neglectus 293
Negligentia 264
Negotium 266
Nobilitas 29
Nocumentum 323
Nomen 346
Notio ibid.
Notitia ibid.
Nouerca 417
Nouitas 227
Nox 356
Numerus 417
Nuntius 458
Nuptiæ 205
Nutritio 203

O

Obedientia 21.523
Obiurgatio 132
Obliuio 364
Obscuritas 356
Obsequium 21.523
Obstinatio 423
Obtrectatio 384
Occasio 408

Occultum 123
Oculus 355
Odium 291
Odor 419
Offensa 38
Officium diuinum 525
Officium magistratus 14
Opes 57
Opera bona & mala 518
Opinio 125
Opportunitas 408
Oppositio 286
Opsonium 371
Opus 267
Oratio 351.489
Orator ibid.
Orbitas 205.308
Ordo 197
Os, oris 411
Otium 270

P

PApa 474
Parcus 75
Parentes 214
Parsimonia 75.368
Parum 34
Passio Domini 450
Pastor 111
Pater 244
Pater Deus 442
Patientia 225
Patria 165
Pauor 170
Paupertas 65
Pax 101
Peccatum 537
Pecunia 412
Peieratio 379
Penuria 65
Peregrinatio 164
Perfectio 467
Perfidia 88.538
Periculum 248
Periurium 379
Perseuerantia 252
Persuasio 125.351
Pertinacia 423
Peruigilia 241
Petitio 489
Pharmacum 244
Philosophia 400
Phrenesis 199
Pietas 526
Pigritia 272
Plebs 31
Poculentum 374
Pœna 114
Pœnitentia 481
Politia 154
Pollicitatio 410
Pontifex Maximus 474
Populus 31
Possessio 57
Possibilitas 380
Potentia 19
Potestas ibid.
Potus 374
Præceptor 184
Præceptum diuinum 501
Prædicatio 512
Prælatio 509
Prælium 103
Præmium 212
Præstantia 54
Præsumptio 392
Præteritum 225
Prauitas 51
Precatio 489

Pretium 412
Princeps 11
Principatus ibid.
Principium 227
Priuatio patriæ 167
Priuilegium 416
Probatio 276
Probitas 46
Prodigalitas 75
Prodigus ibid.
Proditio 88
Profectus 136
Profusio bonorum 75
Promissio 410
Prophetia 521
Propinquitas 165
Prosperitas 324
Protectio 278
Prouidentia 192
Prudentia ibid.
Pudicitia 332
Pudor 403
Pueritia 216
Pugna 103
Pulcher 54
Pulchritudo ibid.
Punctum 222
Punitio 114
Pusillanimitas 272

Q

QVæstio 124
Quæstus 412
Turpis quæstus 76
Qualitas 405
Quies 247

R

RAritas 34
Rarum ibid.
Ratio 197
Reatus 537
Recordatio 362
Rectum 46
Regere patriam 14
Regimen ibid.
Regio 165
Regnum 1
Religio 503
Remedium 406 406.
Reminiscentia 362
Remuneratio 112.364
Reprehensio 132
Repugnantia 286
Responsio 124
Respublica 154
Reipublicæ administratio 14
Reipub. præesse ibid.
Rhetorica 351
Rigor 174
Risus 303
Robur 168
Roma 407
Rubor 403
Rumor 260
Rustica vita 158
Rusticatio ibid.

S

SAcerdos 504
Sacra Scriptura 497
Sacramentum 475
Sacrificium 525
Sæuitia 321
Sagacitas 196
Salus 242
Sanctitas 462
Sanctus ibid.
Sanitas 341
Sapientia 175
Satan 541

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scandalum 419
Scelus 145
Scientia 175
Scriptura hominum 189
Scriptura sacra 497
Secretum 123
Secundæ res 325
Securitas 347
Seditio 100
Seductio 130
Senectus 219
Senecta ibid.
Senium ibid.
Sensus 382
Sententia 139.146
Sermo 116
Seruitus 18.26.112
Seruus ibid.
Seueritas 174
Signum 284
Silentium 121
Similitudo 130.424
Simplicitas 536
Sitis 377
Sobrietas 368
Societas 98
Socordia 196
Solertia ibid.
Solicitudo 263
Solus ibid.
Somnium 240
Somnus ibid.
Sors 250
Species 411
Spectaculum 416
Speculatio 343
Spes 258
Spiritus sanctus 443
Splendor 355
Sponsio 410
Sterilitas 205
Studium 190
Stultitia 182.194
Subditus 18
Subiectus ibid.
Succensio 132
Summus Pontifex 474
Sumptuositas 75
Superbia 387
Superfluitas 371
Supplicium 114
Suspitio 280

T

TAbulæ testamenti 419
Taciturnitas 121
Temeritas 345
Temperantia 368
Templum 530
Tempus 222
Tempus præsens 225
Temulentia 374
Tenacitas 76
Tenebræ 356
Tentatio 546
Terra 425
Terror 170
Testamentum 419
Testimonium 276
Testis ibid.
Theatrum 415
Timiditas 170
Timor ibid.
Tormentum 311
Transitus vitæ 234
Trepidatio 170
Trinitas 441
Tristitia 306
Turba 31

Turpitudo 56
Tyrannis 13

V

VAna gloria 352
Venatio 417
Venia 274
Venus 334
Venustas 54
Verbum 116
Verecundia 403
Veritas 81
Versutia 196
Verum ibid.
Vestimentum 407
Vetustas 226
Vicinitas 98.165
Vidua 308
Viduitas ibid.
Vigilia 241
Vilitas 56
Vindicta 321
Vinum 374
Violentia 149
Vir 205
Virginitas 520
Virtus 40
Vis 149
Visus 355
Vita 230
Vita rustica 158
Vitiositas 45
Vitium ibid.
Vltio 114.321
Voluntas 337
Voluptas 303
Votum 410
Vrbs 154
Vsura 414
Vsus 150
Vtilitas 138
Vulgus 31
Vulnus 242
Vultus 411
Vxor 405

Z

Zelus 535

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVTORVM NOMINA, EX QVIBVS DECERptæ sunt sententiæ, quæ hunc in tomum sunt congestæ.

Græci Autores.

Aristoteles.
Plato.
Homerus.
Plutarchus.
Diogenes Laërt.
Lucianus.
Chrysippus.
Euripides.
Demosthenes.
Aeschines.
Xenophon.
Apuleius.
Sodiades.
Democritus.
Hesiodus.
Theocritus.
Iosephus.
Galenus.
Diuersi alij apud Stobæum.

Latini.

Seneca.
Quintilianus.
Cicero.
Liuius.
Aulus Gelius.
Valerius Max.
Plinius Senior.
Plinius Iunior.
Iustinus.
Columella.
Cato de re rust.
Cæsaris Comment.
Suetonius Tranq.
Plautus.
Publius Mim.
Iuuenalis.
Terentius.
Vergilius.
Martialis.
Ouidius.
Horatius.
Lucanus.
Propertius.
Quintus Curt.
Sallustius.
Silius Italic.
Marcus Varr.

Corn

Cornelius Gallus.
Strabo.
Ennius.
Fabius Pictor.
Solinus.
Sidonius.
Ausonius.
Persius.

Sacri.

Beatus Augustinus.
B. Hieronymus.
B. Bernardus.
B. Ambrosius.
B. Gregorius.
B. Chrysostomus.
B. Cyprianus.
B. Anselmus.
B. Basilius.
B. Leo Papa.
B. Antoninus.
B. Hilarius.
B. Rhemigius.

Illustres viri Christiani.

Nazanzenus.
Tertullianus.
Isidorus.
Hugo.
Valerius Episcopus.
Lactantius Firm.
Platina de uit. Pont.
Historia Saxonum.
Vegetius.
Cassiodorus.
Claudianus.
Erasmus.
Volaterranus.
Iurisconsulti.
Cassianus.
Dionysius.
Origenes.
Damascenus.
Fulgentius.
Rabanus.
Beda.
Prosper.
Aurelius.
Alanus.
Boëtius.
Petrus Blesensis.
Richardus.
Chrysologus.
Nestor Abbas.
Innocentius.
Cæsarius.
Petrus Damianus.
Theodorus gaza.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATA SIC CORRIGITO.

Prior numerus paginam, secundus columnam, tertius lineam indicat.

2.1.24. prũcipem, principem. 1.2.28. quidlibet, quilibet. 26.1.23. Eicentia, Licentia. 31.1.26. in delenda, indelenda. 33.2.26. & vt. 39.1.1. iniquo, in quo. 39.1.38. mirabiliæ, mirabilia. 45.1.13. chryst. Chrysost. 56.1.9. pulchræ, pulchrè. 56.2.31. naturam, natura. 57.1.19. sine decore, sine Dei decore. 61.1.3. sine, sine. 63.1.6. superfluis, electis. 64.2.6. etiam etiam, etiam, & lin. 16. suæ, suis. 74.1.13. adeò, à Deo. 67.2.29. facientis, facientes. & lin. 32. probum, probrum. 85.2.3. præcipitatione, præcipitationis. & lin. 5. studioſè, studioſæ. 90.2.39. habeus, habeas. 91.2.10. viros, viros. 93.1.30. quì cum, quicum. & col. 2.40. simplicitus, simplicitas. 98.2.7. quì cum, quicum. 107.1.29. vilius, vilius. 109.1.5. non, redundat. 114.2.25. ſicuti, ſecuti. 117.1.6. Rheſo, in Rheſo. & col. 2.19. ipſus, ipſas. 120.2.25. ſic lege, contrahit ſordes. 125.2.23. connit conuenit. 127.2.28. Bel. Bel. Gall. 131.1.10. habent, habet. 137.2.18. eua-, euadat. 141.1.19. ſcripſerant, ſcripſerunt. & lin. 38. facimus menſura penè, facimus menſura pœnæ. 146.1.17. diui-sion. diuiſione. 147.1.25. diligere, deligere. 149.2.20. diſciſionem, diſciſionem. 151.2.36. ſinis, ſinis. 157.2.17. maiorn, maiores. 163.1.22. dicir dici. 166.1.23. parũ, parit. 168.1.13. exiſti-, exiſtit. 171.1.17. agrorum, agrorum. 188.1.6. optimas, optimos. 190.2.28. ſpecioſas, ſpecioſus. 192.1.36. indicum, iudicium. 198.1.4. Rhet. 5. Rheſ. 202.2.35. vtraque, vtreque. 203.1.26. cauſæ, cauſa 205.2.25. ſic lege, Qui vxores eſſe ac bibere ſecum libenter non vident, ſolæ cùm ſunt, &c. 206.1.7. cùm verò, cum viro. & col. 2.5. Nuptius, Nuptias. 209.1.25. curramus, curamus. 210.1.2. ius, tuas. 214.2.21. pœnag. pœnas. 216.1.17. intrictibilior intractabilior. 220.1.17. vbi vi verecundos, ibi inuerecundos. 235.2.8. nuqua mtimeas, nunquam timeas. 249.2.8. labior, labor. 250.2.9. fortunæ, fortuna. 252.2.8. deuoluit, deuolui. 268.2.4. is, his. 310.1.5. patere, pati.

INCIPIT PRIOR TOMVS SENTENTIAS COMPLECTENS EX *probatiſſimis Autoribus ſelectas & per locos communes digeſtas.*

REGNVM.

EX GRAECIS AVTORIBVS.

AD Regem pertinet legum latio, Plato de Regno.

Malus rex tyrannus dicitur. Ariſt. Eth. 8.

Rex debet ſe habere ad ſubditos, ſicut paſtor ad oues. ibid.

Non contingit eum bonum principem agere, qui ſub principe non fuit. idem Polit. 3.

Prudentia eſt præcipua virtus principum. ibid.

Nimis viles & egeni neſciũt principem agere. idem Polit. 4.

Oportet principẽ bonos honorare, & ipſum eis honores diſtribuere. ſupplicia autem diſtribuere non per ſe, ſed per alios. idem Polit. 5.

Pater & filius non debent ſimul principem agere nec maior & minor frater. ibid.

Periculoſum eſt principi, ſubdito dare magnos honores. ibid.

Princeps debet eſſe Dei cultor, quia minus timent homines iniuſtum pati à principe, ſi Dei cultorem eum putant. ibid.

Princeps Dei cultor eſſe debet plus, & minus ciuium. ibid.

Princeps nullũ virũ totius ſui dominij debet facere cuſtodem. ibidem.

Rex iuſtitiam conſeruare debet. ibid.

Regnum ſaluatur per amicos. ibi. Si plures ſint fratres, ſenior debet a ſem-

semper principem agere. ibid.

Si princeps aliquem à potestate sibi tradita deponere velit, gradatim debet hoc facere, & nō simul totam potestatem auferre. ibidem.

Concedendū est regi aliquatenus, vt regno fruatur. Plut. de Pol.

Tum omnibus, in rebus potissima principum pars est, tum maximè in condendis vrbibus. idem de fort. Rom.

Regum mores maximè ex mente & vocibus deprehenduntur. idem de virt. Alex.

Si ius aliqua causa esset violandum, imperij causa esset violādum. Theb. apud Plut. de tuend. bon. valet.

Principes ministri sunt Dei ad curam & salutem hominum, vt bona, quæ Deus illis largitur, partim distribuāt, partim seruent. Plutl. de doctr. princ.

Princeps magis timeat, ne quid mali faciat, quàm ne quid patiatur. ibid.

Licet regi & affectu fieri philosophum, & fortuna manere priincipem. ibid.

Reges deorum discipuli. idem de Discip. Philos.

Nedum sapientia præstare eum par est, qui antecedit imperio, sed etiam religione & pietate. Antisth. apud Plutharc. de profect. morum.

Regna vnū honoris ac gloriæ fructum, cum multis incommodis compensant. Pluthar. in Conuiuio. 7. Philoso.

Laudo reges & ciuitates, qui exteris prius, deinde ciuibus dant operam. ibid.

Impera tibi. Sodiad.

Imperium nemini conuenit, quin quibus imperat, melior non sit. Cyr. apud Plut. in apophthegm.

Ditare magis est regium, quàm ditescere. ibid.

Regium est, cùm beneferis, malè audire. Alexand. apud Pluthar. ibid.

Ille tutus est rex, qui sic subditis imperat, vt parentes filijs. Ageſil. apud Pluth. ibid.

Bonus rex mitis sit, eousque dum contemptui nō sit. Cleom. apud Pluth. ibid.

Si princeps secundū leges vixerit, vnaquæq; ciuitas optimè regi poterit. Solon apud Lair. li. 1.

Qui tutò regnare vult, summopere nitatur, vt beneuolentia nō armis stipatus regnet. Cleobul. ibid.

Princeps solidam dormire noctem non debet. Homer. Iliad. 1.

Regum est affectus cohibere. idem Iliad. 20.

Regum indignatio & si in præsenti dissimuletur, tamen est timenda in posterum. Homer. Iliad. 1.

Regum potestas à Deo est. ibid.

Somnia principum non omnino negligenda. ibid.

Regnū cum parauerit, scito te hoc dignum

dignum esse. ibid.

Imperia pleraque violenta sunt, & magis armis quàm iure cōstituuntur. Demoſt. in arg. lib.

Imago rex est animata Dei. idē.

Nullus dominatus est perpetuus, præsertim violentus, ab alijs ad alios imperia transferuntur. ibidem.

Efficiat princeps, vt subditi metuant non ipsum, sed pro ipso. Pittac. apud Stob.

Princeps nullis consiliarijs egeat, deliberet tamē cum amicis. ibi.

Princeps in multis concedat amicis & familiaribus: inimicos autem per omnia superet. ibid.

Princeps sit grauis, nō vultus cōtractione, sed institutione vitæ, nulla prorsus in re inordinatè se gerēs, sed æquè promissiones quaslibet verborum ac iusiurandum conseruans. ibid.

Princeps in conciombus dispositionet ac habitus decentes constituat. ibid.

Reuerētia diuinitatem præ se ferens, poterit principem in admirationem, honorémq; apud vulgus promouere, benignitas charum & amabilem reddit, grauitas autem terribilem & inuictum hostibus, magnanimum verò & fiducia plenum erga amicos efficiet. ibid.

Princeps gratiam referat, nō habito respectu ad pretū magnitudinem, sed ad ingenium & voluntatem conferentis. ibid.

Oportet principem etiam moribus imperium docere. ibid.

Virtutes principis Dei opera existimanda sunt & illius beneficio illi accessisse. apud Stob.

Rex viua est lex, æquitas & concordia machinās, iniquitatem ac seditiones arcens animo in subditos paterno. ibid.

Ita statuo, bonum regem necessariò philosophum esse, & philosophum statim regio præditum esse animo. ibid.

Princeps subditos præcedat, non dolo & ocio, sed prouidētia & industria. Xenoph. apud Stob.

Si pax hominibus videtur ingens bonum, huius minima pars redit ad reges, & si pro magno bellū habetur, huius maximæ pars ad reges pertinet. apud Stob.

Legi ac principi sapientiori cedere par est. Demoſth. apud Stob.

Boni principis hoc vnum est lucrum, & instar multorū aliorum, omnia sic facere, vt in ipso imperij tempore, & post id iustitiæ ac bonorum omniū à subditis testimoniū habeat. ibid.

Principatum gerens non reminiscaris inimicitiarum & dissensionum, si quæ tibi prius cum aliquibus interceſſerūt. Euseb. apud Stob.

Princeps non ideo creatus est, vt læderet, sed vt iuuaret. Pytha. apud eund.

Nec ira in subditos vtendum est, nec peccatibus instituti suum sine reprehensione reliquendi. nam iracundia principem ab insanis nihil differre signum est. hoc verò lenitatem ad peccandum in subditis gignit. Pythag. ibidem.

Imperādi modum singulorū moribus decenter accommodato, cum probis moderatè, cum supinis vehementius, cum audacibus acerbè, cum cautioribus deniq; leniter agens. ibid.

Si proposuerit princeps ornamēta quædam ciuitati consecrare, seipsum pulcherrimo mansuetudinis, iustitiæ, & beneficentiæ ornamento primum decoret.

Principatus virum ostēdit. Aristot. Ethi. 5.

Filio nō tradendum imperium est. apud Stob.

Quemadmodum sol non expectat preces, vt exoriatur, sed illico fulget, & salutatur ab omnibus: ita nec expectauerit princeps plausus & strepitus & laudes, vt benefaciat, sed sponte conferat beneficia, & æquè ac sol amabitur. ibid.

Tot tantorúmq; bonorum, & munerum, quæ dij largiūtur, nullus est fructus, aut vsus rectus sine lege, iure, & principe. Ius finis est legis, principis opus lex, princeps autē imago Dei cuncta administrans. Demosth. apud Stob.

Magnum est argumentum virtutis in principe, si subditi ipsum libenter sequantur, & in periculis vna persequerent. Xenoph. apud Stob.

Propositis tribus statibus, & ijs omnibus optimis, vt optimè imperet populus: optimè pauci: optimè vnus inter hæc multò antecellere vnius imperiū sentio. Herod. lib. 5. apud Stob.

Nec omne imperium populo committas, nec affligas ipsum nimium tribuens diuitijs, nec vnquam populo virum fidum eijcias, nec promoueas plus, quàm tempus postulat. haud enim tutum est, ne tibi ex ipso fiat insignis tyrannus, ad hæc prohibe illum, qui præter ius honoratur, praui enim fœlicitate agētes, morbus sunt reipub. Eurip. apud Stob.

Propterea reges prudētes existūt, quoniam alijs in concione aut iudicio iniquè lasis ius suum restituūt, leniter benignis adhortantes verbis. Hesiod. apud Stob.

Oportet regē meminisse, quòd homo existēs potestatem sit adeptus diuinam, vt res honestas & diuinas instituat: sermone autem humano vtatur. Philip. apud Stob.

Rex libros de regno scriptos emat ac legat, nam de quibus amici reges admonere nō audēt, ea in libris sunt descripta. Demet. ib.

Viris prudētibus dicendi libertatem concedat princeps, vt de quibus dubitauerint cū principe communicent. Isocr. ibid.

Verissimos esse honores princeps existimet, non qui in propatulo cum timore sunt, sed quādo subditi apud se soli mentem principis potius, quàm fortunam admirantur. ibid.

Per absentiā principis, si qui nouis rebus studēs, aliquid moliri solent. Demosth. in arg. lib.

Qui à principibus aut a ciuitatibus aliquid impetrare studēt, consiliarios & oratores in primis sibi conciliari student. ibi.

Respub. potius societatem rerumpubl. quàm principum colunt. ibid

Callidi & in rebus gerendis acres amplificare solēt imperia. Demosth. 1. Olynth.

Principum minæ non sunt cōtemnendæ. ibid.

Principes finitimos primùm volūt esse oppressos, & subactos: vel quòd ipsorum rebus maximè sunt opportuni, vel quòd per eos transitum habere solent ad alienos. ibid.

Etiam regum fortuna potentioribus ludibrio est. ibid.

Verum imperij nomē mihi gerere videtur ille princeps, qui auro inexpugnabilis, ratione facilis captu sit. Themist.

Abstinendum est spectaculis verè imperantibus. nam qui ridiculis gaudent, imperij maiestatem imminuunt. ibid.

Oportet principem nō tantùm rectè imperare posse, sed etiam humaniter. Arch. in li. de leg. & iust.

Egregium quiddam, rex est, qui fortitudine præcellit, & iura hominum iudicio suo cōseruat. Menand.

Honestius est principi beneficiorum, quàm trophæorum memoriam relinquere. Xenoph. Socrat.

In rege perfecto, vt bonus sit imperator, iudex & sacerdos requiritur. Pythag.

Principes non sunt, qui sceptra ferunt, sed qui regere sciunt. Xenoph. lib. 3. de fact. & dict. Socrat.

EX LATINIS.

OMnes reges ex seruis, omnes serui ex regibus oriūtur: omnia ista longa varietas miscuit, & sursum & deorsum fortuna versauit. Senec. Epist. 44.

Officium est imperare nō regnum. idem Epist. 91.

Rege incolumi, mens omnibus vna est, amisso rumpitur fides. idem Epist. 105.

Natura certè commenta est regē, quod ex alijs animalibus licet cognoscere: & ex apibus, quarum regi amplissimū cubile est;

medioq; & tutissimo loco. idē de Clement.

Non est ibi rex tutus, vbi nihil à rege tutum est. Seueritas seueritate mutua paciscenda est. ibid.

Salvum regem in aperto clemētia præstat. idem ibid.

Vnū est regi inexpugnabile munimentum, amor ciuium. ibid.

Existimet rex non rempub. suam esse, sed se reipub. ibidem.

In vindicandis iniurijs lex est, vt hæc tria princeps cōsideret, aut vt eum, quem punit, emendet, aut vt pœna eius cæteros meliores reddat, aut vt sublatis malis, cæteri securiores viuant. ibidem.

Non minus sunt turpia principi multa supplicia, quàm medico multa funera. ibid.

Remis suis imperātibus melius paretur. ibid.

Quod regnum est, cui nō sit parata ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? cuiquā potest accidere quod cuiquam potest. Senec. de Tranq. anim.

Princeps, qui vult omnia scire, necesse est, multa ignoscat. Quintil. lib. 8.

Eloquentia principibus maximè ornamento est. Cicc. 4. de finib.

Nihil est tam regium, tam liberale tāmq; munificum, quàm opē ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis homines. idē 2. de Orat.

Nihil est tam acerbum, quàm ad summum imperium acerbitatem adiūgere naturæ. idem ad Quint. frat.

Nulla est imperij tanta vis, quæ premente metu, possit esse diuturna. ibid.

Millies perire est melius, quàm principem non posse in sua ciuitate sine armorum præsidio viuere. idem Philip. 2.

Regū afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciūt ad misericordiam, maximè eorū, qui aut reges sunt, aut viuūt in regno, vt regale eis nomen magnum & sanctum esse videatur. idem pro lege Manil.

Nullum est vitium tetrius, quàm auaritia, præsertim in principibus, & rempub. gubernantibus. habere enim quæstui rempubl. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nephas. idem 2. Offic.

Vt cupiditatibus & vitijs principū insici solet ciuitas: sic emēdari & corrigi continentia. idem 1. de leg.

Imperatoribus vna medicina imperet. Plin. Senior lib. 24.

Imperatorum autoritatē res aduersæ minuunt. Cæsar de bell. Gal.

Non minus est imperatoris superare cōsilio quàm gladio. idem lib. 2. de bell. Ciu.

Imperia crudelia acerba magis quàm

quàm diuturna. Sallust. de repub. ordinand.

Imperio maximo, maxima inest cura. Sallust. pro Cotta ad pop.

Iracundia apud alios in principe superbia est. idem in coniur. Catil.

Regis nomē in terris, imperij primum fuit. ibid.

Regem armis, quàm munificētia vinci, minus flagitiosum. idem in Orat. Lepid.

Expeditius est augere regnum, quàm fuit accipere. Cur. lib. 10.

Nullum minus timeat princeps, quàm qui de solo victu cogitat. Vitel. apud Tranq.

Non oportet quenquam à sermone principis tristem discedere. Vespas. apud eundem.

Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Domi. apud Traq.

Si tibi Parthorum solium fortuna dedisset
Chare puer, tetrisque procul venerandus Eois
Barbarus Arsacio consurgeret ore thiaras,
Sufficeret sublime genus, luxūq; fluentem
Deside, nobilitas posset te sola tueri,
Altera Romana longa rectoribus aulæ
Conditio, virtute decet, non sanguine niti:
Tu licet extremos latè dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
Si metuis, si prava cupis, si ducis ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia iure tenebis,
Cùm poteris rex esse tui, procliuior vsus
In peiora datur, suadētque licentia luxum.
-Sed comprime motus,
Nec tibi, quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, menténque domet respectus honesti,
Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Vt te totius medio tellūris in orbe
Viuere cognoscas, cūctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus vnquam
Secretum vitijs. nam lux altissima factis
Secretū nihil esse sinit, latebrásq; per omnes
Intrat, & obscuros explorat fama recessus.
Sis pius in primis. nam cùm vincamur ab omni
Numine, sola deos æquat clementia nobis.
Neu dubiè suspectus agas, neu fallus amicis,
Numorúmq; auidus. qui talia curat, inanes
Horrebit strepitus, nulla non anxius hora.

Non sic excubiæ, nō circumstantia pila,
Quàm tutatur amor, non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.
Qui terret, plus ipse timet, sors ista tyrannis
Conuenit, inuidèāt claris, fortésq; trucident,
Muniti gladijs viuant, septique venenis,
Ancipites habeāt artes, trepidique mineantur.
Tu ciuem patrémq; geras, tu consule cunctis
In commune iubes, si quid censéq; tenendum,
Primus iussa subi. tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipsum
Autorem parere sibi. componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valēt, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cū principe vulgus.
His tamen effectis, nec fastidire minores,
Neu pete præscriptos homini trāscendere fines,
Inquinat egregios adiuncta superbia mores.
Interea musis animus, dum mollior insēt,
Et quæ mox imitere legas, nec desinat vsquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas,
Antiquos euolue duces, assuesce futuræ
Militiæ: Latium retro te conser in ævum.
Libertas quæsita placet, mirabere Brutum:
Perfidiam dānas, Metij satiabere Pœnis.
Triste vigor nimius, Torquati despice mores.
Morsimpēsa bonum, Decios venerare ruentes
Vel solus quid fortis agat: te parte soluto
Oppositus Cocles: Mutij te flāma docebit,
Quid mora perfringat Fabius, quid rebus in arctis
Dux gerat, osēdet Gallorū strage Camillus,
Discitur hic nullos meritis obstare casus,
Discitur in quantum pauperta sobria possit,
Pauper erat Curius, regem cui vincere armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi cùm sperneret aurum. Claudia. de institu. princip. de quarto Honorij Augusti consulatu.
Nō bene cum socijs, regna veniēre manent. Ouid. 3. de arte amādi.
Principis est virtus maxima nosse suos. Martial. lib. 8.
Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis. Ouid. 2. de Ponto.

Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,
Cuique dolet, quoties cogitur esse ferox. idem 1. de Ponto.
Nihil rectè inchoatur, nisi post Deum, fauerit imperator, ne quemquam oportet vel meliora scire, vel plura, quàm principem, cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. Veget. in prolog.
Antiqui bonarū artium studia literis mandabant, & in libros redacta offerebāt principibus. ibidem.
Boni pastoris est, tondere pecus, nō deglubere. apud Tranq.
Conditio principis miserrima est, quibus de coniuratione comperta non creditur, nisi occisis. ibidem.
Imperium non est experiendum, cuius vtilis est in cōsensu obedientium. Liuius lib. 2. Deca. 1.
Imperium id longè firmissimum est, quo obedientes gaudēt. idem Liu. 9.
Imperia malè parta, malè gesta, malè retenta obruuntur. ibid.
Ira & vini amor, imperatoris virtutibus perniciosa. ibid.
Maiestas nō est sine viribus tuta. idem lib. 2. Decad. 1.
Regnum res pulcherrima est inter deos & homines. idem lib. 2.
Regnum minimè est populare. ibi.
Vicissitudo imperandi est vnum, æquandæ libertatis consilium. idem lib. 2. Decad. 1.
Rege interempto fugiūt satellites. idem lib. 4. Decad. 3.
Regius mos est, venenū secū ferre. idem lib. 10. Decad. 3.
Regum maiestas difficilius à summo fastigio ad medium detrahitur, quàm à medijs ad ima præcipitatur. Liui. lib. 7. Decad. 4.
Præcipere, qualis debeat esse princeps, pulchrum quidem est, sed onerosum, ac propè superbū est. laudare verò optimum principem, ac per hoc specula posteris, velut specula, lumen, quod sequantur ostendere, idem vtilitatis habet, arrogātiæ nihil. Plin. Iuni. lib. 3.
Grauissimi principis iudicium in minoribus etiā rebus consequi pulchrum est. idem lib. 4.
Princeps non patiatur ea demum sibi rogari, quæ iam homines habeant. idem lib. 10.
Parū refert deponere an impartire imperium, nisi quòd difficilius hoc est. idem in Paneg.
Imperatori vna medicina imperat. Plin. Senior lib. 24.
In principe, qui electo successore decessit, certissima diuinitatis fides est, bonus successor. ibid.
Princeps nec timeat bella, nec prouocet. ibid.
Vt nolit princeps pugnare, moderationis est, fortitudinis autē, vt ne hostes velint. ibid.
Nullum magno principi beneficij genus dignius, quàm quod ir-

regatur in posteros.ibid.
Nihil largiatur princeps dum nihil auferat.ibid.
Nūquam mala causa fisci est, nisi sub bono principe.ibid.
Onerosum est succedere bono principi.ibid.
Aequum est esse clarissimos bono principi, qui inuisi malo fuerant.ibid.
Non tam sinistrè cōstitutum est, vt qui malum principem posit imitari, bonum non posit. ibi.
Vita principis censura est.ibid.
De nullo minus principe querūtur homines, quàm de quo maximè licet.ibid.
Fidissima est principis custodia, ipsius innocentia.ibid.
Princeps tam parcus sit in ædificando, quàm diligens in tuendo.ibid.
Non satis amat bonos principes, qui malos satis non oderit.ibi.
Cùm de malo principe posteri tacēt, manifestum est eadem facere præsentem.ibid.
Nunquam deceptus est princeps, nisi qui prius ipse decepit.ibid.
Ibi intemperātius amamus bonos principes vbi liberalius malos odimus.ibid.
Cui nihil ad augēdum fastigium supereſt, hic vno modo crescere potest, si seipse submittat securus magnitudinis suæ. Plin. Iun.in panegy.
Indigna res est, honores dare, qui gerere non potest.ibid.
Optimus quisq; princeps eniti debet, vt post se quoque reipub. prosit.ibid.
Non potest nō nimium esse priuatis, quod principi satis est.ibid.
Nemo princeps tam dissolutus est, cuius occupationibus aliqua seueritatis species non contingat.ibid.
Cùm plurimis amicis fortuna principis indigeat, præcipuū principis opus est, amicos parare.ib.
Præcipuum iudicium est non magni principis, magni liberti.ibi.
Periculosum est graue imperium, difficile est continere, quod capere non posis.Curt.lib.1.
Princeps se regem esse non meretorem meminerit.ibid.
Princeps quantuscunq; timidus & ignauus videri potest, vnū amare est.ibid.
Cùm de salute regis timetur, credulis esse debemus.idem lib.6.
Nihil potestas regum valeret, nisi priùs valeret autoritas.ibid.
Regum opes sæpius assentatio, quàm hostis euertit. idem lib.8.
Regum ducúmque clementia, nō in ipsorum modo, quàm in eorum, qui parent, ingenij sita est.ibid.
Obsequio mitigantur imperia.ibid.
Mori præstat quàm precario imperatorem esse.idem lib.9.
Aliorum regum si exitus reputaueris, plures à suis, quàm ab hostibus interemptos inuenies. ibid.
Lacrymare plebi, regi honestè nō licet. Ennius apud Hier.in epitap.Nep.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVST.

Laudis contēptus reprehenditur in principe. Aug.
Nec imperatoris est, libertatem dicendi negare, nec sacerdotis, quod sentiat nō dicere. Amb.
Hoc interest inter bonos & malos principes, quòd boni libertatē amāt, seruitutem improbi.idē.
Imperator leges ferat, quas primus ipse custodiat.idem.
Principi nō est resistendum, etiam si bona nostra auferat. Ansel.super Epist.ad Rom.
Principes huius seculi sunt Dei ministri.idem.
Principis nomen habere nō est esse principem.Chrysost.
Necesse est vt princeps cōsultorem habeat in pectore.Eras.in Epi.
Securitas in paupertate fœlicior, quàm imperiū metu retentum. in hist.Sax.
Complures magnos reddit cōmissum imperium.Erasm.in Epist.
Reges plerūque crediti.in histor. Sax.
Grauis & efficax autoritas regis iubēntis, sed dictu mirum, quāto efficacior præstantis, quod iubet.Erasm.in Epist.
Principes, quod primum volunt, statuūt, quo factum prætexāt suum.ibid.
In priuatis hominibus luxus nequitia est, in principe impietas. ibid.
Plerunque princeps iustus, malorum errores dissimulare nouit, non quòd iniquitati eorū consentiat, sed quod aptum tēpus correctionis expectet: quando eorum vitia emēdare, vel punire valeat. Isido.1. lib.3. de summo bono.
Benigni principis est, ad clemētiæ modum transilire terminos æquitatis, quoniam sola est misericordia, cui cæteræ virtutes honorabiliter cedere non recusant.Cassiod.in Epist.
Iustè & rectè regnare, philosophia est.Hugo in Didascal.3.
Princeps sine literis, nauis est sine regimine, & volucris sine pennis.Pet.Rau.in quad.Epist.
Rex & Imperator potest quidlibet dici in domo sua.apud Iurisp.
Rex dicitur lex animata in regno suo.ibid.
In principe causa præsumitur.ibi.
Dignus est, quem princeps eligit. ibid.
Dignitatem habens à principe dignior reputatur.ibid.
Imaginem imperatoris coronans, illū norat.Ambr.in Psal.118.

Imp

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imperator nihil habet iuris in diuina. Amb. Epist. 33.

Malitia idonea regno. idem Offic. 2.

Princeps habeat eloquẽtiam cum vitæ integritate. Ansel. super Epist. ad Timoth.

Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitio occupauit, etiam si moribus atque actibus non offenderit, in ipsius tamen sui initij exẽplo, semper est vitiosus. & difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Leo Pap. in quad. Epist.

Iustitia regis, pax est populorũ, tutamẽ patriæ, immunitas plebis, monimentum regentis, cura lãguorum, gaudium hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimet ipsi spes futuræ beatitudinis. Apr. de 22. Abus.

Regibus prudentes viros adhærere, valde laudabile & bonum est. Greg. in regist. Epist. 16.

Regum mala, & magnatũ quandoque toleranda. idem in 1. Reg.

Princeps dicitur quasi primus capiens. Aug. de Grammat.

In principum curijs per pericula ad grandius periculum peruenitur. Aur. lib. 8. conf.

Principibus seculi huius non est confidendum: idem lib. 3. quæstio. sup. Leuit.

Non regnat, sed seruit, qui melius est. idem libr. 4. de Ciuit. Dei.

Regna Deus etiam impijs distribuit. idem libr. 5. de Ciuit. Dei.

Regna diuina cõstituuntur prouidentia. ibid. cap. 1.

Regi veritatem iubenti resistens Deo resistit. idem libr. 3. cont. Epistol. Parmeniani.

Imperatoris est proprium imperare, apud Platinam.

Rex Dei habet imaginem. idem in quæst. vet. test. quæst. 35.

Fœmina imperante, regnum est pessimum. idem sup. Ioan. tract. 2.

Facillima est natura principum. Erasm. in Epist.

Non tam literis, quàm rei militaris disciplina imbuendus est princeps. apud Platinam.

Vt in mare flumina, sic in magnas aulas vitia influunt. ibi.

Rex qui nulli sidit, inutilis est: nec minus, qui omnibus. ibid.

Qui multos regit à multis regatur oportet. ibid.

Non est regio nomine dignus, qui suis commodis publica metitur. ibid.

Nec qui sacra negligit, ecclesiæ prouectum, nec regi qui iuri decundo non assidet, vectigalia digna est petere. ibid.

Principum negligentia nascitur ex populi culpa. Chrys. de vera. Esaiæ Hom. 1.

Prin-

Principes legem Dei, operum suorum ducem habeãt. idem serm. de mansuet.

Rex peritus sit rerum humanarũ. Theod. Gaza in præf.

Tyrannis.

EX GRÆCIS.

Tyrannis est genitrix iniuriæ. Plutharc. de fortu. Alex.

Animal maximè noxium est, inter immitia tyrãnus, inter mitia adulator. idem de Amic. & adulat.

Mirabor non solùm si tyrannum, sed si gubernatorem videro senem. Theb. apud Pluth. de conuiuio. 7. Sap.

Tyrãnorum preces necessitati sunt admixtæ. Plato Epist. 5.

Aduersus tyrannos, vnicum munimentum diffidentia est. Demosthe. in Philipp. declamat. 2.

Tyrãnidis & libertatis naturale dissidium. idem decl. 4.

Liberalitas tyrãnorũ nihil aliud est, quàm translatio pecuniarũ à inimicis domino ad alienos. idẽ ex arg. lib.

Tyrannorum est in initio tanta dexteritas, vt eorum dolum nemo intelligere queat. ibidem.

Tyrannis ad opprimendos imbecilliores nihil aliud deest, præter honestam speciem & occasionem. ibid.

Tyrãnicæ calliditatis est, simulare se ijs consultum velle, quibus struunt insidias. ibid.

Per vim imperanti etiam vltro desistere, periculosum. apud Stobæum.

Oportet tyrãnum multis placere. ibid.

Tyrãnis iniustitia mater est. Menand. apud Stob.

Tyrãnum esse pium non facile est. Sophocles ibid.

Qui vtrũque expertus est, tyrannidi vult subesse, non præesse. Phalereus. ibid.

Tyrãnus metuit turbam, metuit solitudinem, metuit satellitij absentiam, metuit ipsos etiam custodes, nec armatos illos apud sese, nec inermes videt libenter. ibid.

EX LATINIS.

Non se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occiderit, quamuis familiarem. Cicero 3. Offic.

Nulla nobis cum tyrannis societas est, sed summa distractio, nec est contra naturam spoliare eum, quẽ fas est occidere. idem 5. Tusc.

Qui terret, plus ipse timet: sors ista tyrannis

Conuenit, inuideant claris, fortésq; trucident,

Mmm

Muniti gladijs viuant, septique venenu:
Ancipites habeant artes, trepidique minentur. Claudian. de instit. princ.
Multos timere necesse est, quem multi timent. Pub. Mim.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVST.

NVllo consulto quicquam magnæ rei aggredi, tyrannicum est. Eras. in Epist.
Qui tyrannidem affectant, alienis dissidijs suas augent opes. ibid.
Tyrannorum versutia pia fraude diluenda. Super Matth.

Gubernatio.

EX GRAECIS.

PErfecta gubernatio apud vnum vel paucos, multitudo non potest regere. Plat. de Regn.
Vbi præses fuerit philosophus, ibi ciuitas erit felix. Aristotel. Rhet. 2.
Ars gubernandi ciuitates, principatum tenet in omnibus artibus. idem Etli. 1.
Regès naturaliter est dignior recto. idem Polit. 1.
Melius est ciuitatem regi à viro optimo, quàm à lege optima. idem Polit. 3.
Statim leges ac mores mutare populi, nouisque ea legibus moderari extemplò velle, nõ modò nõ facile, verùm ne tutum quidem omnino est. vt res, quæ multo tempore, & in gentibus viribus indiget. Pluth. de Polit.
Vir ciuilis, & rempubl. tractare incipiens, ciuium moribus consentaneè viuat, & se ad eorum naturam accommodet, atque scitè consectetur ea, quibus populus soleat delectari, & quibus adduci facilè, donec opinione virtutis, & fide iam comparata, autoritati innitis posit. ibid.
Quæuis reipu. administratio inimicitias & distidia quædam affert. Simonid. apud Pluth. de Polit.
Magni atq; perstrenui animi est, vel paruas ciuitates curandas suscipere. ibid.
Magistratum, quem diu gesserit, deponere difficile est. idẽ nunc seni sit gerenda resp.
Boni ciuis esse videtur, quodcunque patriæ munus delatum fuerit, admittere, & id pro virili parte curare, etiam si humilius videatur, quàm eius æstimationi, cui demandatur, conueniat. ibid.
Non decet remp. gessisse, sed gerere. ibid.
Mirabor nõ si tyrannũ, sed si gubernatorẽ videro senem. Plut. de conuiuio. 7. Sap.
Magistratus, indèq; nec pro iusto orãdus, nec pro iniusto exorandus. Cato apud Pluth. in Apophth.
Non populus causa gubernatoris, sed gubernator causa populi sit. Plat. apud Volat.
Vocante te patria ipsa ad rempu. gubernandam, absurdum forsan est non parère, præsertim cùm simul accidit, vt aditus paucis hominibus relinquatur. Plat. Epist. 9.
Oportet leges quidem acriter statui, mitius autem, quàm ipsæ iubent, pœnas sumere. apud Stob.
Viros tales ijs rebus præfice, quas tu peragere non possis, seu ipse præstiturus sis culpam eorum, quæ illi deliquerant. Isocrat. ibid.
Administrans rempu. respublicas priuatas existimet, priuatas verò publicas. ibid.
Magistratus non prudentes tantum sed benignos esse oportet. Pythag. ibid.
Perinde periculosum est, vt insanienti gladium, sic improbo viro magistratum cõmittere. apud Stob.
Apud quos maxima virtus, præmia proponuntur, apud illos optimi etiam viri rempub. gubernant. ibid.
Gubernari oportet malos à bonis, & parère se melioribus. Eurip. apud Stob.
Custodes legum diligenter præuideant, primùm ne fiant delicta, deinde facta prout iure postulat, puniantur. Plato de leg. Dial. 6.
Oportet prudentes magistratus non propter officium, sed virtutis causa, admirationem sui parère, vt etiã immutata fortuna, eisdem laudibus digni censeantur. Arist. apud Stob.
Vt ad ignem, sic ad rempub. accedendum est, nec nimis prope, ne vraris, nec longius, ne frigeas. Arist. apud eund.
Ideo ad administrationem reipub. non accedendum, quia si malè rexeris, dijs displicebis, si bene, ciuibus. Chrysip. ibid.
Bonus princeps à magistratu discedens, non ditior, sed clarior euadat. Bion. apud Stob.
Principatum, quem gesseris, ornet. teipsum verò non immutet. ibid.
Nec nauiam amo nimis audacẽ, nec continentis præsidem. Eurip. ibid.
Non oportet noctem integram dormire consiliarium virum, cui commissi populi, & tantæ res curæ sunt. Hom. Iliad. 6.
Vt vulgus temere te aliquid postulans ex rebus tuis non mouet te, sic quauis in re plebem iniustè aliquid orantem non reuereatur. ibid.

In pub

In publicis officijs priuata persona deponenda est, & sumenda publica. Demosth. de Coron.

EX LATINIS.

NVlla vicissitudo impedire officium & fidē debet. Cic. ad Cornif.

Regere vi patriam, importunum. Salust. in coniur. Catil.

Ratio ciuilium officiorū necessitatem quandam nitoris imponit. Plin. Iuni. lib. 6.

Nimis multa audire cogūtur, nec aliter fieri potest, quibus tota respubl. Commissa est. Cicer. pro Milon.

Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. Plin. Iun. in Paneg.

Qui apud multitudinē loquitur, eo gratior est, quo nihil præter publicum cōmodum videt. Liuius Dec. 1. lib. 4.

Quæritur in re domestica continentiæ laus, in publica dignitatis. Cicer. pro Flacco.

Nunquàm præstantibus in rep. gubernāda viris, laudata fuit in vna sentētiæ perpetua permansio. idem ad Lent.

Magistratus lex est loquens. idem 3. de leg.

Magistratibus opus est, sine quorum prudentia & diligentia ciuitas esse non potest. quorum descriptione omnis reip. moderatio continetur. idem de leg.

Artium studio à rebus gerendis abduci, contra officium est. Cicer. 1. Offic.

Nulla re conciliare facilius possunt multitudinis benevolentiam ij qui reipubl. præsunt, quàm abstinentia & continentia. Cicer. 2. Offi.

Qui reipub præsunt legibus similes sint, quæ ad puniendum nō iracundia, sed æquitate ferūtur. idem 1. Offic.

Omnino qui reipub. præsunt, duo Platonis præcepta tenēāt: vnū vt vtilitatem ciuiū sic tueantur, vt quidquid agāt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum vt totum corpus reip. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant: vt enim tutela, sic procuratio reip. ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda. Cicer. 1. Offic.

Est boni magistratus, cùm auxilia reip. labefactari conuelliq; videat, ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisq; communibus suam salutem posteriorem saluti communi ducere, intercludere omnes seditionum vias. idem pro Rabir.

Est proprium munus magistratus intelligere se gerere personam ciuitatis, deberéq; eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, atq;

atq; fidei suæ commissa meminisse. idem 1. Offic.

Est boni magistratus non solùm videre quid agatur, verumetiam prouidere quid futurū sit. idem pro Muren.

Bono viro non minori curæ est, qualis resp. post mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit. idem in Lælio.

Caput est in omni procuratione negocij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur vel minima suspicio. idem 2. Offic.

Prætoris manus non solùm à pecuniæ lucro, sed etiā oculos alibidinoso aspectu continētes esse debent. Max. lib. 4.

Nullo casu arbitror hoc constanti viro posse contingere, vt vlla intermissio fiat officij. idem in Læl.

EX SACRIS LITERIS, ET ILLVST. viris.

NVlla reipubl. administratio proderit, nisi Deus verus colatur. Aug. epist. 52.

Nemo potest rectè terrena regere, nisi nouerit prius diuina tractare. Greg. in reg. lib. 4.

Summus locus bene regitur, cùm is, qui præest, vitijs potius, quàm fratribus dominatur. idem 26. mor.

In regimine constituti gloriā suæ dignitatis dissimulet. idem lib. 5. mor.

Ne locum regiminis subeant, quē viuendo nō persiciunt, quæ meditando didicerunt. idem in Pasto.

Pondus regiminis aduersa quæq; despiciat, & prospera formidet. ibid.

Plerunq; occupatio regiminis, soliditatem dissipat mentis. ibid.

Hi, qui pondus regiminis per humilitatem refugiunt, tunc verè humiles sunt, cùm iudicijs diuinis non resistunt. ibid.

Locus regiminis desiderātibus est negandus, & fugientibus offerendus. idem in reg. lib. 5.

In regni regimine, iustitia & potestas eget æquitate. idem in regist. lib. 7.

Gubernatores prouinciarum intelligant, satius esse, bene & integrè viuendo laudem & gloriam: quàm malè agendo diuitias malè partas cum ignominia & nota sempiterna portare. apud Plati.

Magistratus alij merentur, & non habent: alij habent, & nō merentur. ibid.

Custodiæ, pastui, ornatui ouium pastores intendere debēt. Bernar. sup. Cant. serm. 77.

Præesse, & non prodesse, graue: nolle prodesse, grauius. Bernard. in Epist.

Quærere quæstum proprium, non profectum de subditis, deiecti animi est. Bernard. in dedica. Eccles.

Vacat sibi vix, vel raro, qui alijs in solicitudine præst. Bernar. sup. Cant. serm. 53.

Gubernatrix tristium sapientia est. idem in Epist.

Præpositus habeat vicarium. Basil. in quæst.

Pro omnibus tibi subiectis, qui in domo tua sunt, rationem Deo reddes. August. ad quendam Comit.

Omnia indigent domino, & misera, & felicia quia sine illo non subleuabitur miser, & felix non regetur. August. in sup. Psalm. 32.

Vide plura in titulo de dignitate & honore & in prælatione, & in Episcop.

Subditus.

EX GRÆCIS, ET LATINIS.

SErua te oratione, non vi contra potentiores. Eurip. in Orest.

Qui non assueuerunt ad nutum cuiquam parere, molestè ferunt superbissimi hominis imperium. Demosth. 1. Olynth.

Subditi nō tantùm morigeri sint, sed amantes etiam magistratum. Pythag. apud Stob.

Semper præsens status subditis est molestus. ibid.

Nemo alienigenam dominum pati vult. Curt. lib. 7.

Eiusdem iuris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt. idem lib. 10.

EX SACRIS.

OPtimū in moribus dixerim, qui in nullo prorsus resistit prioribus, aut inuidet paribus, aut subiectos in superbia premit. Bernard. super Cant.

Qui contra præpositam sibi potestatem murmurat, liquet, quòd illum redarguit, qui eandem homini potestatem dedit. Gregor.

Multiplicata obsequia demerentur potius, quàm offendunt. Lact.

Orandum est, vt rectorem subditis, & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina. Gregor. in Past.

Ad præfecti laudem subiectorum redundat virtus. Vig. lib. 2.

Genus obsequij indicatur, vitia ac mores regis imitari. Lact.

Secundum mores subiectorum dantur rectores. Gregor. 29. mor.

Non est, subditorum temere vitia indicare regentium. ibid.

Subditi se posse melius agere putāt, quàm præfectos, si eos præesse contingat. ibid.

Vsus rectæ conuersationis est, vt præsse

præesse non audeat, qui subesse nō didicit, nec obedientiæ subiectis imperet, quam non nouit prælatis exhibere. Greg.

Aliud debemus iniustè subditis, aliud iustis, & non subditis. Greg. 26. mor.

In correctione subditorum miscēda est lenitas cum seueritate. idem in Past.

Peccatum subditi, culpa pastoris, si tacuerit, reputatur. idē sup. Ezech. Hom.

Subiectorum culpa prælatorum deprimit vitam. idem in regist.

Subiecti à superbis dominis oppressi clamant ad Deum contra eos. Greg. 26. mor.

Subiecti vt plurimum imitantur pastores. idem super 1. Regum.

Subiecti malorū principū quamuis boni periclitantur. ibid.

Subiecti humiles sæpe, quæ superioribus desunt, accipiunt visiones. ibid.

Tuta est cōditio subiectorum, vbi viuitur sub æquitate regentis. Cassiod.

Membrum sequi debet caput. Bernard. in septuag. serm. 4.

Obiurgationi per superiores factæ quidam impatientiam, quidam contemptum, quidam imprudentiam defensionis addunt. Bernar. super Canti. sermo. 22.

Potestas.

EX GRÆCIS.

POtentum ignorantia teterrima est. apud Plat. de Sum. bon.

Diuites, & nimis potentes nō subijciuntur, nec subijci volunt. Arist. Polit. 3.

Nemo magnus in potestate cum stultitia & flagitijs. Pluthar. de mort. Alex.

Nō potest latere in potestate malitia. idem de doctr. princip.

Inuidia necessariò potētiæ comes. vnde ille recto consilio ducitur, qui in maximis rebus eligit, quod inuidiæ est obnoxiū. Tucyd. apud Pluth. de vitios. verec.

Vt computatorum digiti, nunc vnum, nunc decem millia significant, ita regum quoque amici interim totum, interim minimū possunt. Oronth. apud Plut. in Apophthteg.

Vehementes sunt potentium animi, & aliquo modo leui momento incipientes, subinde insanescentes difficulter iras deponunt. Eurip. in Med.

Consiliorum multitudo congregata imbecillior est. stultiore animo summo imperio prædito, vnius potestas sit, & in re domestica, & in repub. Eurip. in Androm.

Nulla extra iustitiam potentia priuatim & publicè valet. ibidem.

Nihil est ab eorum potentia periculi, qui nocendi voluntatem non habent. Demosth. 1. Olinth.

Saturitas ferocitatem parit, imperia autem potentiæ coniunctâ insaniam. Pithac. apud Stob.

Potentiæ mansuetudo iungatur. ibid.

EX LATINIS.

NEmo quantum potest experiatur aduersus eos, per quos cœpit posse. Senec. Epist. 91.

Hæc conditio principum est, vt quicquid faciant, præcipere videantur. Quintilia. Declamat. 3.

Arduum est, duas simul potestates capere. Plin. Iun. in Paneg.

In bonis fortunæ summa laus est, non extulisse se in potestate: nõ fuisse insolentem in pecunia: nõ se prætulisse alijs propter abũdantiam fortunæ, vt opes & copiæ, non superbiæ videantur ac libidini, sed moderãtiæ facultatem & materiem dedisse. Cicer. 2. de Orat.

Malè vim suam potestas alienis iniurijs experitur. Plin. Iun. lib. 8.

Nihil tam firmum est, cui periculum non sit, etiam ab imualido. Curt. lib. 7.

Nulla quæsita scelere potẽtia potest esse diuturna. idem lib. 10.

Cui peccare licet, peccat minus ipsa potestas.
Semina nequitiæ languidiora facit. Ouid. 3. amor.

Summa petit liuor, perflant altissima venti,
Summa petũt dextra fulmina missa Iouis. idem 1. de Remed. amor.

Emitur sola virtute potestas. Claudi. de 3. cons.

In maxima fortuna minima licentia est. in hist. Sax.

EX SACRIS.

POtestas dicitur, vbi voluntati potestas adiacet faciendi. Aug. de Spir. & liter.

Vicina potentibus solet esse superbia. Amb. in Psal.

Qui vtitur potestate, vt prodesse debeat, posse se neſciat. Greg. in mor.

Magna sublimitas magnum debet habere consilium. ibid.

Malo minus posse honestè, quàm plus turpiter. Amb.

Tunc solùm potestas bene geritur, cùm, non amando, sed timendo retinetur. quæ vt ministrari rectè valeat, oportet primùm, vt hanc cupiditas non imponat, sed necessitas. idem.

Ideo Deus potẽtiores esse iniustos permisit, vt essent qui ad malã cogere possent: virtus esset pretiosa, quòd rara est. Lactan. de ira Dei.

Quò maior est potestas, eò perniciosior, si in malum, stultúmve inciderit. Erasm. in Epist.

Semper grandis potestas maiori timori subiecta est. Chrysost. sup. Matth. cap. 2.

In alto positum non alta sapere, difficile est, & omnino insitatum, sed quanto inusitatius, tanto glorioſius. Bern. in Epist.

Sæpius in altum quis tollitur, vt mens altius conquassetur. Raban. in quod. serm.

Omnis, qui dispensandis terrenis bonis præsidet, occulti hostis iaculis latius patet. Grego. in mor.

Non caret regia potestate, qui corpori suo nouerit rationabiliter imperare. Prosp. in suis sent.

Blanditiæ potentum æquiparantur minis. apud Iurisconſ.

Potentes non irritandi. Amb. 2. Offic.

Potentia iustitiam comitatur, nõ præit. Aug. 3. de Trinit.

Potentia soror victoriæ. idẽ lib. 4. de ciuit. Dei.

Potestas omnis, siue bona, siue mala à Deo est. idem contr. Manich.

Potestatibus siue bonis, siue malis honor tribuendus est. idem in quæst. ex vtroque test.

Potestati tribuendum est, quicquid ex bonis postulat temporalibus. idem super Epist. ad Roma.

Dominandi cupido, bestia pessima. idem libr. 3. de ciuit. Dei. cap. 14.

Potẽtiam Deus tribuit, elationem malitia nostra adinuenit. Greg. 26. mor.

Potentiam bene regit, qui & tenere illam nouit, & impugnare. Greg. in Past.

Potestas tanto premi interius debet, quanto exterius eminet. idem 26. mor.

Potestas culminis, est tempestas mentis. idem in Past.

Potestas principibus data est, vt boni adiuuẽtur, & commodius subleuentur. idem in regist.

Quibus deficit soboles, sua potentia pœna est. Greg. 15. mor.

Hoc possumus, quod iure possumus. Aug. cont. Epist. gaud.

Obedientia.

EX GRAECIS.

QVanto quis diligẽtius obsequitur, tanto maiorem gratiã obtinebit. Aristotel. œconom.

Legibus obtẽpera. Demet. Phaler.

Nullũ est malum, quàm inobedientia, malum. apud Stob.

Quæ hoc tempore habemus bona, ob nullã aliam causam adepti

sumus, quàm ob præstitã obedientiam principi. Xenop. apud Stob.

Obedientia ciuium, fœlicitas vrbis. ibid.

EX LATINIS.

Deo parere, libertas est. Sen. de Vit. beat.

Corrumpitur, atq; dissoluitur imperantis officium, si quis ad id quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respõdet. Gel. lib. 1.

Maior est obsequij gloria in eo, quod quis minus velit. Plin. Iun. in Paneg.

Suis quisque parẽt placidius. Curt. lib. 6.

Vtilius parere dicto, quàm afferre consilium. idem lib. 7.

Obsequio mitigãtur imperia. idem lib. 8.

Bis peccas, cùm peccãti obsequium accommodas. Pub. Mim.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat. idem.

Potentiori omnia parent. in hist. Sax.

Multa mala sequuntur ex impunitate. Liuius lib. 8. Dec. 1.

EX SACRIS.

Non attendit verus obediens, quale sit, quod præcipit, hoc solùm cõtentus, quod præcipitur. Bern.

Obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruãda est, nõ timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Greg. 12 mor.

Obedientia victimis iure præponitur. quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. idem 13 mor.

Verus obediens mandatum non procrastinat, sed statim paratis auribus auditui, linguã velocipedes itineri: manus operi: & se totum intus colligit, vt mãdatum peragat imperãtis. Bern. de præcept. & discipl.

Non est dubium, quin ampliorem gratiam mereatur, qui se paratum exhibeat ante mandatum, quàm qui obedire satagit post mandatum. idem in serm.

Sola est, qui fidei possidet meritũ obedientia. apud Iurisp.

Obediens in grauibus mitius punitur. ibid.

Obedientia sola est, quæ hominem Deo conciliat. Ansel. sup. Epist. ad Hebr.

Obedientia virtutũ omnium mater, & custos. August. 4. de Ciuit. Dei.

Obedientia maius bonum, quàm continentia. idem de bon. coniug.

Nullum malũ debet per obedientiam fieri. Greg. 35. mor.

Aliquod bonum debet aliquãdo per obedientiam intermitti. ibid.

Obed

Obedientia aliquãdo si de suo quid non habeat, minima est. ibid.

Obedientia debet in aduersis aliquid de suo habere, in prosperis nihil.

Obedientiæ dilatio post citationem ostendit hominem culpabilem. idem ex reg. lib. 5

Obedientia vincimus dæmones, cæteris virtutibus oppugnamus. idem in 1. Reg.

Adam non furto, non homicidio, non rapina, sed inobedientia corruit. ibid.

Obediendum est Deo etiam ratione non data. Aug. in sent. suis.

Obedientiæ bonũ in primo declaratur homine, & illius præcepto. idem sup. Psalm. 70.

Inobedientia nõ tam pẽsanda est, quàm intẽtio inobedientiæ. Bernar. de præcept. & discipl.

Obedientia amica salutis. Bern. in declam.

Obedientia circa difficilia gratior: contemptus circa minima damnabilis. idem de præcep. & discipl.

Obedientia molesta est suspicari de omni præcepto. ibid.

Obedientiæ falsus nummus, propria voluntas: bonus, charitas. idem in die 5. Andr. serm. 1.

Oculum & aurem, quos inobedientia clausit, aperiat obedientia. Bern. sup. Cant. serm. 22.

Obediendum Deo absque signis. Chrysost. sup. Actu. Apost. Homil. 15.

Obedientiæ speculum Christus. Bern. de grad. humil.

Obedientiam fides exigit. Chrysost. ser. 27. sup. Epist. ad Rom.

Obediendum propter Deum hominibus. idem super Matth. Homil. 21.

Dominium.

Existimare de omnibus hominibus id quisq; debet, quod qui nunquam seruiit, is laude dignus dominus esse non poterit. Plat. de leg. dial. 6.

Prius decet dominum expergisci, & posterius ire cubitũ. Arist. œconomic. lib.

Quod magis impingat equum, est oculus domini. & sterquilinij quod agro est optimum, vestigia domini. ibid.

Ex ancillarum moribus & comitum, mores & studia dominarum cognoscuntur. Hieron. ad Demetr.

Non domini donorũ Dei, sed administratores sumus. Ambro. lib. 1. Offic.

Dominorum est misereri. Greg. o. in 7. Psalm.

Libertas, & licentia, & dispensatio.

EX GRAECIS.

Opus libertatis est, viuere vt quisque vult, quia seruus

non viuit, vt vult. Arist. Polit. 6.

Libertas populorum interijt largitionum corruptela. Pluth. de Polit.

Libertas loquendi propria amicitiæ. idem de amicit. & adulatio.

Libertas senectutis beneficium est. Sophoc. apud Plut. de cup. diuit.

Satius est libertatem nobis conseruare, quàm alijs auferre. Agesil. apud Pluthar. in apophthegm.

Est perdifficile, hominibus liberis, præclarisq; legibus, institutis sub seruitute durare. Epimenid. apud Diog. lib. 1.

Quod optimum inter homines est, libertas est. Diog. apud Laërt. lib. 7.

Heu non est mortalium, qui sit liber, aut enim pecuniæ, aut fortunæ seruit, aut multitudo ciuium, aut legum scripta coërcent ipsum, ne vtatur moribus ex arbitrio. Eurip. in Hecub.

Serui non liberi est, quæ quis sentiat, nõ dicere. idẽ in Phœniss.

Tyrannidis & libertatis, naturale dissidium. Demosth. in Philip. Orat. 4.

Libertas nomen virtutis est, seruitus autem malitiæ. Epicur. apud Stob.

Libertas in dicendo ingenuitatis signum est. Sed occasioni diuersitas, periculum habet. Democrit. apud Stob.

Voluptas contumeliæ iuncta hominem liberum nõ decet. ibid. Sophoc.

EX LATINIS.

Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quàm retenta. Cicer. 2. de Offic.

Seruitus ac libertas, si modũ obseruent, vtraque bona sunt, si modum excedant, vtraq; mala. Senec. Epist. 9.

Non potest paruo constare libertas, hanc si magno æstimas, omnia paruo æstimanda sunt. idem Epistol. 105.

Deo parere libertas est. idem de beat. vit.

Propriũ est paupertatis, cùm alia deficiunt, exercere libertatem. Quintil. Declam. 9.

Libertas est potestas viuendi, vt velis, si viuit vt vult, qui recta sequitur, qui gaudet officio: cui viuendi vita considerata, atque promisa est, qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, qui salutare maximè iudicat: qui nihil facit, nihil cogitat, nisi libenter ac liberè: cuius omnia consilia, réfque omnes, quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodémque feruntur: nec est vlla res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas, & iudicium: cui etiã fortuna ipsa cedit. Cic. in Parad. penult.

Liber est is æstimandus, qui nulli turpitudini seruit. Cicer. 4. ad Heren.

Ita præclara est recuperatio libertatis, vt nemors quidem sit fugienda, repetenda libertate. idem Philip. 10.

Bestiæ, quas delectationis causa concludimus, cùm copiosiùs alantur, quàm si essent liberæ, non tamen facilè patiuntur se contineri. Idem 5. de finib.

Omnes sunt diuites, dicunt stoici, qui cælo, & terra frui possunt. idem 1. Offic.

Omnes homines natura libertati student. Cæsar de bell. Galli. lib. 2.

Liberi pretium seruitutis ingratum est. Curt. lib. 6.

Libertatis magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas. Liui. 1. Deca. lib. 4.

Hostis capit pretium libertatis. idem Dec. 3. lib. 4.

Alia alijs licentia est. in histor. Sax.

Inæstimabile bonũ est, suum fieri. Senec. Epist. 76.

EX SACRIS.

Concessio facta ratione necessitatis expirat cessante necessitate. apud Iurisp.

Libertas vbi nõ est, nec meritum. Bern. de grat. & lib. arb.

Liber est bonus homo etiam si seruiat. Aug. lib. 4. de Ciui. Dei.

Ille in quauis conditione seruitij liber est, qui amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui securus expectat præsentia, quem non pauent futura. Ambr. de Ioseph.

Dispensatio prælatorum mala, dispensatio non est, sed dissipatio. Bern. de consid. lib. 30.

Extorta, seu coacta licentia, non licentia sed violentia est. Ber. in Epist.

Libertas ibi, vbi domini spiritus. Anselm. super Epistol. ad Galat.

Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis. Sola apud Deum nobilitas, clarum esse virtutibus. Hier.

Libertas indignatur, si opprimitur. ibid.

Rescindẽda insipienti potestas, nõ adijcienda libertas. Ambros.

Liber homo nõ recipit æstimationem. apud Iurisconsul.

Libertas est nulli necessitati seruire. ibid.

Libertatis priuilegio renunciari non potest. ibid.

Liber est, quem conscientia non accusat. Greg. in regist.

Beatius est, liberum exire, quàm post vincula libertatẽ quærere idem lib. 4. Dial.

Liber homo si fraudem committit, in persona nō debet puniri, sed in facultate. idē in Reg. lib. 8.

Liberorum hominū Romani imperatores domini sunt, cæteri autem reges domini seruorum. ibid.

Damnati sumus ex nobis, liberati autem ex gratia. Augu. Epist. 108.

Libertas sine gratia, est cōtumacia. idem Epist. 89.

Libertas christiana non sit velamen malitiæ. idem de fid. & oper.

Libertas naturalis hominis est, idem 19. de ciuit. Dei. cap. 15.

Libertas sæpe interitus causa. idē Tract. 7. exposi. in Euangel. Ioann.

Solus iustus, liber est. idem serm. 18. de verb. Apost.

Licentia, nisi coerceatur, parit audaciam, quæ ad omne flagitium & facinus euadet. Lact.

Non est alienum à scelere, qui vt faceret, impetrauit. Cypr.

Quod vna via prohibetur, non debet altera concedi. apud Inrisper.

Non omne, quod libet, licet: nec quod licet statim expedit. Ber. in Epist.

Concessio non valet de eo, quod est prohibitum apud Iurisc.

Ad vtilitatem ecclesiæ: aliqua sunt dispensanda, vbi necessitas exigit. Bern. de præcep. & dispens.

Dispensatio rerum tuarum, per te ipsum fiat. idem sup. Epist. ad Timoth. Hom. 14.

Licentia, per leges compescitur. Chrysost. sup. Epist. ad Corint. Homil. 7.

Seruitus.

EX GRÆCIS.

SEruos negantes, ac contradicentes magis flagellamus. Arist. Rhet. 2.

Domini ad seruum non est amicitia secundum quòd seruus, sed secundum quòd homo, quia secundum quòd seruus, dissimilis est ei, vt homo autem similis. idem Eth. 8.

Seruus est, organum animatum. ibid.

Seruus naturaliter non est sui ipsius, sed alterius. idem Polit. 1.

Multi serui quandoque deterius seruiunt paucis. idem Polit. 2.

Qui alteri seruit, non est per se sufficiens. idem Polit. 4.

Prius decet dominum expergisci quàm seruum, & posterius ire cubitum ibid.

Oportet seruo dare opera, & victum sufficientem ibid.

Impossibile est, non diligentis domini seruos esse diligentes. idē Oeconom.

Serui non de acerno, sed de seminio fu-

ne furantur. Pluth. de amicit. & adul.

Seruus vino hilaris nō obiurgandus, id enim dementis. Cleob. apud Diog. lib. 4.

Seruorum nati obscœna loqui solent. Arches. apud Diog. ibid.

Moderata seruitus est, quæ Deo exhibetur, immoderata, quæ hominibus. ibid.

Omne, quod ex necessitate est, seruitus est, testibus Philosophis. Eurip. in Oreest.

Probi serui calamitas est, res dominorum male cedentes, animóque discrutiant. idem in Med.

Angit me seruus maiores domino habens spiritus.

Serui, & obscuri homines mechanici remedia sunt mortalibus, inuenti ad eos vsus, qui viros dedecent. Eurip. apud Stob.

Non est vlla possessio in vita iucundior, quam beneuolum sibi famulum adipisci. Men. apud Stob.

EX LATINIS.

SErui sunt, imò homines, serui sunt, imò cōtubernales, serui sunt, imò humiles amici, serui sunt, imò conserui, si cogitaueris, in vtrosque tantundem licere fortunæ. Sene. Epist. 47.

Totidem sunt hostes, quot serui. ibid.

Colunt te potius serui, quàm timeant. ibid.

Tarda & trepida sunt officia seruorum. Quint. declam. 2.

Genus seruitutis est, coacta libertas. idem Declam. 7.

Vltima malorum etiam seruorum cōditio est, sine exceptione esse venalem. idem Declam. 9.

Serui, quos bellorum iniquitas victoribus in prædam dedit, eisdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate nati sunt, ex eodem loco spiritum trahunt, nec natura illis, sed fortuna dedit dominum. idem Declamat. 13.

Omnis seruitus, misera est. Cicer. Philip. 10.

Seruitus est obedientia fracti animi, & abiecti, arbitrio carentis suo. idem in Parad. penult.

Cū omnis seruitus est misera, tum verò intolerabile seruire impuro, impudico, & effœminato. idem Philipp. 3.

Seruorum fides quo minus expectata, eo laudabilior. Maxi. lib. 6.

Callidus seruus domino imperat. Terent. in Andr.

Seruum nolle mentiri noua religio est. ibid.

Audet pluſculum seruus, quia nihil restare periculi putat, sed non fert id impune. ibid.

Seruorum vitium loquacitas. ibi.

Clientes sine infamia deseri possunt, quibus etiam à propin-

quis

quis nostrũ opem ferre instituimus. Gel. lib. 5.

Est ingeniosior ad excogitãdum seruitus libertate. Plin. Iun. in Paneg.

Frequens recognitio seruorum nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet. Colum. lib. 11.

Lingua mali pars pessima serui. Iuuenal. Sat. 9.

EX SACRIS.

Bonus, etiam si seruiat, liber est. August. lib. 4. de Ciuit. Dei.

Seruus fidelis, domino absente probatur. Chrysost.

Nihil facit seruus, si multi domini imperent. Lact. lib. 4.

Est sapienti seruire libertas. Hier. ad Simpl.

Vis, vt seruiat caro tua animæ tuæ, Deo seruiat anima tua, debes regi, vt possis regere. August. sup. Ioann.

Prudenter sibi Deus seruire vult, non vti nimietate sua debilet siant, & postea medicorum suffragia quærant, temperandum est enim, vt fieri potest, cœptum obsequium magis promoueatur, quàm per inconsideratiam minuatur. Amb. sup. Epist. ad Timoth.

Defendere dominum famulus tenetur, apud Iurisconsl.

Seruitus liberis omni supplicio grauior. Amb. Offic. 3.

Deo aliter iusti, aliter iniusti seruiunt. Augustin. de Agone Christ.

Non seruire Deo, homini, nõ Deo molestum est. idem libr. 14. de Ciuit. Dei.

Seruitus boni, libertas est. idẽ 4. de ciuit. Dei.

Seruus, quousque solem toleranuerit, vmbram desiderat. idem lib. 5. Mor.

Serui Dei insani reputantur, qui tamen in fine gaudebunt. idem 8. Mor.

Serui dominos non despiciant. idem in Past.

Inutilis seruus dominum durum vocat. idem in Euangel. Homil. 7.

Serui ecclesiarum in eorum dominium transferri possunt, qui ecclesiasticis vtilitatibus deseruiunt. idem in Reg.

Serui non sunt audiendi in accusatione domini sui episcopi idem in 1. Reg.

Seruitutis occasione dimitti non licet, quæ pro libera est accepta. idem in Reg.

Seruitute nostra Deus non indiget. Augustinus libr. 8. de Genes.

Seruitus aut ab iniquitate, aut ab aduersitate est. idem lib. 1. quæstio. sup. Genes.

Seruitutem perfectam Deo præstare non possumus. idem lib. 8. quæst sup. Iosue.

Nobil

Nobilitas.

EX GRAECIS.

Nobilitas singularis est, quæ à viris, vel mulieribus sit, propter diuitias, vel virtutes, vel propter aliquid aliud, propter quod homo honoratur. Arist. Rhet. 1.

Nobilitas gentis & ciuitatis est, sui iuris antiquos esse præsides & principes, & multos insignes ex istis prodüsse ibidem.

Nobilitas est primogenitorum. Arist. Rhet. 2.

Ingenuitas est virtus generis. idẽ Polit. 3.

Nobilitas, est virtus, & diuitiæ antiquæ. ibid.

Pulcher libertatis ac licentiæ thesaurus est, bonis procreatum esse parentibus. Pluthar. de libe. educ.

Ingenuitas tendit ad pudorem. Eurip. in Alcest.

Vnus heroicus vir totam gentem illustrat. Demosth. 1. Olynth.

Generosi animi, hostium successus prædicari, non ferunt aquis animis. ibid.

De nobilitate parum laudis prædicare possum, bonus enim vir mihi nobilis videtur: qui verò non iustus est, licet à patre meliore, quàm Iuppiter sit, genus ducat, ignobilis mihi videtur. ibid.

Nobilitas est, animi & corporis bona temperies. Socrat. apud Stob.

Illum, qui natura sit generosus, impensius laudamus. Pythag. apud Stob.

Nobilior est, à quo genus incipit. ibid.

De nobilitate non minus, quàm de alijs bonis gloriari non indignum est. Phaler. apud Stob.

Pecorum nobilitas in bono, validóque corpore sita est: hominis autem in bonitate. ibid.

Quid aliud nobilitatem esse putamus, quàm diuitias antiquas, aut veterem gloriã? quorum neutrum in nostra potestate est, sed alterum inconstantis fortunæ: alterum propter humanã intemperiem est. ibid.

Pecuniæ domesticæ deficiunt, nobilitas manet. Eurip. apud Stob.

Generosæ nuptiæ præstant opulentu. ibid.

Ipsa generis nobilitas spem facit, quòd futuri sint domini regionis. ibid.

Nobilitatem etiam deformium coniugum, liberorum gratia non pauci colunt. ibid.

Ingenuus non celat facta. ibid.

Illud, quod paucioribus actionibus bonitatem suam participat, nobilius est, eò quod pluribus. Arist. de Cæl. & mund. lib. 2.

EX

EX LATINIS.

Generosus est ille, qui ad virtutem bene est à natura compositus. Senec. Epist. 44.

Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ vires. idem de vit. beat.

Omnes boni semper nobilitati fauemus, & quia reipubl. vtile est, nobiles esse homines dignos maioribus suis, & quia valere debet apud nos senex clarorum hominum de rep. merit. vti memoria, etiam mortuorum. Cicer. pro Sest.

Adulterio quidam nobilitati sunt. Plin. Senior. lib. 29.

Cedit interdum generosus spiritus vtilitati, & fortunæ viribus succumbit. Max. lib. 7.

Nobilibus in bello delinquentibus, fortunæ bona patrocinantur. Sall. in bell. Iug.

Nobilis equus virgæ vmbra regitur: ignauus nec calcari quidē. Curt. lib. 7.

Bonum nobilitatis hoc est, quod nos à maiorum nobilitate degenerare nō sinit. in hist. Sax.

EX SACRIS.

Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis, sola apud Deum nobilitas, clarum esse virtutibus. Hiero. in Epist. ad Celan.

Animus ingenuus nihil magis, quàm rogari erubescit. Aug.

Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas: nec obscuriores quoslibet, & humili loco natos te inferiores putes.

Nescit religio nostras personas nec conditiones hominum, sed animas inspicit. Hier. ad Celan.

Nonnullis solet generis nobilitas parere ignominiam. Gregor. in Dial.

Omnino iniquum est, nobilium ingenia studijs deonestari moribus, & eos quos grauia expectant officia, voluptatis, ac vanitatis occupationibus agitari. Chryso. de Curios. nug.

Ingenia generosa doceri cupiunt, cogi non ferunt. Eras. in Epist.

Ille clarus, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam putet, cùm dedignatur seruire vitijs, & ab eis non superari. Chrysost. super Matth.

Melius est, vt in te glorientur parentes, quàm tu in parentibus. ibid.

Sicut indigna posteritas laudat antiqui generis abnegat, ita præclara de patribus egressa dicta confirmat. Cassiod. lib. 3. Epist.

Cæteris paribus præfertur nobilior. apud Iurisconſ.

Nobiles mitius puniuntur, quàm ignobiles. apud eosd.

Nobiles pro maiori parte sunt superbi. apud eosd.

Ignobilitas, & vulgus.

EX GRAECIS.

Multitudo nō potest regere. Plat. de Regn.

Omnis humana turba expers temperantiæ vivit. idem de leg.

Vulgares propinqui sunt seruis. Arist. Ethi. 2.

Turba multa melius iudicat, quàm vnus tantum. idem Polit. 3.

Qui multitudini placet, is sapientibus displiceat necesse est. Pluthar. de educand. lib.

Tam mutabile est vulgi ingeniū, & perplexum, vt quid constanter velit aut nolit, non facilè intelligi possit. Demost. 1. Olynth.

Non ad probatos refugis præceptores, cùm ad vulgus refugis. Plat. in Alcibiad.

Quibus ex patre, vel matre innata est macula, eos, quoad vita supersit, in delenda quadam ignobilitatis contitia comitantur, quæ increpare volentibus in promptu magnopere sunt. Plut. de lib. educ.

Ignobilis terræ filius dicitur. Pluthar. de fort. Rom.

Non respondere rusticorum est, Plat. de scient.

Rusticitatis metu peccare maximè rusticanum est. Plutar. de tuend. bon. valet.

Tardiores minus prouident. Aristol. Elench. 1.

EX LATINIS.

Quod tibi vitandum præcipuè existimo, turba est: nunquam tē illi tuò commiseriscego certè confiteor imbecillitatim meam, nūquam mores, quos effero, refero. Sene. Epist. 7.

Clamor vitate quæcunque multitudini placent. ibid.

Populus largitione gaudet. idem Epist. 15.

Non tam bene cum rebus humanis geritur, vt meliora pluribus placeant, argumentū pessimi, turba est. idē de vit. beat.

Nihil est facilius, quàm in quemlibet affectum mouere populū. Quint. Declamat. 11.

Nulla turba habet prudentiam singulorum.

Maximus magister, populus est. Cicer. 3. Tusc.

Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa iudicat. idē pro Rosc.

In imperfecta multitudine est varietas, & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum: sic etiam sententiarum commutatio. idem pro Dom. sua.

In vulgo non est consilium, nō ratio, non discrimen, non diligentia, sapiēsque, ea, quæ populus fecisset, semper ferenda, non sem

semper laudãda dixerunt. Cicer. pro Planc.

Multitudo studia sua à clamationibus profitetur. Curt. lib. 7.

Barbarorum ingenia cum fortuna mutantur. Liuius Dec. 3. lib. 2.

Multitudo aut seruit humiliter, aut superbè dominatur. idem Dec. 3. lib. 4.

Obscuriorum facta paucis sunt nota. Sal. in coniur. Catil.

Obscuri vitam, & innocentiam tuentur. idem in bell. Iug.

EX SACRIS, ET ILLVSTR. viris.

VVlgus interdum plus sapit, quia tantum, quantum opus est, sapit. Lact. lib. 2.

Fere vulgi iudicium simplex incorruptumque est. idem lib. 5.

Quemadmodũ suspectum esse debet, quicquid multitudini probatur: ita vehemẽter dispicere vulgo, præiudicium est ad probitatis emendationem. Erasm. in Epist.

Sapit vulgus ingenio, & experientia rerum. ibid.

Vulgi iudicium errore plenum. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei.

Vulgus pauper est, populus indoctus. Greg. lib. 16. mor.

Plebi facilè imponitur oratione. Hier. ad Nep.

Multitudo nõ est sequenda. Augustin. in Psalm. 39.

Multitudinis instabilis voluntas est. Chrysost. super Ioann. Homil. 42.

Seditionis mater, multitudo populi. Idẽ super Matth. Hom. 1.

Magnitudo, & excessus.

EX GRAECIS.

MAximum est, cuius non est excessus. Aristo. Metap. 10.

Omnis excessus rerum, aut nocet, aut nihil prodest. idem Polit. 7.

Non in habẽdis rebus, sed in fruendis magnitudo sita est. Plut. de fort. Alex.

Magna qui sectatur, mediocria consequitur. Eurip. in Bach.

Non magna res statim est bona, sed bona statim est magna. Plat. in Phæd.

Superflua possessio obest. apud Stob.

EX LATINIS.

NIhil magnum rerum natura voluit effici citò, perpositumque pulcherrimo cuique operi difficultatem. Quintil. lib. 10.

Nemo magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. Cicer. de nat. Deor.

Eò ventum est, vt à seruis vix impetrari possit, ne eam supellectilem fastidiant, qua vti consules non erubuit. Maxi. lib. 4.

Non est periculum, ne sit nimium, quod esse maximum debet. Plin. Iuni. lib. 8.

Satius est, vnum aliquid insigniter facere, quàm plura mediocriter. idem lib. 9.

Quantulumcunque possederis, magnæ rei fuisse participem, non minima est gloria. Col. lib. 11.

Vitiosum est vbique, quod nimium est. Senec. de tranquil. anim.

Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit: non qui ascendit per alterius incommodum. Cicer. pro Rosc.

Prima sequentem honestum est, in primis secundisque consistere, quamuis nec illud ipsum quod est optimum, desperandum est: & in præstantibus rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. Cicer. pro Rosc.

Multa quàm superuacua essent, non intellexissemus, nisi cùm deesse cæperunt. Senec. Epistol. 124.

Non sunt pensanda necessaria superuacuis. Quintil. Declamat. 12.

Quædam superuacua dicuntur, sed satius est, hæc dici, quàm non dici necessaria. Plin. Iun. lib. 5. Epist.

EX SACRIS.

MAgnus est, qui æterna concupiscit. Gregori. 5. mor.

Qui magna agit, scit magna esse, quæ agit. idem 27. mor.

Plus habent ponderis ad ruinam, quæ sunt cæteris altiora. Lactan.

Magnum est, soli Deo seruire. Greg. in 1. Reg.

Quæ principatum habent, singularitatem amant. August. de bon. coniug.

Magna audent, qui magni sunt, & quia audent, obtinent. Bernar. super Cant.

Magna res est scire viuere. idem in vig. Pet. & Paul.

Celsitudinem naturali appetitu desideramus. Bernar. sup. Cant. serm. 24.

Quibus magnitudo virtutis occasio fuit perditionis: & cùm de confidentia virium inordinatè securi essent, per negligentiam inordinatè moverentur. Gregor. in Past.

Non omne, quod magnum est, bonum est. Aug. Epist. 61.

Non mole, sed virtute magnus est Deus. idem Epist. 3.

Magnitudo omnis in solo Christo. idem tract. 21. in exposit. Euangel. Ioann.

Parum & rarum.

QVod est parum, quasi nihil differt ab eo, quod est nihil. Arist. Polit. 5.

Nihil est rarius, quàm valde magnum, aut valde minimum reperire hominem. Plat. de anim.

Omnia præclara rara: nec quicquam difficilius, quàm reperire quod sit omni ex parte absolutum. Cicer. in Læl.

Minimum aliqua pars est. Senec. Epist. 102.

Nunquam parum est, quod satis est, nunquam satis est, quod multum. idem Epistola. 120.

In minimis rebus sæpe res magnæ deprehenduntur. Cicer. pro Flac.

Paruum nihil tam est, quod gloriam parere non possit. Plin. Senior lib. 5.

Non sic inhæreas minimis, vt maxima penitus excidant. Eras. in Epist.

Parua nonnunquam causa rem ingentem mouitur. Liuius 1. Dec. lib. 10.

Rerum raritas pretium facit. Bern.

Aurum ideò carè, quia rarum. Aug. lib. 2. de lib. arbit.

Quo rarior vsus, eo plausibilior. Bud. super Pluth.

Dignitas, & honor.

EX GRAECIS.

HOnor est benefacti, ac operationis signum, & non solùm honorantur illi, qui beneficia præstiterunt, sed etiam qui dare possunt. Aristot. Rhet. 1.

Iustum est facere gratiam. et non facere potest. ibid.

Si quis est in Philosophia honoratus, irascitur ei, qui despicit eam. idem Rhet. 2.

Omnes honorem appetunt. idem Top. 6.

Honor est præmium virtutis. idem Ethi. 4.

Vnusquisque grauiter fert, honore priuari. idem Oeconom.

Honos non rei præclaræ merces esse debet, sed signum permanendi rei ad multum tempus. Plut. de Polit.

Firmissimus atque fortissimus honorum custos modestia est. ibid.

Prægrandes honore, vtpote timidi, & superbi, & immoderatæ præceritatis citò sine & facilè corruunt. Pluthar. de Polit.

Nullus honor est, qui in defectum magis, quàm quibus defertur, sese transfert, ac quo in sensus effunditur. idem.

Non loca viros, sed viri loca faciunt honorata. Agesi. apud Plut. in apoph.

Mediocres honores tempore augentur, excedentes, nimiisque euanescunt. Theop. apud Plut. ibid.

Summa autoritas etiam si malè dixerit, persuadebit. eadem enim oratio à gloriosis, & inglorioſis profecta non idem valet. Eurip. in Polid.

Honos alit curas honas. apud Stobæum.

Dignitas in opibus, & moribus est. ibid.

In primis reuerere teipsum. Physithag. apud Stob.

Proprium est, quod vnicuiq; pro dignitate conuenit. Pluth. in apophthegm.

EX LATINIS.

TVemur quæ dicta sunt ab his, quos probamus. Cicer. de Natu. Deor.

Id ratum habent homines, quod ab eo quem probant, iudicatum vident. ibid.

Quidam habent aures tam agrestes, tamque inhumanas, vt ne doctissimorum quidem hominum eos mouere possit autoritas. idem.

Rebus præcipuis honor in primis exhibeatur. Plinius Senior. lib. 24.

Honor virtutis præmium, non census, idem lib. 15.

Potior est bonis dignitas sine vita, quàm vita sine dignitate. Max. lib. 5.

Sæpe quam absentes habemus autoritatem, præsentes amittimus. Cæs. de bell. Africo.

Dignitati magis, quàm famæ consulendum. Sallust. in coniur. Catil.

Solicitius custodiendus est honor, in quo etiam beneficium amici tuendum est. Plin. Iun. lib. 1. Epist.

In re magna ratio vincat autoritatem. ibid.

Omnes recusare honores ambitionis est: eligere verò paucissimos, moderationis. idē in pane.

Qui sapius dignitatem recusat, tanquam minuē recusat. ibid.

Tunc verissimè iudicatur, meruerit quis honorem, necne, cùm adeptus est. ibid.

Dignitas in certamine relicta, potentiorē erit. Liuius Dec. 1. lib. 6.

Qui honore præstat, sit dux ad grauia subeunda. idem Dec. 3. lib. 6.

Honor est præmium virtutis, studio, iudicioque ciuium ad aliquem delatum. Cicer. de clar. Orat.

Is verus triumphus est, cùm bene de republ. meritu testimonium à cōscensu ciuitatis datur. idem Philipp. 14.

Honos alit artes, omnésque incen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimur ad studia gloria. iacént que ea semper, quæ apud quosdam improbãtur. idem 1. Tusc.

Est angusti animi atque demissi, triumphi honorem atque dignitatem contemnere. idem.

Magistratus magistratu, honor honore petitur. Cicer. 2. de Orat.

EX SACRIS.

CVm alienatur, deijcitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Greg. in regist.

Sicut leuius est, de plano corruere: sic grauius est, de sublimi cadere dignitate. idem in Past.

Apud viros bonos indigna ipsa sit dignitas, quam multi indigni possident, frustra enim se iactat habere dignitatem, cuius non exhibet operationem. Hier. in Epist.

Non est iustum, vt inde exigas honorem, vnde refugii laborem. ibid.

Sicut toto desiderio debemus occupationem fugere: ita si desit, qui præsideat, occupationis onus libenti necesse est animo suscipere. Gregor. in Regim.

Talis debet esse dispensatio regimini, vt is, qui præest, ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari, vt nec nimia latitia vilem reddat, aut immoderata seueritas odiosum. Grego. 3. mor.

Honor non solum maioribus, sed etiã æqualibus exhibendus est.

Circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus: sentiãt te homines parua magnificantem, & grauia facientem. Chrysost. super Matth. 23.

Nihil est, quod possit sine vllo moderatore consistere. Lact. lib. 3.

Maiores ad maiora astringuntur. Basil.

Quoad licet, parcendum ijs, qui summa publicaque funguntur autoritate. Erasm. in Epist.

Quisquis populi speculator ponitur, in alto debet stare per vitam, vt possit prodesse per prouidentiam. Greg. Homil. 11.

Vsus rectæ conuersationis est, vt prodesse non audeat, qui subesse non didicit, nec obedientiam subiectis imperet, quam prælatus, non nouit exhibere. idem 1. Dial.

Nullus à seipso habere potest dignitatem, vel nobilitatem, sed oportet per alterum conferatur: imò qui sua autoritate assumeret, vt crimen falsi incideret. apud Iurisp.

Dignitates sunt fugiendæ ijs, qui se impares agnoscunt. Grego. in regim.

Honores sæpe mutant mores. idem in Past. 1.

Honor malis exhibitus, in eorum commutatur ruinam. idem in 7. Psalm.

Honore crescente, solicitudo crescere debet. idem ex regist.

Honoribus ecclesiæ pauci se subtrahunt: multi se ingerunt. idem in 1. Reg.

Multi secularibus dignitatibus præditi vas fictile, quod gestant, quàm cito sit conterendum, non attendunt. idem lib. 1. mor.

Dignitas, ad quã ambitiosè cum culpa peruenitur, non potest sine culpa reliqui. idem lib. 14. mor.

Dignitatem plerique ambiunt, laborem pauci. idem in 1. Reg.

Dignitatibus viri dandi: non viris dignitates. Pius secũd. apud Platinam.

Autoritati rationi iunctæ standum est. Augustin. de quant. anim. cap. 7.

Ita est hominum ingenium: citius ducitur ciuilitate, quàm austeritate protrahitur. Eras. in Epist.

Honoris magnitudo ijs, qui non sunt digni honore, stimulus incipit esse pœnarũ. idem Chrysost. sup. Matth.

Cur vnus debitum honorem inuidemus? cur eruditioni non tribuimus, quod vulgus tempori? Erasm. in Epist.

Qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est. Bernar. sup. Cant.

Gloriam, & honorem non debet sequi virtus, sed ipsa virtutẽ. Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei.

Dignitatem habens à principe dignior reputatur. apud Iurisp.

Dignus est, quem princeps elegit. ibidem.

Publicis administrationibus implicitus, ad ecclesiasticum officium venire non debet. Greg. in regist.

Honores graues populus, non leues dare debet. Aug. lib. 1. de lib. arbitr.

Honoris comes inuidia est. idem lib. 3. de mirab. Sac. scrip.

Honor humanus, nihil, nisi fumus. idẽ lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 17.

Quanto plus honoramur, tanto plus periclitamur. idem in Psalm. 106.

Autoritas præcipientium, & qualitas præceptorum attendenda est. Bern. de præcep. & dispens.

Honori totum datur, sanitati nihil. Ber. de consid. lib. 4.

Gloriam alterum putat pius esse suam. Chrysost. de mansuet. Ser.

Honorans alios seipsum honorat. idem sup. Epist. ad Heb. Homi. 25.

Honor cum fœnore reprendendus. idẽ Homil. de Dauid, & Saul.

Honores ignauis multam perniciem asserũt. idem sup. Matth. Homi. 41.

Qui in officio sunt, tandiu honorandi,

randi, quandiu præsunt. Augustin. in quæst. ex veter. test. am. 35.

Iniuria & contemptus.

EX GRÆCIS.

PEius est iniuriã facere, quàm pati. Plat. de Rhet.

Nihil est turpius conuitio, quod in autorem recidit. Plut. de vtil. cap. ab inimic.

Mala vita ad sese trahit conuitia. ibid.

Delictorum & iniuriarum autores mendaces sunt. Plut. in Apophth.

Iniuria affecti tacent, tanquam à potentioribus victi. Eurip. in Med.

Si tam indignarentur illi, quibus non est facta iniuria, quam illi, quibus facta est, nullum in ciuitate admitteretur scelus. Aristot. de virtu. & vit. diuis.

Dedecora & pœnæ patris nullum ex filijs consequi debent, nisi quis ordine habuerit simul patrem animumque, & proauum morte damnatos. Plat. de leg. Dial. 8.

Plus timeas vituperium, quàm periculum. Menãd. apud Stob.

Ne inita querimoniæ pateat. Dion. lib. 1.

Omnibus respondere, seruile est: omnes despicere, stulti. Plut. de Poët.

Bonorum virorum contemptus periculosus est reipubl. Demosth. in Epist.

Non asperuandi sunt paupertatis ipsis in ipsa paupertate ejus mali. idem cont. Eub.

Nullus sui ipsum parui pẽdet. Aristot. Rhet. 2.

Vir vituperatur vltimo vituperio, quando nihil facit nisi propter seipsum. Arist. Eth. 11.

EX LATINIS.

SOlatiũ est, iram potius, quàm contemptum pati. Quintil. declam. 13.

Non est contemnẽda fortuna hominis, in quam dum cõtemnimus, transire possumus. Senec. Epist. 47.

Nulla tanta potẽtia est, in quam non irruat iniuria. Senec. de ira lib. 3.

De iniuria nostra Latinè queri non possumus, parcendum est verbis, inhibenda ex magna parte veritas. Quint. declam. 3.

Omnes læsi dolent, elati efferuntur. Cicer. pro Cælio.

Habet quendam aculeum contumeliæ, quem pati prudentes ac boni viri difficilimè possunt. Cicer. 5. act. in Verr.

Nihil est tam insigne, nec tam diuturnitatis memoriam stabile, bile, quàm id, iniquo aliquem offenderit. idem 2. de Orat.

Si aliquem homunculum in eo tempore nomines, in quo punire non possis, maiore cum honore, quam contumelia afficies. Gel. lib. 6.

Quis honorem, quis gloriam, quis laudem, quis illud decus tam vnquam expetit? quàm vt ignominiam, infamiam, dedecus fugiat. Cicer. de Orat.

Sæpe maiori fortunæ locum facit iniuria. multa ceciderunt, vt altius surgerent. Senec. Epistol. 92.

Nemo est tam agrestis, quem, si non ipsa honestas, contumelia tamen, & dedecus magnopere moueat. ibid.

Ab improbis irrideri, laudari est. Erasm. in Epist.

Iniuriam molientes, defensionem simul cogitant. Sallust. de bell. Iug.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. Pub. Mim.

Iniuriarũ remedium, oblitio est. Pub. Mim.

Hominum immortalis est infamia, etiam tunc viuit, cum mortuum esse credis. Plaut. in Per.

Permulti sunt, qui pro nihilo putant, quæ quibusdam admirabilia videntur. Cicer. in Lælio.

EX SACRIS.

INiuria virum fortem probant. Aug. in Psalm. 92.

Nos in Dei iniurijs benigni sumus, & in nostris contumelijs exercemur odia. Hieron. sup. Matth.

Gloriosius est, iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. & si seruus conuitium dicat, iubeo taceat: si infirmus iniuriam faciat, iubeo sufferat, & si pauper criminetur, iubeo non respondeat. Greg. 30. mor.

Iniuria lacessiti ne protinus turbemur. Chrysost. de panit. Homil. 4.

Sicut boni per contumelias meliores existunt: ita semper reprobi de beneficio peiores sunt. idem.

Patienter illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortasse adhuc ex se habeat, in quo ipse debeat tolerari. idem. 5. Mor.

Nulla est intolerabilior contumelia, quàm quæ pro beneficijs rependitur. Erasm. in Epist.

Nemo prouocare, nemo offendere audet cum, quem intelligit superiorem fore, si pugnet. Veget. lib. 2.

Lingua virulenta facillimum est lædere, difficillimum mederi. Erasm. in Epist.

Irritati malis grauius lædunt, ibi-

Atrum, quàm tenax sit hominibus offensæ memoria: quàm profunda sit beneficiorum obliuio. ibid.

Iniuriam faciens à quo honoratur, iustè ab honore repellitur. Greg.

Conuitium in fratrem, homicidium est. Hier. in Epist.

Stultum est, frustra infamiam sustinere. ibid.

Si non quæras gloriam, tamẽ dolebis, cùm inglorius fueris. Raban. sup. Matth.

Nihil seuius, nihil virulentius, quàm amaris asperisque sermonibus, quorũ vulnera tanto difficilius curantur, quanto facilius perferuntur. Val. epist. in quo. Serm.

Sicut nihil est deformius, quàm respondere furiosis: ita nihil vtilius, quam tacere prouocatiui: nullus est finis inimicitijs, si ad tempus non obtemperemus iratu. ibid.

Qui non repellit à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quàm ille, qui infert. Amb. de Offic.

Vltra fœlicitatem constat esse victoriæ, inimicũ saluum fecisse: nec iniuriam vindicasse. Val. Epist. in quo. Serm.

Conuitia quis facilè tolerat, cùm in secreto mẽtis ad mala perpetranda recurrit. Greg. 31. mor.

Iniuriam obliuisci, glorioſum est. Aug. de verb. domi. Serm. 16.

Ad nullius iniuriam pertinet, quod in genere dictum est. Erasm. in Epist.

Ex mutuo contemptu quid oriri potest! nisi simultas semper gliscens in perniciem. Erasm. in Epist.

Non in eo debet despici, quicquid fuit, qui iam cœperit esse quod non fuit. Greg. 16. Mor.

Contemptus nascitur ex conuersatione æquali. apud iurisp.

Vbi honor non est, ibi cõtemptus est. Hier. ad Heliod.

Assiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum illius parit. ibid.

Contemptus culpam facit maiorem, vel minorem, secundum differentiam præcipientium. Bernar. de præcep. & discip.

Contumelia afficere, muliebre est. Chrysost. sup. acta Apost. homil. 15.

Contumelia secundum inferentis mentem iudicatur. idem sup. Ioan. Homi. 78.

Contumelia libero homini perferre molesta est. idẽ de prouid. lib. 2.

Contumelioſum esse necessitatem non habet. idem.

Conuicium omne diaboli lectui. idem sup. Matth. Homil. 52.

Virtus.

EX GRAECIS.

VIrtus sanitas, prauitas morbus est. Plat. de rep.

Virtutis vna species, prauitatis innumeræ. ibid.

Circa difficilia ars sit semper, & virtus. Arist. Eth. 2.

Non vt sciamus, quid sit virtus perscrutamur, sed vt boni efficiamur. ibid.

Virtus melior est, & certior omni arte. ibid.

Maior virtus est, bona facere, quàm mala non perpetrare. idem Ethic. 4.

Virtuti perfectæ nõ fit condignus honor. ibid.

Virtus, & malitia determinat nobiles, & ignobiles, seruos & liberos. idem Polit. 1.

Virtutem prorsus tollimus, cùm discendam negamus, quando disciplina generatio quædam est, qua fœtus in animo discentis à doctore producitur. Plut. de curios.

Virtutes non se inuicem sequuntur. fieri enim potest, vt imprudens quispiam, ac iniustus idem intemperans, ac incõtinens sit. Arist. ot. apud Diog. lib. 6.

Nec in domo nec in ciuitate diuite habitat virtus. Bion apud Volat.

Virtus in homine absolutio est humanæ naturæ. apud Stob.

Tanquam in asylum templum, ad virtutem confugiendum est. ibid.

Virtus est, mori concupiscentiarum, & quies earum, secundum quod oportet. Arist. ot. Ethic. 2.

EX LATINIS.

MVltum sibi adiecit lacessita virtus. Senec. Epist. 13.

Quemadmodum virtutes retentæ exire non possunt, facilisq; earum tutela est: ita initium ad illas eundi arduum. ibid.

Bonum est, & optabile, quicquid ex virtute geritur imperio. idem Epist. 68.

Nulla virtus latet, & latuisse nõ ipsius est damnum. idem Epist. 80.

In optimis quoque antequam eruditas, virtutis materia, nõ virtus est. idem Epist. 91.

Pars virtutis, disciplina constat, pars exercitatione. idem Epist. 95.

Marcet sine aduersario virtus. idem de prouid.

Virtus ad posteros durabit, non peruenient inuidia. Quintilia. lib. 3.

In quibusdã vitia ipsa delectant, in quibusdam virtutes non habent gratiam. idem lib. 11.

Virtus nihil aliud est, quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura. Cicero 2. de leg.

Qui virtutem pretio metiuntur, nullam virtutem, sed malitiam putant. idem. 1. de leg.

Nulla potest esse virtus, nisi gratuita, nam quæ voluptate, quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea nõ virtus,

sed fallax imitatio, & simulatio virtutis est. idem. 5 Tusc.

Difficile est, persuadere hominibus, honestum propter seipsum diligendum. Cicer. ad Cass.

Si ipsam honestatem undiq; perfectam, omniumque maximè laudandam penitus videremus, quonam gaudio compleremur: cùm tantopere eius adumbrata opinione lætamur. Cicer. 5. de finib.

Virtutem necessariò gloria sequitur. idem 1. Tusc.

Virtutem etiam in hoste diligimus. idem in Lælio.

Conciliatrix amicitiæ est, virtutis opinio. ibid.

Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. Cicer. 3. de nat. deor.

Nesciunt multi, nesciunt, quantus vires virtus habeat, nomen virtutis tantùm vsurpant, quid ipsa valeat, ignorant. idem Parad. 11.

Non sunt istis audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse volunt. idem in Lælio.

Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet, eáque despiciens casus contemnit humanos, culpaque omni carens, præter seipsam nihil sentit ad se pertinere. Cicer. 5. Tusc.

Optimè virtus se ipsam novit, & quàm amabilis sit, intelligit. idem in Lælio.

Præsidij ad viuendum in virtute satis est. Cicer. Tusc. 5.

Cùm fateamur satis vim esse in vitijs ad miseram vitam: fatendum est etiam eandem vim in virtute esse ad beatam vitam. ibid.

Virtus in tempestate sæua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco, manet tamen, atq; hæret in patria: splendétq; per se semper, nec alienis vnquam sordibus obsolescit. Cicer. pro Sest.

Sola virtus in sua potestate est, omnia præter eam subiecta sunt fortunæ dominationi. idē ad Heren.

Omnis virtus actione consistit. idem 2. Offic.

Durior est conditio spectatæ virtutis, quàm incognitæ. Brut. ad Cicer.

Præsentem virtutem non odimus, sed certè negligimus. Ex Sim. Epist.

Publica religione consecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget. Max. lib. 3.

Si virtus per se æstimatur, vitæ magister est optimus. ibid.

Sola virtus nascitur, non fingitur. ibid.

Nihil est excepta virtute, quod mortali animo, atque virtute immortale quari possit. idem libr. 5.

Virtutis iter arduum est. Sallust. ad Cæs. de rep. ord.

Virtus post vitia magis se attollit. ibidem.

Virtus nō eget composita oratione. Sallustius, in bello Iugurthino.

Vitia virtutum nomina sortita sunt. idem in coniuratione Catil.

Virtutibus abundat, qui alienat amat. Plin. Iun. lib. 2.

Cui vna virtus contigit, omnes contingunt. idem in Panegy.

Nihil tam altum natura constituit, quò virtus nō possit emti. Curt. lib. 7.

Virtus est vitium fugere, & sapientia prima, stultitia caruisse. Horat. lib 1. Epist.

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. ibid.

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. Silius Ital. lib 3.

Sat habet sanctorum, semper qui recta facit. Plaut. in Amphitr.

Ingens lucrum puta, cùm mentis accessione virtutis facta est melior. in hist. Sac.

Peregrina in terris virtus, in cælu ciuis. ibid.

Virtus maturescit, senescentibus vitijs. Liuius 1. Decad. lib. 2.

Pertinax virtus omnia vincit. idem Dec. 3. lib. 2.

Pulcherrimum, & tutissimum est, in sola virtute spem habere. idem Dec. 4. lib. 4.

EX SACRIS.

Virtus ac vitium in omnibus rebus est. Chrysost. de verb. Esaiæ. Homi. 4.

Virtus non debet sequi gloriam, & honorem, sed ipsa virtutē. Aug. libr. 5. de Ciuit. Dei.

Maxima sunt fundamenta virtutum, silendi patientia, loquendi opportunitas, & diuitiarum contemptus. Ambr.

Eo virtus eminentior, quo status inferior. Ambros. in quodam Serm.

Nulla sine labore virtus est, quia labor processus virtutis est. idē. sup. Beat. immacul.

Vera diuitiæ non opes, sed virtutes sunt, quas secura conscientia portat, vt in perpetuum dilecti fiat. Bernar. in Epist.

Tolle discretionem, & virtus vitium erit. idem.

Virtus mater est gloriæ. sola enim est, cui gloria iure debetur. idem.

Laudo factam de necessitate virtutem, sed plus illam, quam elegit libertas, non inducit necessitas. idem.

Fama virtutem reddit illustriorem, sed non maiorem. idem.

Rara virtus est, alienæ nō inuidere virtuti: multo rarior, gaudere ad illam. idem.

Virtus maxima, inter paucos bene vincere. idem.

Virtus in nobili plus placet.

Etiam in hac vita merces virtutis est. idem.

Virtus diuitias præparat, non vxor. Chrysost. sup. Matth. hom. 30.

Virtus semper odium parit. idem sup. Ioan. cap. 12. hom. 81.

Vera virtus finem nescit. idem.

Vir virtutes tuas augere, noli prodere. idem.

Gradus est ad virtutem, minus impudenter peccare. Chrysost.

Gradus primus virtutis est, alienæ virtuti applaudere. idem.

Virtus dum patitur, vincit. idem.

Asperam nobis, & insuauē virtutis viam nimia facit vitiorum consuetudo, quæ si in alteram partem trāsferetur, inuenitur semita iustitiæ leuis. Hier. ad Celan.

Bene dicere ad paucos pertinet, bene autem viuere ad omnes. Lact. lib. 1.

Summa tibi scientia, summa notitia sit, vitia virtutesque distinguere. quæ quāquam semper contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur similitudine, vt discerni omnino vix possit. Hier.

Plerunq; virtus, cùm indiscretè tenetur, amittitur. cùm discretè, intermittitur, plus tenetur. Grego.

Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in vētum puluerem portat. idem.

Virtus non potest cerni, nisi habeat vitia contraria, aut non potest esse perfecta, nisi exerceatur aduersis. Lact. lib. 5.

Nemo virtutis fauet, nisi qui scit qui potest. ibid.

Virtutis via nō capit magna portantes. ibid.

Efficax quædam res est ipsa virtutis species, quæ puris oculis ostensa mox rapit in amorem sui. Erasm. in Epist.

Nō caret egregia virtus, vel laude, vel præmio, etiamsi præcipitia conatibus non respondeant euentus. ibid.

Virtutis finis est, in vsus multorum diffundi. ibid.

Virtus eximia etiam impios rapit in amorem sui. ibid.

Bonus odor ex virtute est, sicut malus ex vitio.

Nulla virtus, est vera virtus, nisi alijs virtutib⁹ sit admixta. ibid.

Eo virtus pluris æstimanda, quo plura contemnit. August. in quod. sermo.

Non virtus est, non posse peccare, sed nolle. Ambr. sup. Luc.

Omnes virtutes ita cohærent vt qui vna caruerit, omnibus careat. Hiero. in Epist.

Virtus in infirmitate cōfirmatur. Ambr. in Hexam. lib. 3.

Virtus est, hominis interioris pulchritudo. August. Epist. 38.

Virtutes nisi ad Deum referantur, vitia sunt. idem li. 19. de Ciuita. Dei.

Virtutis præmium, est ipse Deus. idem

idē lib. 22. de Ciuit. Dei. ca. 30.

Virtutem simulare facile, habere difficile. Idem de Morib. eccl.

Ad virtutem vnica, & simplex est via. idem lib. 9. de Ciuitate Dei cap. 15.

Meum firmum est, quod ex virtute mea habeo. apud Iuuisp.

Virtus nulla, sine conuentia voluntatis. Bernar. supra Cantic. serm. 40.

Virtus quasi manu ducit in vitam. Chryst. Ser. 12. sup. Epist. ad Rom. cap. 7.

Virtus tāta res est, vt impugnantes illam admirentur. idem ad Theod. Epist. 4.

Virtutis non vna via. idem sup. Matth. Homil. 46.

Virtutes suas recitare cùm nulla necessitas cogat, extremæ est dementiæ. idem sup. Epistol. ad Hebr. Homil. 17.

EX LATINIS.

QVi armis vincit, vitijs vincitur. Senec. epist. 51.

Vitijs simplicibus possunt obstare remedia simplicia. idem epist. 36.

Nullū intra se manet vitiū. ibid.

Omne vitium virtute mutandum est: non contrario vitio. Plut. de amic. & adul.

Vitia nostra, quæ amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quàm excutere. Senec. epistola. 117.

Omne vitium contra naturam pugnat. idem 133.

Nulli vitium est, nisi cui virtus esse potest. idem Epist. 125.

Serpunt vitia, & contractu nocent, & in proximum quenq; transiliunt. idem de Tranquillitate anim.

Animi totidem vitia sunt, quot virtutes Quint. lib. 3.

In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant. Quintil. libro 11.

Vitijs nostris per oculum in animum via est. idem Declam. 1.

Finem aliquē sibi vitia ipsa excipiunt. idem Declam. 3.

Vitia virtutum nomina sortita sunt. Salust. in coniur. Catil.

Sine vitijs nemo nascitur, optimus ille, qui minimis vrgetur. Horat. lib. 1. Serm.

Vnicuiq; dedit vitiū natura creato. Prop. lib. 2.

Vt corporū languor: sic quoq; animorum vitiū est. In hist. Sax.

Nobis persuasum esse debemus, si omnes deos cælare posse mus, nihil tamen auarè, nihil libidinosè, nihil intemperanter esse faciendum Cicer. 3. offic.

EX SACRIS.

QVot vitia, tot inuenies animæ tormenta. Hieron. ad Demetr.

Summa tibi scientia, summa sit notitia,

notitia, vitia, virtutésq; distinguere, quæ quanquam semper sibi contraria sint, aliqua tamen ex eis tanta iungũtur similitudine, vt discerni omnino vix possis. ibid.

Nihil vitiosum nascitur, sed vitium fit, si malè vtamur affectibus: virtus, si bene. ibid.

Sceleratius est, animum exponere vitijs, quàm corpus incertis casibus. Erasm. in epist.

Homo malum, cui seruit, dominum sibi facit. Chrysost.

Fluit vitium, vbi pluit aurum. Greg. in Regist. lib. 7.

Vitia ante cõuersionem, quasi pacem cum homine habent, quando autem expelluntur, acriore virtute consurgunt. Isid. lib 3. de Summo bon.

Etiam vitia sunt virtutum incitamenta. August. de Verbor. relig. cast.

Vitia, non vitiosi odiendi. idem de Quant. ani.

Vitia accusare, bonorum est: non hypocritarum. idem de Serm. dom. in monte.

In vitia multis vitijs itur. idem 9. de Ciuit Dei.

Sicut bonus odor ex virtute est, ita malus ex vitio. Gregor. lib. 15. mor.

Omnia vitia stultitiæ nomine includuntur. August. de Vita beata.

Plura sunt vitia virtutibus. idem Epist. 29.

Vitiorum notitia nõ displicet, sed ipsa vitia. idem 9. de Trinit.

Vitiorum origo est in hominis voluntate. idem lib. 2. Quæst. sup. Exod.

Vitiorum Deus non autor, sed ordinator est. idẽ in lib. Imper.

Vitium hominis, natura est pecoris. idem lib. 2. de Pecc. orig.

Vnum etiam vitium à beatitudine excludit. idem libro 4. de Baptis.

Cum vitijs pugnãdum est, quandiu viuitur. idem lib. 2. contra Iulianum.

Vitia penè cuncta ex incredulitatis vitio oriuntur. Bern. ad Passione domini.

Vitia virtutibus sunt cognata. Basil. Serm. de inuid.

Vitia non in natura, sed voluntate & arbitrio sita sunt. Chrys. sup. Genes. Hom. 29.

Vitia captum hominem, diabolum faciunt. idẽ ad pop. Antioch. hom. 4. de pace.

Bonitas.

EX GRAECIS.

QVa quid bonum, hac præclarum, qua quid malum, hac turpe. Pla. de nat. nomin.

In quo quisq; prudens, in eo bonus. ibidem.

Nemo bonus accusat insontem. idem de Rhet.

Bonus Athenienſis valde bonus. idem de Leg.

Boni, valde diuites nõ sunt. ibid.

Quod cuiq; optimum, id maximè proprium. idem de Rep.

Bonum est, cuius contrarium est malum. Arist. Rhet. 1.

Omnia bonum appetunt. ibid.

Illud est melius, quod optimo est propinquius. idem de Cæl. & mund. lib. 2.

Illud, quod paucioribus actionibus bonitatem suam participat, nobilius est eo, quod pluribus. ibidem.

Bonus singula cum ratione inducit. Arist. Eth. 2.

Bonus nunquam res turpes sua sponte agit. idem. Eth. 4.

Optimus est, qui non solùm vtitur virtute ad se, sed ad alios. idem Eth. 5.

Omnia scit operari bonus. idem Eth. 6.

Non est ille bonus, qui ne in malos quidẽ acerbus est. Plutar. de Inuid. & odio.

Boni viri deorum imagines sunt. Diog. Laër. lib. 7.

Nullus malus lubens, nec inuitus bonus. Plat. de Iust.

Bonus homo, semper bonus, nec pro calamitate ingenium perdit. Eurip. in Hecub.

Plura sunt bona mortalibus, quàm mala. idem in Supl.

Quamuis hostis, audiet bene vir bonus. ibidem.

Si vis esse bonus, primùm crede, quòd malus sis. Epict. apud Stobæum.

Si eisdem bonus vnusquisq; est, in quibus sapiens est: contrà malus, vbi rudis est, & imperitus. Plat. apud Stob.

Iucunda res est, bonitas prudentiæ coniuncta. Menand. apud Stob.

Vir bonus loci in multis salutaris est. ibidem.

Probitas, & moderatio vtilis est in calamitatibus. ibid.

Boni pauci legibus indigẽt. ibid.

Boni faciles sunt decipi. ibid.

Malos reprehendentes vir bonus non curat. Plato apud Stob.

EX LATINIS.

MAgna bonitatis pars est, fieri bonum. Senec. Epistol. 34.

Bonus vir sine Deo nemo est. idẽ Epist. 4.

Vir bonus nec fieri, nec intelligi citò potest. idem Epist. 42.

Aperta decent, & simplicia bonitatem. idem Epist. 49.

Ad neminem venit antè bona mens, quàm mala. idem Epistola 51.

Quid tibi opus est, vt sis bonus, velle? idem Epist. 80.

Quandiu sim, alienum est: quandiu verò vir bonus sim, meum. idem Epist. 94.

Prosunt inter se boni, malus malo nocet. idem Epist. 100.

Vtro optimo est minimè malus. Senec. de Tranq. anim.

Nihil est tam populare, quàm bonitas. Quint. lib. 8.

Omnis nostra cura debet in hoc versari, vt, si possimus, boni aliquid faciamus. Sin minus, ne quid mali. Cicer. 2. de Orat.

Semper ita viuamus, vt rationẽ nobis reddendam arbitremur. idem 3. Acti. in Verr.

Quod rectum & honestum, & cum virtute est, id solum opinor bonum. Cicer. Parad. 1.

Tria sunt genera bonorum maxima, prima animi: secũda corporis: exteriora tertia. idẽ 3. Tusc.

Quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est, quod autem expetendum, id certè approbandum, quod verò approbaris: id gratum, acceptumq; habendum. idem 5. Tusc.

Vir bonus non modò facere, sed ne cogitare quidem quicquã audebit, quod non audeat prædicare. ibidem.

Vir bonus nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahit: itaq; in virum bonum non cadit mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere. ibid.

Non est res vlla tanti, aut vllum incõmodum adeò appetẽdum, vt viri boni nomẽ, & splendorem amittas. idem 3. Offic.

Vt quisq; est bonus: ita difficillime esse alios improbos suspicatur. idem ad Quint. frat.

Omnes boni, beati. idẽ 3. de finib.

Nec bono quicquã mali euenire potest, nec viuo, nec mortuo: nec vnquam eius res à dijs immortalibus negliguntur. idem 5. Tusc.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem: impij sæpe pauo. idem pro Milone.

Probitas per se parum tuta est. Sallust. in coniura. Catil.

Quod bonum est, magis quotidie placet. Cat. de re Rust.

Vir bonus & prudens (qualẽ vix reperit vnum,

Millibus è cunctis hominum rex Iupiter, vltus Apollo)

Iudex ipse sui, totum se explicat ad vnguem. Virgil.

Bonis hoc maximè propositũ est, vt malis displiceãt. In hist. Sac.

Semper hoc facere cogites, id optimum esse: tute vt sis optimus: id nequiueris: saltem vt optimis sis proximus. Plau. in Trin.

Magna nobis ineſt probitatis necessitas: cùm omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. In hist. Sac.

EX SACRIS.

Boni & mali discretio omnibus data est. Chrys. super epist. ad Hebr. Homil. 13.

Boni plures sunt, quàm à nobis agnoscũtur. Aug. lib. 2. de vera.

Nemo bonus, nisi prius malus. Hier. in Quæst. ex vtroq; test.

Bonum laudare, non laudate, sed laudan-

laudantibus prodest. ibid.

Bonus vbique bonus. idem lib. 2. de bapt.

Minus bonus est, qui tantùm bonis bonus est. idem confess.

Mali semper bonis securius viuũt in hoc seculo. idem.

Quando timore pœnæ, non amore iustitiæ fit bonum, nondum bene sit bonum, nec sit in corde quod fieri videtur in opere: quando mallet homo non facere, si posset impune. Augustin.

Qui bonum alterius adiuuat, suũ facit. Greg. Epist. 56.

Sicut boni per contumelias meliores existunt, ita semper reprobi de beneficio peiores euadunt. ibid.

Bonis datur consilium: errantes coërcet correctio. Amb.

Inter bonos bonum esse, salutem habet, inter malos verò & laudem. Bern.

Bonus desinis esse, vbi incipis nolle fieri melior. idem in Epist.

Iustus, & sapiens potest esse quis nimium: sed bonus vltra modum non potest. idem.

Non potest bonus nõ esse, qui malis displicet, nec is, qui bonis placet. idem.

Rerum natura sic est, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur. Chryso. super Mat.

Boni nihil facere, est facere malum. Chrysost. super Epist. ad Ephes. ser. 18.

Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est: sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui ipse bonus non est. idem.

Non potest quisquam eligere, & scire, quod bonum est, nisi sciat simul reijcere, & vitare quæ mala sunt. Lact.

Plerunq; scelerati fœliciores sunt, & boni miseriores. idem.

Bonorum salutem custodit, qui malos punit. idem.

Naturale est bono, ad alterius salutem commoueri. idem.

Insigniter bonus sit oportet, qui malorum contagio non corrumpitur. Erasm. in Epist.

Imperitiæ genus est, bonum non facere. ibid.

Bonitas non omnino patitur sterilitatem, sed qui boni non sunt, alij minus, alis magis mali sunt. Aug.

Ad bonum tarditas ex ira Dei est. idem in Enchir. cap. 27.

Nullum est bonũ, nisi fuerit spontaneum. Bern.

Primus gradus bonitatis est, in proximos, secundus in extraneos. Tertul.

Bonus malo sic cõnectitur, vt aut paret reddãtur, aut citò ab inuicem separentur. Chrysost. super Matth.

Bonitas omnibus grata est. Ambro. Offic. 1.

Bona sunt magis remuneranda, quàm mala punienda. Augustin.

Bonis malè vti, malum: malis verò bene vti, bonum. idem.

Non sunt omnia bona, quæ bona fiunt intentione. idem cont. mendac. cap. 27.

Bonorum quorundam, sicut & malorum intolerabilis est magnitudo. Tertul.

Toties sacrificamus, quoties bonum aliquod facimus. Lact. lib. 6.

Bona non sunt bona, nisi bona fiant intentione. Aug.

Nemo inuitus benefacit, etiam si bonum est; quod facit. idem 1. confess. cap. 12.

Bona, bona non sunt, nisi benefiant. idem de ver. & falsp. nit. cap. 8.

Bona cum agimus, agimur à bono. idem sermon. 13. de verb. Apost.

Bonus, si seruit, liber est. idem lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 13.

Bonorum facta non recta imitari nō licet. idem de vnic. bapt. cap. 13.

Boni decor sunt domus Dei. idem sup. Psalm. 25.

Bonos per malos erudit Deus. idē sup. Psal. 73.

Per bonos nascuntur boni. Aug. sup. Ioan. tract. 11.

Boni bona sua opera reūciunt: mala verò ante oculos ponūt. idem sup. Psal. 44.

In omni statu, atq; cōditione optimis admixta sunt pessima. Hieron. ad Rust.

Bonorum iudicia non negligenda. Amb. 1. Offic.

Quod placet optimis, mox placebit plurimis. Erasm. in Epist.

Bona prodesse non possunt, nisi mala, quæ subrepunt, caueantur. Greg.

Bonū in nobis: sed nō ex nobis est. Aug. Epist. 143.

Bonum sine malo esse potest, sed non malum sine bono. idem in Dial. quæst. 65.

Sola virtus est bonum, quæ possidentes bonos facit. idem.

Bonum solius iustitiæ delectatione faciendum. idem lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 15.

Summum bonum nemo amittit inuitus. idem de liber. arbitr. lib. 2.

Bonum summum, Deus est. idem contr. Manich.

Quies bonos lucratur, & malos perdit. idem in lib. 83. quæstion.

Probitas ad omnia disciplinarum genera viam aperit. idem Epist. 20.

Probitas ab omnibus laudatur. idem lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 26.

Boni compatiuntur, si quādo viderint alios etiam malos fieri. Chrysost. super Gen.

Homo virtutis prouidebit semper bona nō solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Bern. sup. Cant. ser. 71.

Prauitas.

EX GRAECIS.

Impossibile est, mala penitus extirpari. Plat. de scient.

Malum bene sopitum ne moue. idem de sum. bon.

Qua quid bonum, hac pulchrum, qua quid malum, hac turpe. idem de nat. nom.

Malum est facile, & bonum difficile. Arist. Eth. 2.

Minus malum semper est eligendum. idem Eth. 5.

Pessimum est contrarium optimo. idem Eth. 8.

Turpia sunt hominibus mutua mala. Eurip. in suppl.

Sicut corpus ex valitudinario ortum corpore obseruari debet: sic malitiæ innatam similitudinem in adolescentum pullulantū moribus. Plut de sera. numinis vindict.

Virtus sanitas, prauitas morbus est. Plat. de republ.

Virtutis vna species: prauitatis innumeræ. ibid.

Virtus & malitiæ determinant nobiles, & ignobiles: seruos, & liberos. Arist. Polit. 1.

Improbitas ex seipsa supplicium sibi astruit. Plut. de ser. num. vindict.

Malitia non potest in potestate latere. Pluthare. de doctrin. princip.

Magnus artifex infœlicitatis est, ipsa peruersitas. idem de curios.

Fortuna non est infœlicitatis effectrix, nisi improbitatis præsidio. ibid.

Peruersitas morum omnem fortunam inamœnam facit. idem de virt. & vit.

Acrior est in nocendo malignitas, quàm in iuuando amicorum dilectio. idem de amic. & adul.

Semper aliquem dolum, & machinam sibi prætexit improbitas. apud Stob.

Qui malus est, & sapiēs habetur, eō plura peragit mala, quo acutius cernit. Plat. de rep.

Agenti malum sponte est peior agenti malum per vim. Aristot. Met ap. 5.

Prauus honore non est dignus. idem.

Malus mittit manum ad impossibilia. Arist. Polit. 5.

Vir malus est, & is, qui malum laudat: & qui à bono vituperatur. Plut. de viti. verec.

Omnes ex magna parte improbi. Demet. Phaler.

Malus homo, semper nihil aliud, quàm malus. Eurip. in Hecub.

Malus malè peribit. ibid.

Malus supplicium dat suis affectibus in posterum. idem in Alcest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nullus vnquam bonam fortunam habuit iniustus existens. idem in Helen.

Et viuens malus, & mortuus punitur.

Improbi quo fuerint indigniores ad honores promoti: hoc & negligentiores sunt, imprudentiáque magis, & audacia pleni. apud Stob.

Mali semper timent. Plut. de ser. numi. vindict.

EX LATINIS.

NVllum sine autoramento malum est, auaritia pecuniã promittit: luxuria varias voluptates. Senec. Epist. 68.

In comparatione malorum, boni locum obtinet Leuius. Quintil. lib. 7.

Miserum est praua voluisse, fecisse miserius. in hist. Sax.

Tantum quotidie nequitia proficit, vt satis consequatur, qui inter pessimos non est. Senec. Epist. 76.

Adeò prænaluit nequitia, vt innocentia nõ rara, sed nulla sit. idem de ira lib. 2.

Plerunque plus valet malorum improbitas, quàm bonorum fauor. Erasm. in Epist.

Ad multorum amicitiam faciliorem aditũ habet nequitia, & audacia, quàm cuiusuis virtus & integritas. Cicer. 5. act. in Verrem.

Malum publicum minus sentitur, quàm priuatum. Liu. 3. Dec. lib. 10.

Improbo nemini bene esse potest. Cicer. Parad. 2.

In his, quæ à malis beneficiunt, hic tenendus est modus, vt appareat autorem displicuisse, non factum. Plin. Iun. in Pang.

Bonis nocet quisquis pepercerit malis. Pub. Mim.

Noui ego hoc seculum meritò quibus sit malus, bonum malum esse vult, vt sit sui simile. Plaut.

Iniustos creuisse queror: tollunturque in altũ, vt lapsu maiore ruãt. Claud. lib. 1.

EX SACRIS.

MAlitiæ comes, indubitãter est miseria. Aug. super Psalm. 32.

Improbitas facilis est captu. Nazianz.

Vir duplex animo inconstans est in vijs suis. Bern.

Malitiæ suæ quisque autor est. Basil.

Mens praua semper in laboribus est, quia aut molitur mala quæ inferat: vel metuit, ne sibi ab alijs inferãtur: & quicquid cõtra proximos cogitat, à proximis formidat. Greg. 12. mor.

Mens semel malignitate capta, stultior cæteris efficitur. ibid.

Coërceri omnino nequit animus praua

praua semel voluntate vitiatus, quia zelus sapere nescit, & ira consilium non habet. Chrysost.

Paucorum malitia cæteros inficit.

Prauitatis causa, est ignoratio sui. Lact.

Iniquitas florere perpetuò nõ potest. Aug. sup. Psalm. 61.

Nulla iniquitas manebit impunita. idem sup. Psalm. 58.

Non mali, sed malum ex nobis est auferendum. idem. 3. cont. Parm.

Ad malum pronitas ex ira Dei est. idem in Enchir.

Minus malum est malum pati, quàm malum facere. idem.

Impietas scelix periculosissima. Chrysost.

Malus, quod est malum, non putat esse malum. idem.

Abstinuisse à malis non satis est. idem.

Malum vnum, est causa multorum. apud Iurisp.

Non statim malum est, quod minus bonum est. August. cont. Epist. Manich.

Malum ex nobis facimus: bonum autem ex solo Deo. idem. 2. de peccat. Merit.

Mala etiam potentiam Dei prædicant. idem. 22. de Ciuitate Dei.

Qui sibi nequam, cui bonus erit! Bernar. in Psalm. Qui habit. Serm. 11.

Mali cognitio, malum non est, sed actus. Bern. in Psalm 35.

Obsequi malo, nemo patitur. Tertullia.

Malus nunquam nemo necessario fuit. Chrysost.

Fit plerunque, vt cum iniqui correcta in se mala defendere nequeant, ex verecundia peiores fiant, & sic in sua defensione superbiant, vt quædam vitia contra vitam corrigentis, exquirant. Greg.

Malus etiam regnans seruit. August.

Mali alios de suo æstimant ingenio. idem 3. de doct. Christ.

Mali propter vniuersi decorem creati. ibid.

Sicut difficile aliquem suspicatur bonum, qui malus est: sic difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est. Chrysosto.

Malus nemo est natura, sed vitio. August. in 14. de Ciuita. Dei.

Mali vbique mali. idem. 2. cont. Donatist.

Malus primò sibi quisque nocet. idem sup. Psalm 34.

Melius iudicauit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla esse permittere. Aug. in Enchirid.

Malum hominem tacendo potius, quàm respondendo superabis. idem.

Ideo Deus potentiores esse iniu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stos permisit, vt cogere ad malum possent, vt virtus esset pretiosa, quòd rara est. Lact. de ira Dei.

De malo nullo desperandum est, quandiu viuit. August. in Psalm. 36.

Mali hic sunt herba. idem in Psalm. 48.

Malis malorum copia est solatio. Aug. in Psalm. 96.

Mali genus est, omnis iniustus: idem in Psalm. 130.

Mali, mali simulatione non sunt lucrandi. idem cont. mend.

Quo maior est potestas, hoc perniciosior, si in malum, stultúmue incidерit. Erasm. in Epist.

Semel malus, semper præsumitur malus, saltem in eodem genere mali. apud iurisp.

Mali emendandi potius, quàm perdendi. August. cont. Epist. Manich.

Pro malis orandum potius, quàm qui sint quærendum. in Psalmo. 139.

Malis etiam ad laudem bonorum Deus vtitur. idem de grat. & liber. arbit.

Mali bonos procreant. idē tract. 11. expos. Euang.

Malorum tempus breue est. ibidem.

Impius ipse sibi pœna est. Ambr. 3. de Offic.

Oculo prauo, vitiatóque mala sunt, etiam quæ optima. Eras. in Epist.

Irritati mali grauius ladunt. ibidem.

Malos qui percutit, non est crudelis, sed Dei minister. apud Iurisp.

Mali tolerandi pacis causa. ibidem.

Malorum fuga, est principium bonorum. Basil. in Hexam.

Mala populo propter paucos immittuntur. idem in consuet. fam.

Malitiæ magnus est labor. Chrysost. sup. Genes. Homi. 21.

Malitia nūquàm placatur. idem sup. Matth. Homi. 42.

Malitia ratione veritatis nunquàm corrigitur. idem sup. Matth. Homi. 24.

Malitia semper armata est. idem de natiuit. Domini. Homil.

Malitia cæca est. idem sup. Ioan. Homil. 8.

Malitia semper seruat suum venenum. idem sup. Ioann. Homil. 40.

Malitia hostiliter aduersatur animæ. idem sup. Epist. ad Philip. ser. 15.

Pulchritudo.

EX GRAECIS.

PVlchritudo sola maximè omnium amabilis. Plat. de pulchris.

Decor est quadam commensuratio membrorum. Aristot. Topic. 3.

Pulchritudo semper in magno corpore existit, vnde parui formosi dici possunt non pulchri. Arist. Eth. 4.

Si pulcher es, bona fac, si deformis: naturæ defectum bonis actibus compensa. Demetri. Phaler.

Pulcherrimum omnium mundus est, à Deo enim factus est. Thal. apud Diog. lib. 1.

Pulchritudo alienum bonum est. Bion apud Diog. lib. 4.

Pulchritudo secundum Diogenem, donum est formæ: secūdum Socratem modici temporis tyrannis: secundum Platonem naturæ priuilegium: secundum Theophrastum tacita deceptio: secundum Theocritum, eburneum detrimentum: secundum Carneadem regnum solitarium. apud Diogen. lib. 5.

Pulchritudo, res infœlix est. Eurip. in Helen.

Non facias iudicium ex pulchritudine, sed ex moribus adem.

Pulchritudo quasi epistola concitatior est. Arist. apud Stob.

Naturæ decus mores exornent boni, duplo amore accedens capitur. Eurip. apud Stob.

Caci interrogatio est, quærere, cur amētur, quæ pulchra sunt. Arist. apud Stob.

Deformis sim potius, quàm pulcher, & malus. Eurip. ibid.

Formosos intueri iucundissimum est, tractare verò, & tangere non sine periculo licet. ibidem.

EX LATINIS.

GRatior est pulchro veniens in corpore virtus. Virgil.

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam. Ouid. 1. Fast.

Lis est cum forma magna pudicitiæ apud Ouid. Epist. 9.

Magno cum periculo custoditur, quod multis placet. Pub. Mim.

Forma viros neglecta decet. Ouid. 1. de arte amand.

EX SACRIS.

NEglecta decoris cura plus placet, & hoc ipsum, quod nos non ornamus, ornatus est. Amb. 1. de virg.

Fœda admota pulchris, pulchriora reddunt pulchra. Bernar.

Pulchritudo corporis, & senectus in vno habitare non possunt. August.

Si vir, vel mulier se ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit, & si nullum inde sequatur damnū, iudicium tamen patietur æternum, quia venenum attulit, si fuisset qui biberet. Hier. in Epist.

Delet picturam Dei mulier, quæ vultum suum materiali cā-

dore obliniat, quæ exquisito candore perfundit. Ambro. in Hex.

Nihil refert, corpus ligetur ferro, vel auro. Amb. 1 de virg.

Pulchritudo, bonum Dei donum nostro abusu sit malum. Aug. lib. 1. de nupt. cap. 3.

Pulchræ à conditis amorem subtrahunt, qui in ipsum autorem pulchritudinis cordis passibus tendunt. Greg. in reg.

Decor animæ duplex, innocentia, & humilitas. Bern. sup. Cant. Serm. 45.

Decor verus, Deus est. idem in Epist.

Decor, qui cum veste induitur, & cum veste deponitur, vestimenti est, non vestiti. ibidem.

Ornatum corporis sancti contemnunt, solum animæ decorem quærentes. Bern. sup. Cant. Sermo. 26.

Turpitudo, & fœditas.

EX GRAECIS.

ITa res habet, vt non possit habere speciosum, quod natura est fœdum, quāquam non minus interea imitatio laudatur, quæ rei similitudinem artificiosè assequitur, sive illa sit pulchra, sive deformis. Plut. de Poet.

Si pulcher es, bene fac, si deformis, naturæ defectum bonis actibus compensa. Demetri. Phaler.

Turpis neminem veretur. apud Stob.

Turpe semper turpe. ibid.

Turpe si fecerit, non latebit. ibid.

Ignorare vilia melius est, quàm scire ea. Arist. Metaph. 11.

Res timoris plenæ cogunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. idem Eth. 3.

Turpia tolerare non propter aliquod decorum, est hominis vilis. ibidem.

Cognata sunt, & maximè conueniūt, turpia turpibus. Plut. de Poët.

Quæcunque turpiter dicta sunt, non protinus solui poterunt, sed per diuersam sententiam alibi prolatam. ibid.

EX LATINIS.

POtest ex casa vir magnus exire, potest ex humili, deformique corpusculo, formosus animus ac magnus. Senec. Epist. 67.

Quosdā mihi videtur in hoc natura generasse, vt approbet virtutem omni loco nasci. ibi.

Non deformitate corporis fœdatur animus, sed pulchritudine animi corpus ornatur. ibid.

Non dubium est, quin multi, cùm ita nati essent, vt quædam contra

contra naturā deprauata haberent, restituerentur, & corrigerētur à natura, cùm seipsa reuocasset aut arte, aut medicina. multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt. Cicer. 2. de Diuin.

Periculum minus fugiendum est, quàm turpitudo. Cicer. Phil. 6.

Si vnum in locum collecta fuerint omnia mala, cū malo turpitudinis nū erunt comparanda. idem. 2. Tuscul.

Nemo repente fit turpissimus: gradatim. in vitia labimur. apud Terent. in Andri.

EX SACRIS.

DEformis quisque sine decore. Cypr. de lapsi.

Fœda admota pulchris, pulchriora reddunt pulchra, & magis fœda redduntur. Bernard. in Epistō.

Nigredo felix, quæ parit mentis candorem, lumen scientiæ, & puritatem conscientiæ. Bern. sup. Cant. serm. 2.

Satius est totum aliquid amittere, quàm partem cum turpitudine retinere. apud Platin.

Turpitudo iniquitatis est præmium. Chrysost. sermo. 4. sup. Epist. ad Roman.

Verborum turpitudo. honestate velanda. idem de patient. Iob. Homil. 4.

Diuitiæ, & possessio.

EX GRAECIS.

PArtarum, quàm possessarum amor maior. Plat. de republ.

Modestis hominibus plurimi facienda pecunia est. ibid.

Peiores sunt nuper ditati, quàm ditari ab antiquo. idem Rhetor. 2.

Pecunia seditionem efficit, & malignitatem. Aristotel. Politic. 2.

Diuites, & nimis potentes non subijciuntur, nec voluntati subijci. idem. Polit. 3.

Media possessio bonorum externorum est optima, quia facillimum est, obedire rationi. idem Polit. 4.

Difficilis possessio, est homo. Plat. de leg.

Maiori odio diuitē populus persequi solet, nihil per benignitatem & gratiam deprimentem, quàm inopem, qui bona subripiat publica. hoc enim necessitate domina stimulāte, illud malignitate, atq; contemptu fieri arbitratur. Plut. de Polit.

Diuitem esse, nō est diuitias contemnere, nec imò dicas opes possidere, sed non egere supernacuis. idem de cupid. diuit.

A quibus malis nos liberant diuitiæ? Sine illud quidem adi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munt malum, sui cupiditatem. ibidem.

Magnæ diuitiæ facilè acquiruntur, paruæ autem non sine labore, & multo tempore. idem.

Hominis stulti, & nequam facultatum nullus est modus. idem de consu. v 11. Sap.

Ne diuitias abscondas, cùm in eas veneris. Demetr. Phaler.

Ad quid prodest multa quidem possidere, & nihil agere! Alexã. apud Plut. in Apophth.

Aurum nostri dat apertum nocumentum. comprobatur enim auro, cuiusmodi bonorum & malorum mens sit. Chilo Laced. apud Diog. lib. 1.

Indignum, hominem diuitiarum causa laudari nolle. Bias ibid.

Diuitiæ nerui sunt rerum. ibid.

Ideo pallens est aurum, quia multos habet insidiatores. Dioge. libr. 2.

Diuitiæ nocent, nisi quis dignè vtatur. Metrocl. apud Dioge. libr. 6.

Nec equus sine fræno, nec diuitiæ sine ratione retineri diu possunt. Pythag. apud Volat.

Nec auratus lectus ægrotum leuat, nec bona fortuna stultũ. Socrat. apud eund.

Appetitus frænari difficilius: adiectæ verò diuitijs penitus insanus. ibid.

Nõ amare diuitias magna res est. & hoc accidet eis, qui non possident eas, qui vera possident, duplo quàm cæteri amãt. Plat. apud eund.

Opes et virtus haud aliter, quàm duo in trutina pondera, quorum altero degrauante, alleuatur alterum. ibid.

In ciuitate tanto boni, virtutẽq; præditi sine honore sunt, quanto magis diuites in pretio. ibi.

Diuitiæ vitij magis, quàm virtutis ministræ. ibid.

Pecunia inuenit pariter amicos & honorẽ. Soph. apud Volat.

Non est pulchrum diuitem esse, sed è rebus pulchris. ibid.

Diuitum vita, veluti qui altum nauigium tenent: pauperum verò, qui iuxta littus nauigãt. Ariston. apud eund.

Qui sua vult latere vitia, diuitias quærit. Theog. apud Volat.

Qui animũ curat, seipsum curat: qui corpus, nõ se, sed sua curat: qui pecuniam, non se, nec sua curat, sed valde aliena curat. Demosth. apud eund.

Magnifici pauperes sunt, qui immensas opes cumulant. Dioge. apud eund.

Malo moriẽs inimicis diuitias relinquere, quàm viuens amicos frustra rogare. Simonid. apud eund.

Opes honestis viris ac bonis bona sunt: improbis verò malæ. Plat. de diuina.

Nequaquam opes proprias habẽt mortales, sed quas opes a dijs fluentes habent, procuratores sunt. Eurip. in Phœniss.

Timida res est diuitiæ, & anxia vitæ. ibid.

Ne mihi contingat molestiam habens locuples vita: nec diuitiæ, quæ meum discruciẽt animum idem in Medea.

Diuites in omnibus rebus inclyti sunt, & in omnibus spectabiles. idem in suppl.

Diuitiæ sapientibus, Deus, cætera inania verba sunt, & ornamenta verborum. idem in Cyclop.

Sita est in diuitijs, idq; perperam sit, existimatio virtutis. existimamus enim diuitem omnia scire rectè. idem in Heracl.

Cùm diuitiæ omnibus in rebus maximum pondus habeant: tum certè in hoc prosunt, quòd inuitant ad virtutem. paupertas verò ad malefaciendum. Hesiod.

Pecunia si rectè collocatur, non deest: si male, deest. Demost. 1. Olinth.

In omnibus pecunia est opus, sine qua nihil recti fieri potest. ibidem.

Diuites paruis expensis magnas opes non grauatè tueri debẽt. ibidem.

Diuitiæ nõ liberalitate, sed parsimonia retinentur. Lucian. in Timon.

Nullus continuò iustè viuens ditatus est. Menand. apud Stob.

Si quem voueris diuitem efficere, non est, quòd augeas diuitias, sed minuas cupiditates. Epicu. apud Stob.

Magnæ diuitiæ nõ laborioſè, exiguæ verò difficulter nanciscuntur. Apollon. apud Stob.

Fortuna diuitem hodie, mendicum facit in crastinum. ibid.

Argentum hominibus sanguis, & anima est ibid.

Ne puero gladium, dicitur prouerbio: ego autem dixerim: Ne puero diuitias, nec viro imperitiam. Plut. apud Stob.

Diuitiæ imperitiam temeritatis comunẽtam habent. Eurip. ibidem.

Cæca sunt diuitiæ, ac se inspicientes obcæcant. Menand. ibid.

Fœlices, ac bonos vnã fieri necesse est: prædiuites autem ac bonos impossibile. Plat. de leg.

Ridiculi sunt diuitijs operam dãtes: cùm eas porrigat fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat. Bion apud Stob.

Diuitiæ, fortunæ vomitus sunt. ibidem.

Fœlix, qui simul opes, ac mentem habet. Menand. ibid.

Vinum immutatur pro vasis: diuitiæ autem pro moribus possidentium variant. Socrat. apud Stob.

Opes tuas duplici nomine colito, vt à magna iactura facilè te expedias: & vt bono, ac studioso homini infortunium patienti succurras. ibid.

Tantæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tutas opes habere cõuenit, quantæ nec possideri insidias parẽt, nec rerum necessariarum inopiam. Plat. apud Stob.

Non quemadmodum calceus maior ineptus est ad vsum: ita & possessio copiosior, calcei enim magnitudo vtentem impedit: opibus autẽ vel vniuersis, vel ex parte aliqua suo tempore vti licet. Aristip. ibidem.

Sudor prouocatus exercitijs decentior est: sic etiam diuitiæ proprijs laboribus acquisitæ. Socr. apud Stob.

Diuitias veluti amicum liberalem, ac promptum ad honestas actiones assumere oportet. ibi.

Iustissima hominibus possessio est ager. apud Stob.

Possessio tua est, quam animo tuo tenes. ibidem.

Possidere generosum est. ibid.

Nobilis possessio, bonus seruus. ibi.

EX LATINIS.

Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur. Curti. lib. 8.

Nulli aliena respicienti sua placent. Senec. de Ira lib. 3.

Proprium desinit esse, quod commune alteri est. Quint. lib. 7.

Id cuiusq; est proprium, quo quisq; fruitur, atque vtitur. Cicer. in Epist. famil.

Nihil meum est, aut cuiusquam, quod fieri, quod eripi, quod amitti possit. idem Parad. 4.

Multa, quæ libera fuerãt, transferunt in ius possidẽtiũ. Quint. declam. 3.

Primus diuitiarum modus est, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. Senec. Epist. 2.

Is maximè diuitijs fruitur, qui minimè diuitijs indiget. idem Epist. 14.

Diues ex domino sit Procurator. ibidem.

Diuitiæ, bona insidiosa sũt, et sperãtibus meliora, quàm assectãtur, si qd in illis esset solidi, aliquãdo, et implerẽt. idẽ Epi. 15.

Multis parasse diuitias non sine miseriarum fuit, sed mutatio. Epicur. apud Senec. Epist. 17.

Nihil refert, vtrum animus ægr in diuitijs, vel in paupertate ponatur, malum suum illum sequitur. ibid.

Securius diuites erimus, si scierimus, quàm non sit graue pauperes esse. idem Epist. 18.

Magnus est ille, qui in diuitijs pauper est, sed securior, qui caret diuitijs. idem Epist. 20.

Nemo alius est Deo dignus, quàm qui opes contempsit, quarum possessione tibi non interdico, sed efficere volo, vt illas intrepidè possideas: quod vno consequeris modo, si etiã sine illo beatè victurũ persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris. idem Epist. 18.

Breuissima ad diuitias per contemptum

temptum diuitiarum via est. idem Epist. 63.

Quisquis facultates sine ratione possidet, non diu possidet. idem Epist. 75.

Diuitiæ non quia concupiscendæ sunt, laudãtur, sed cõcupiscuntur, quia laudata sunt. idem Epist. 83.

Maiore tormento pecunia possidetur, quàm acquiritur. idem Epist. 116.

Vtinã qui honores petituri sunt, cum ambitiosis, vtinam qui diuitias optaturi essent, cum diuitibus deliberarent: profectò vota mutassent. ibid.

Neminem diuitem pecunia facit, imò contra: nulli non maiorem sui cupiditatẽ pecunia incussit: quæris, quæ sit huius rei causa, plus incipit habere posse, qui plus habet. ibid.

Sapiens non amat diuitias, sed maiult, nec respuit possessas diuitias, sed contemnit. idem de vit. beat.

Diuitiæ apud sapientem virum in seruitute sunt: apud stultũ in imperio: sapiens diuitijs nihil permittit, nobis diuitiæ omnia. ibidem.

Sapiens tunc præcipuè paupertatem meditatur: cùm in medijs diuitijs consistit. ibid.

Sapienti quisquis abstuleriit diuitias: omnia sua illi relinquit: viuit enim præsentibus latus, futuris securus. ibid.

Id age, vt diuitias potius à te, quàm à fortuna petas. idem de Tranq. anim.

Diuitiæ, potentia, & fauor cum plurimum virium dent, in vtranq; partem certissimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter hoc, aut peiores sumus. Quint. lib. 3.

Ibi opes, vbi amici. idem lib. 5.

Satis diuitiarum est, nihil amplius velle. idem Declam. 13.

Diuitias, quia quiuis indignus habere potest, in bonis non numero. Cic. 2. Tusc.

Nihil est tam angusti animi, tamq; demissi, quàm amare diuitias, nihil honestius, magnificentiusq;, quam pecunias contemnere, si non habeas, si habeas, ad beneficentiam, liberalitatẽmq; conferre. Cic. 1. offic.

Ea maximè desideramus, quibus abundamus maximè. idem Parad. 1.

Qui opibus plus possunt, autoritate plus valẽt. idem ad Lent.

Non solùm nobis diuites esse volumus, sed etiam liberis, propinquis, amicis, & reipubl. idem 1. Offic.

Omnes sunt diuites (dicunt Stoici) qui cœlo, & terra frui possunt. ibidem.

Eum intelligimus diuitem, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius.

plius.idem Parad. vlt.

Expetuntur diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. idem 2. Offic.

Pecuniæ quærendæ non solùm ratio, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solùm necessarios, sed etiam liberales. ibid.

Copiæ singulorum sunt, eorum autem, qui ijs egeant, infinita multitudo. idem 2. Offic.

Magnæ diuitiæ solent possessori conciliare fastum, & supercilium. Erasm. in Epist.

Malo virum pecunijs, quàm pecunias viro indigere. Max. lib. 7.

Diuitiæ iniuriarũ suspicioni obnoxiæ. Salust. in Coniurat. Catil.

Locuples, & factiosus curatur à multis: timetur à plurimis, quod plerunq; fortius amore est. Plin. Iun. lib. 1.

Nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt. Curt.

Quid nobis diuitijs opus est? quæ nos esurire faciunt. idem lib. 7.

Scilicet vxorẽ, cum dote, fidémq;, & amicos,

Et genus, & formam, regina pecunia donat. Horat. 1. epist.

Omnis enim res,

Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris

Diuitijs parent, quas qui construxerit, ille

Clarus erit, fortis, iustus, sapiẽs etiam & rex.

Et quicquid volet. idem 2. Serm.

Protinus ad censum, de moribus vltima fiet quæstio. Iuuenal. Sat. 3.

Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca, Tantum habet & fidei ibid.

Effodiuntur opes, irritamẽta malorum. Ouid. 1. Metam.

In pretio pretium nunc est, dat census honores,

Census amicitias, pauper vbiq; iacet. idem 1. Fast.

Imperat, aut seruit collecta pecunia. Horat. epist. 1.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Iuuen. Sat. 14.

Sed quæ reuerentia legum! quis metus, aut pudor properantis auari! Iuuen. Sat. 14.

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam, sed vitio cæci propter patrimonia viuunt. Iuuen. Sat. 12.

Non sunt dicenda bona illa, quibus abundantem licet esse miserrimum. Cicer. Parad. 1.

Male se res habet, cùm id, quod virtute effici debet, tentatur pecunia. idem 2. Offic.

EX SACRIS.

VTantur diuites consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant se aliter non posse: melius enim si possent, si aliter possent.

possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, quare extolleris de infirmitate? vtere cibis electis, pretosis, quia si consuetudinem mutas, ægrotas: conceditur tibi, vtere superfluis, da pauperibus superflua: vtere pretiosis, da pauperibus vilia. Augustin. de Verb. domini.

Facile est homini, tunc diuitias despicere, cùm habet: difficile verò, cùm non habet, viles æstimare. Greg. 2 moral.

Non est secura diuitiarum possessio, nisi armorum defensione seruetur. Vege. lib. 2.

Pecunia sceleris causa. in histor. Sax.

Res suas, cùm moreretur, diues secum tolleret, si ad petentis vocem, cum viueret, tulisset: nam terrena omnia, quæ seruando amittimus, largiendo seruamus. Greg. in Homil.

Præstat alijs, quàm sibi diuitem esse. Amb.

Diuitiæ, vt impedimẽta sunt improbis: ita adiumenta virtutis sunt bonis. idẽ sup. Luc. lib. 8.

Ita inualuerunt mares hominum in adunatione pecuniarum, vt nemo, nisi diues honore dignus putetur. idem de Off.

Quem nec abundãtia in superbia eleuat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati. Gregor. sup. Ezech.

Illud possidemus, quo vtimur. Ambr.

Possidet malè, qui malè vtitur. Aug. Epist.

Ecclesiæ possessio sumptus est egenorum. Amb. lib. 5. Epist. 31.

Talenti nomine reputabitur, etiã minimum, quod quilibet accipit. Greg.

Interdum diues granius fastidio, quàm pauper inedia cruciatur. Bern.

Diues verè est, qui in Deo diues est. Chrysost.

Abundãtia superbiæ vicina est. Greg. sup. Ezech. Homil. 17.

Aurum ideo carum, quia rarũ. Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei.

Nihil clausum constat, quod non auro, argentóq; pateat. Valer. episc. in quo. serm.

Si possibile esset in diuites vindictam procedere, videres cæteros replori carceres vniuersos, sed cum omnibus malis suis hoc vnum malum habent diuitiæ, quòd in malignitate peccantes ab vltionibus eruũt. idem sup. Epist. ad Hebr.

Vt opulentia bonum videatur, acerbitas egestatis facit. Lact. lib. 2.

Mallem expeditam fortunam, quàm amplam. Erasm. in epist.

Maior inter fratres substantia, maioris est causa discordiæ. Greg.

Ingens onus est magna fortuna, quam non minus negotij est sustẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sustinere, quàm parare. Eras. in Epist.

Vbi aurum pluit, ibi pluit vitiũ. Greg.

Numus vincit, numus regnat, numus imperat vniuersis. Alanus de Conquest. nat.

Omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est. August. 14. conf. ss.

Diuitiarum morbus superbia est: nam grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tenetur. Aug. serm. 24.

Difficile est, vt non sit superbus dives, tolle superbiam, & non nocebunt diuitiæ. ibid.

Aurum est materia laborum, periculum possidentium: aurum enervatio virtutum: aurum malus dominus, proditor fernus. idem de Verb. dom.

Sufficientiam vitæ non indecentem vult, quisquis eam vult, & non amplius, quandoquidem nõ appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis: vt non inconueniens eis, cum quibus vinendũ est, ista ergo cùm habentur, vt teneantur: cùm non habentur, vt habeantur, orandum est. Aug. ad Proba.

Qui diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus, qui autem seruitutis discusserit iugũ, distribuet eas, vt dominus. Hier. lib. 1. sup. Matth.

Pars mendicitatis est, congestam secretò pecuniam possidere. Valer. epis. c. in serm.

Dives non præsumitur, nisi probetur. apud Iurisp.

Locupletior dicitur factus, etiã etiam qui non est factus superior. ibid.

Patrimonium Deo creditum in tuto est. Cypr. de Eleem.

Diuites multa cõmendant, quæ pauperes dehonestant. Aug. in Quæst. ex vtroq; test.

In diuite non pecunia, sed auaritia dãnatur. Idem in Psal. 51.

Dives nihil ex suæ diuitijs habet, quàm quod postulat pauper. idem de Verb. dom. serm. 5.

Dives humiliatus bonus est. idem serm. 212.

Aliud est diuitẽ esse, & velle seri diuitẽ. Aug. de Verb. dom.

Diuites aliorum paupertate probantur. idem Homil. 15.

Propter diuites sumus pauperes. idem de Verb. dom. serm. 26.

Diuitiæ vtilius tenentur humiliter, quàm relinquuntur superbè. idem Epist. 34.

Diuitijs si habentur, nulla tamen in eis beatitudo collocetur. Idem Epist. 52.

Diuitias Christiani tenent, nõ tenentur ab eis. idem Epist. 89.

Diuitiæ aliud, aliud pecuniæ. lib. 7. de Ciuit. Dei.

Opes faciles magnoptandæ sunt, quàm immo dicæ. idem lib. 2. de Ciuit. Dei.

Aurum

Aurum laudat aliter religiosus, aliter auarus. idem cont. Iuli.

Aurum non ex se, sed ex vsu malum. idem de verb. Luc. Act. 3.

Diuitiæ vix sanctis dominij contemptui sunt. Amb. 1. Offi.

Laqueus diaboli diuitiæ sunt. in Psal. Qui habit. serm. 4.

Abundare, aliquando est penuriam pati. Chrysost. sup. Epist. ad Cor. 16.

Aurum homines in dæmones mutat. idem sup. Epist. ad Corint. Homi. 40.

Diuitum est litigare. Chryso. sup. Matth. Hom. 16.

Diuites pauperibus placeant. idẽ serm. 27. sup. Epist. ad Rom.

Dives superflua desiderat. idem sup. Epist. ad Cor. Hom. 14.

Pecunias contemnere volenti facile est. idem ad pop. Antioch. Hom. 32.

Pecuniarum cura, animæ morbus est. ibid. Hom. 68.

Diuitiæ multorũ periculorũ autores. idem super Matth. Homil. 3.

Diuitiæ molles homines reddunt. idem sup. Matth. Hom. 21.

Diuitiæ tanquàm latro in solitudine. idem sup. Epist. ad Corin. Hom. 13.

Diuitiæ multos insanos faciunt. idem sup. Epist. ad Colos. Homil. 7.

Opes malitiæ sunt schola. idem de pœniten. Hom. 7.

Pecunia causa mœroris est. idem sup. Matth. Hom. 65.

Pecuniæ cupiditas tenebræ est. idem sup. Matth. Hom. 84.

Pecuniarum cupiditas grauior omni tyranno. idem sup. Ioan. Hom. 38.

Pecuniarum amator ipsam naturam ignorat. idem sup. Ioan. Hom. 86.

Pecunia terræ puluis est. idẽ sup. Epist. ad Cor. Hom. 24.

Pecuniæ cupidus, orbis totius est inimicus. idem sup. Epist. ad Timoth. Hom. 7.

Pecunijs ablatis, etiam occasio peccandi aufertur. idem sup. Epist. ad Heb. Hom. 10.

Vide plura, in auaritia, est cupidit. & in possessione.

Paupertas.

EX GRAECIS.

VIro egeno verecundia non conducit. Hom. apud Plut. de fortit.

Indigentiæ legem fauere, æquum est. Plut. de vitand. vsur.

Paupertas à diuitijs securitate solum differre videtur. Cat. apud Plut. ibid.

Nemo pauper est earum rerum, quæ naturæ sufficiunt. Plut. de cup. diuit.

Cum sis pauper, nõ diuitibus inuscaris, misi fortè valde videris proficere. Demet. Phaler.

Cum paupertatẽ malorum extremum censeamus: hanc non aliter, ac grauem ac difficilem morbum liberis tradere formidamus. Plut. de amor. parent. erga liber.

Malo virum pecuniarum indigentem, quàm pecuniosum virum. Themist. apud Plut. in Apoph.

Qui pecuniã eget ab amicis repetat, nõ petat. Diog. apud Laer. lib. 7.

Diuinus ille est, qui nullius indiget: proximus, qui paucis. Plutharch. apud Volat.

Odi pauperẽ diuitis dantem. ibid.

Ne properes ditescere, ne citò sis pauper.

Pauperes in bona locupletũ innadere non audeant. Demosth. in Philip. Orat. 4.

Paupertas integritatis signum. Aeschin. in Epist.

Non aspernandi pauperes, satis ipsis in ipsa paupertate est mali. Demosth. cont. Eubul.

Difficile fuerit inuenire pauperẽ cognatum. Menãd. apud Stob.

Si inuenis simul sapientem, & pauperem virum: homo fuerit admiratione dignum est. Eurip. ibid.

Ille, qui dines fieri potest, melior est, quàm qui iã sit. Pericl. ibi.

Homine paupere nihil fortunatius est, mutationem enim in deteriorem statum non expectat. Diphil. apud Stob.

Paupertas secundùm naturam non turpe est, illa verò, quæ propter turpem causam accidit, turpis est. ibid.

Paupertas subsidium est ad philosophiam Diog. ibid.

Propter paupertatem nullum vnquam torqueri vidi: propter malitiam multos. ibid.

Fames nunquã produxit adulteriũ, nec pecuniarũ inopia inueriam, breuis quadã est temperãtia, paupertas: & cõpendiosa legũ obseruatio, penuria.

Paupertas, efficax virtutis gymnasium. apud Stob.

Paupertas, virtus est per se docta. Diog. ibid.

Anima timiditatis medere, & non metues paupertatẽ. ibid.

Quisquis in paupertate vivit angustè, et tenuiter, viuere vult. Philim. ibid.

Inopia prompta est in perpetrandis malis. ibid.

Vir inopi solitarius est. ibid.

Paupertas, non parua ægritudo est. ibid.

Nullus homini maior hostis est, quàm paupertas. apud Stob.

Pauper ad omnia formidolosus est, & se putat ad omnia sternì. ibi.

Dij semper tenuiter largiũtur tenuis fortunæ hominibus. ibid.

Turpe est, simul & pauperem, & imbecillũ videri. Aristoph. ibi.

Pauperum omnium finis est, nasse obumbrat enim ipsorum mala vbique. ibid.

Diuites nõ adeò solẽt misereri infelicũ, quàm pauperes. Anaxag. ibid.

Paupertas, & diuitiæ, nomina sunt indigentiæ, & saturitatis, quãobrem nec diues dicendus est vir dignus, nec pauper indignus. Democr. apud Stob.

Neminẽ vidi tyrãnidem execrari propter paupertatẽ: omnes verò propter diuitias. Diog. ibid.

Nũ potest spoliari nudus. Apul.

EX LATINIS.

HOnesta res est, læta paupertas. Senec. Epist. 2.

Cui enim paupertate bene conuenit, diues est. ibid.

Magnæ diuitiæ sunt, lege naturæ composita paupertas. idem Epist. 4.

Nudum latro transmittit, etiam in obsessa via, pauperi pax est. idem Epist. 14.

Si ad naturam vivas, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris dives, exiguum natura desiderat: opinio immensum. idem Epist. 16.

Multis ad philosophandũ obstitere diuitiæ: paupertas expedita est, secura est. idem Epistol. 17.

Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est. idem Epist. 25.

Paupertas nulli malum est, misi repugnanti. Sen. Epist. 124.

Vnum paupertatis præsidium est manus habere. ibid.

Omnes, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare diuitias, quàm officio paupertatẽ tueri. Cicer. ad Heren.

Qui pauperes sunt, est antiquior officio pecunia est. idem 2. de inuent.

Egens est, qui non satis habet, & is, cui nihil satis esse potest. idẽ 4. ad Heren.

Animi est mollities, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse. Cæs. de bell. Gall. lib. 7.

Magna indigentia nascitur non ex inopia magna, sed ex magna copia, multa enim desiderãtur ad multa, quæ habemus tuenda. Gell. lib. 9.

Paupertas certissima est, cùm alicuius indigeas, vti eo nõ posse, quia ignores, vbi proiectum iaceat, quod desideras. Colum. lib. 12.

Ingenium fuerat pretiosius auro, & nunc barbaries est grandis, habere nihil. Ouid. 3. am.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores. ibid.

Cantabit vacuus coram latrone viator. Iuuen. Sat. 10.

Quis dives? qui nihil cupit: quis pauper? auarus. Bias per Ausonì.

Magnum pauperies opprobrium iubet, quidvis facere, & pati. Horat. 3. Carm.

Miserum istuc verbum, & pestimũ habuisse, & nihil habere. Plaut. in Rudent.

Nil habet infœlix paupertas durius in se, quàm quod ridiculos homines facit. Iuue. Sat. 5.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat res Angusta domi. ibid.

Semper eris pauper, si pauper es Aemiliane.

Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus. Mart. lib. 5.

Paupertatémque ferendo, effecere leuem. Ouid. 8. Metam.

Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus, si vẽtri bene est, si lateri, si pedibus tuo: nihil amplius diuitiæ poterunt addere regibus maius. Horat. 1. Epist.

Dedecori est fortuna prior. Lucan. lib. 8.

Securitas in paupertate fœlicior, quàm imperium metu retentũ. in Hist. Sax.

Pauperes satis stipendij perdunt, si liberos educãt. Liuius 1. Decad. lib. 2.

Odi pauperem auxilium diuiti ferentem. Quint. Decla. 9.

EX SACRIS.

Pauperũ amicitia certior est, quàm diuitum. Aug. lib. de amici. cap. 120.

Si vix toleratur dives superbus, pauperẽ superbũ quis ferat? ib.

Quem nec in abũdantia superbia elevat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati. Greg.

Paupertatem æquo animo ferre, virtus patientiæ est: sponte appetere, sapientiæ laus est. Bern.

Non paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor. idem.

Egestas, sanitatis est mater. Chrysost.

Egestas paterna minimè fuit opprobrio. Basil.

Vt opulentia bonum videatur, acerbitas egestatis facit. Lact.

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur pudor & egestas. Erasm. in Epist.

Pauperi datum, non est datum, sed mutuum. Gregor. in regist.

Plus sentimus, quod habuimus, postquàm habere desiimus. Hieron.

Omnis philosophiæ magistra nobis inopia est. August. super Psalm. 76.

Fœcundus est ager pauperum, cui reddit donantibus fructum: via cœli est pauper, per quem venitur ad patrem: incipe errare, si non vis errare, Aug. de verb. domi.

Paupertas inopia mentis est, non in quantitate possessionis, nam cui cum paupertate bene conuenit, dives est. Greg. sup. Ezechiel. Homil. 9.

Pau-

Paupertas est manu ductrix quædam, quæ ducit ad cælum. Chrysost. Serm. 18.

Pauper dicitur, qui non habet quinquaginta aureos in bonis suis. apud Iurisp.

Cedens bonis remanet obligatus naturaliter tamen, quia ciuili obligatione liberatur. ibi.

Pauperes procurare nobis debemus pro aduocatis. Gregor. in Euang. Homil. 11.

Pauper reprehẽsibilis monere debet, non despici. ibidem.

Inter pauperes primum domẽstici curandi sunt. August. Epist. 38.

Paupertas amissa plus dolenda, quàm opulentia perdita. idem Epist. 5.

Pauper misericors diuite laudabilior. idem ex quæst. ex vtroque est.

Pauperis non est miserendum in iudicio. idem lib. 2. quæst. sup. Exod.

Deo dat, qui pauperi dat. idem sup. Psalm. 36.

Pauperias in animo, non in sæculo est. idem in Psalm. 136.

Pauperes aliqui esse volunt eo pacto, vt nihil eis desit. Bern. de aduent. domin. Serm. 4.

Paupertas nobis titulus est. idem in Epist.

Paupertas pœna magna, quæ cito in regnum volatur. Bern. de aduent. domin. Serm. 4.

Puperem compellari, nõ est probrosum. Basil. in Hex.

Paupertas philosophiæ nutrix est. idem in Epist.

Paupertatẽ faciliorem facit opulentia cœli. Chrysost. sup. Epist. ad Heb. Hom. 19.

Horrea pauperũ venter est. idem sup. Luc.

Inopia validum telum est. idem ad pop. Antioch. Hom. 2.

Mendicare melius quam rapere. Chrysost. sup. Matth. Homi. 71.

Pauperum venter pecunias conseruat. idem de iciunio. Serm.

Pauperiem tolerare documentum est virtutis. idem sup. Matth. Hom. 14.

Pauperes propter vtilitatem diuitum facti. idem sup. Matth. Homi. 46.

Pauperes sine delectu excipiendi sunt. idem sup. Luc. conc. 1.

Pauperum manus certus thesaurus. idem sup. Ioan. Hom. 77.

Paupertas simplex non facit beatum. idem sup. Luc. conc. 1.

Paupertatis nomen reges non effugerunt. idem sup. Epist. ad Timot. Hom. 12.

Paupertas ad virtutem conducibilior, quam diuitiæ. idem sup. Epist. ad Hebr. Hom. 4.

Paupertas humiliat virum. idem sup. Epist. ad Heb. Hom. 18.

Paupertatem Dei filius concupiscens descendit vt eam eligeret sibi: & nobis sua æstimatione faceret pretiosam. Bern. in vig. natal. domini. Serm. 1.

Liberalitas,& beneficium.

EX GRÆCIS.

Liberalitas virtus est animi honestorũ sumptuum ministra. Arist.de virt.& vit. diuis.

Difficile est, largum fieri diuitem.idem Eth.5.

Liberalitas districtior esse debet. Demosth.aduers.Aristonicũ.

Liberalitas tyrannorum nihil aliud est, quàm translatio pecuniarum à iustis dominis ad alienos: apud eund.ex argument.lib.

Liberalitatis est, erogare pecunias in laudabilia,& largitio ad honestos sumptus faciendos, & præsto esse ad auxilium in aduersa fortuna,& non accipere vnde non oportet. est autem,& liberalis circa indumenta nitidus,& circa habitationem est instructior magnarũ rerum, & oblectationem habentium nulla commodi ductã ratione, est & altor animalium mirum quid aut suaue habentium comitatur autem liberalitatem morum facilitas, & comitas,& humanitas,& esse misericordem,& erga amicos benevolum,& hospitalem,& honesti studiosum.ibid.

Quæ quis non habet,nec agnoscit, alteri dare,vel ministrare nõ potest.Plat.de amore.

Donum est datio non reddibilis. Arist.Topi.4.

Dare habita grauius est, quàm dimittere acceptionem eius, quod non habetur.idẽ. Eth.4.

Benefactores plus amant beneficiatos affectos,quàm contra. Arist. Eth.9.

Da aliquid, & aliquid accipito. apud Stob.

Qui beneficium inuenit, compedes inuenit. Arist.Polit.2.

Non solùm pulchrius est beneficium afficere, quàm affici: verùm etiam iucundius. nulla enim res perinde parit gaudium, vt beneficentia. idem de disput. Philoso.

Non ex pudoris arbitrio, sed ex iudicij delectu donatio, & largitio facienda est.ibid.

Sæpe instanter flagitantibus damus, non quòd dare velimus, sed quòd negare non valeamus.ibid.

Vicissitudo beneficiorum in amicitia necessaria. idem de amicit.mult.

Multò regalius est addere, quàm auferre. Artax.apud Plut.in Apophth.

Improbi viri dona profectum non habent. Eurip.in Med.

Principum dona sunt autoramenta seruitutis. apud Demosth. ex arg.lib.

Hostium dona non sunt dona.ibi.

Qui homini nequam dat, non homini dat, sed humanitati. Arist.apud Stob.

Difficile est, vt in eos beneficium conferre semper quis possit, in quos velit. Xeno.apud Stob.

Non est iutum,oblata temere accipere.Plat.de vot.

Non minus regium,ac humanum est, parua libenter ac promptè accipere, quam magna tribuere. Anaxer.apud Plut.in Apophth.

EX LATINIS.

Liberalitate nihil est naturæ hominum accõmodatius, sed habet multas cautiones: videndum: est enim primùm, ne obsit benignitas, & eis ipsis, quibus videbitur benignè fieri,& cæteris: nã qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, non benefici, nec liberales, sed pernicioſi vocandi sunt. deinde ne maior sit benignitas, quàm facultas: nam qui benigniores esse volunt: quàm res patitur, primùm in se peccant, quod iniuriosi sunt in proximos.videre etiam licet plerosq; nõ tam natura liberales,quàm quadam gloria inductos,vt benefici videantur, facere multa,quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quam à voluntate. Tum illud vnum considerandum est, vt pro dignitate cuiusq; tribuatur,in quo mores spectandi eius, in quem beneficium confertur. Cicc.1.Offic.

Liberalitate qui vtuntur, benevolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quietè vinẽdum charitatem. idem 2.de finib.

Ea liberalitas probanda est, quæ sine periculo existimationis est.idem 3.in Verrem.

Non ita claudenda est res familiaris,vt eam aperire non possit benignitas: nec ita reseranda vt pateat omnibus sequuntur enim largitionem rapinæ: cùm enim dando egere cœperint homines, alieni bonis manum inferre cogũtur,nec tanta assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus adempserunt.idẽ 2.Offic.

Quicquid sine detrimento possit commodari, tribuẽdum est vel ignoto,ex quo sunt illa cõmunia,nõ prohibere aquam profluentem: pati ab igne capere ignem. Si quis velit consilium fide deliberanti dare,quæ sunt ejs,qui accipiunt,vtilia,danti non molesta. Ennius apud Cicer.1.Offic.

Propẽsior liberalitas debet esse in calamitosos, nisi fortè erunt digni calamitate. benefacta enim(vt ait Ennius)malè collocata,malè facta sunt. Cicer. 2.Offic.

Melius apud bonos, quàm apud

fortunatos beneficium collocari puto. ibid.

Liberalitatis duo sunt maximè probabiles fontes: verum iudicium, & honesta benevolentia. Max. lib. 4.

Liberalitate vitia teguntur. in Hist. Sax.

Quo minores opes sunt, eo maiorem benefactis gloriâ pariunt. Quint. lib. 3.

Multo plura sunt, quæ negant, cum præstant inuiti. idem declam. 5.

Omnium beneficiorum ista natura est, vt non sit necessitas, sed potestas. idem decla. 7.

Est liberale serere beneficium, vt metere possis fructum. Cic. antequàm iret in Exil.

Distat, adijcias aliquid, an detractum restituas, quantum distat beneficij initium ab iniuriæ fine. Max lib. 2.

Multum occupare habere inuidiæ potest: multa tribuere, gloria carere non potest. Max. lib. 4.

Antiquiora beneficia subuertit, nisi posterioribus cumules. Plin. Iun. lib. 3.

Gratissimum est accipientibus dari sibi, quod nulli sit ereptum. idem in Panegy.

Omnium beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur, non ad ipsos magis, quam ad similes redundat. ibid.

Quædam beneficia odimus. Curt. lib. 6.

Multi beneficia, quæ in amicos cõtulerunt, lemitate destruunt. Colum. lib. 3.

Beneficium accipere, libertatem vendere est. Pub. Mim.

Beneficium dando accipit, qui digno dedit. idem.

Beneficium sæpe dare, docere est reddere. idem.

Beneficium digni vbi das, omnes obligas. idem.

Crede mihi, quàm ingentia Posthume dones,
Autores pereunt garrulitate sui. Mart. lib. 5.

Qui dicit beneficium se dedisse, petit. Pub. Mim.

Beneficium dare qui nescit, iniustè petit. ibid.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere. ibid.

Munera (crede mihi) placant hominésque, deósque.
Placatur donis Iupiter ipse datis. Ouid. 3. de art. amand.

Sæpe Iouem vidi, cùm sua mittere vellit
Fulmina, ture dato substituisse manus. idem 5. Fast.

Non obligandus, sed remunerandus, qui prior cœpit. Plin. Iun. lib. 7.

Quod vi datũ est, non putes beneficiũ, sed prædam. in hist. Sax.

Officio fungitur suo, qui tantum dat, quantum per fortunam licet. ibid.

Semel dedit, qui rogatus, qui nõ, bin. ibidem.

Benefici

Beneficia non sunt exprobranda apud memoret. Liu. 1. Dec. li. 9.

Odiosum est genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, nõ commemorare, qui sustulit. Cicer. in Lælio.

Largitio fundum. non habet. Cicer. 2. Offic.

EX SACRIS.

BEneficijs superare debemus. Ambr. 1. Offic.

Beneficia pauperib⁹ magis, quàm diuitibus crogan da. ibid.

Beneficia non solùm pecuniaria sunt. ibidem.

Donis crescentibus rationes crescunt donorum. Greg. in Euan. Homil. 9.

Quod merenti datur, ius est, non beneficium. Eras. in Epist.

Non tantùm aures præbere debemus precantium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Amb.

Hilaris dator non solùm à Deo diligitur, sed & qui tribuit in simplicitate. Bernar. sup. Can. sermo. 71.

Largitas, liberalitas, & beneficentia, regiæ laudes sunt. Lact.

Bene dispensat propria, qui fideliter administrat aliena. Gre.

Modus liberalitatis tenendus est, vt quod benefacu, quotidie facere possu. Ambr.

Qui liberalitatis modum seruat, auarus nulli est, largus omnibus. idem.

Nõ solùm liberalitatis est, de suo iure aliquid relaxare, sed etiã commoditatis. idem.

Omnis res, quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur, quomodo habenda, Augustin. de doctrin. Christian.

Liberalitate liberalitas perit. Hieronym.

Liberalitas non cumulatione patrimonij, sed largitatis definitur affectu. idem lib. de Vid.

In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum & personarum: rerum, & vt non omnia vni, sed singulis quædam præstentur, vt pluribus prodesse possimus personarum, vt primum iustis, deinde peccatoribus. Greg. in regist.

Minus virum modestum grauat, qui detrahit, quod adest, quàm qui tribuit, quod non habet. Eras. in Epist.

Non solùm quæritur quantum, sed de quanto, & quanto animo detur. Amb. sup. Epist. ad Corinth.

Non illa est perfecta liberalitas, si iactantiæ causa magis, quàm misericordiæ largiaris. affectus tuus nomen imponit operi tuo. ibidem.

Dari Deo, accipere est. Naz. anz.

Melius nemo erogat, quàm qui sibi nihil reliquit. Hier.

Dandum est, quod nec tibi, nec alteri noceat. Aug. de ser. domi.

Semper illi, quod largiatur, non deficit, cui bene velle non deficit. ibidem.

Cùm aliquid aliquanto tardius dat Deus, commẽdat, non negat. Aug. de verb. dom. cap. 1.

Beneficium exhiberi debet per pietatem, & bonum verbum per humilitatem. Grego.

Non intelligit beneficia divina, qui se invuari adeo tantummodo putat. Lact. lib. 1.

Verus beneficii fructus benevolentia est. Bern.

Beneficio dij pulchrè sumus creati, nostra malitia fœdati. August. lib. 2. Medit.

Id pic, iustè, humaniter fit, quod sine spe recipiendi fecerit. idem lib. 6.

Qui liberalis, benignúsq; est, officium, nõ fructũ sequitur. ibid.

Benefacit nemo invitus, etiamsi bonum est, quod facit. Ambr.

Libenter accipiendum est beneficium, quod prosit dantí. Bern.

Verus beneficus nihil amplius præter affectum requirit. idem.

Verus beneficij fructus est, benevolentia. idem.

Beneficentia nulla est, vbicunque necessitas non est. Lact. lib. 6.

Ijs maxima laudis est benefacere, quos nemo speravit esse fructuros. ibidem.

Officium non probo, quod gratiam præstãtem absque fructu eius, cui præstatur. Erasm. in Epist.

Experientia didici multò esse periculosius, malis benefacere, quàm bonis malè. ibid.

Autor magnificus pretium addit suo muneri. ibid.

Mirum quàm tenax sit memoria offensæ hominibus: & quam beneficiorum profunda oblivio. ibidem.

Libertatem arguendi amittit & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat, ne corrigatur. Ambr. sup. Epist. ad Corinth.

Munera excæcant oculos iudicis, & vim auctoritatis inclinant. ibidem.

Cœlestis muneris nulla mensura.

Beneficia Dei omnibus horis considerandæ sunt. Chrysost. sup. Genes. hom. 9.

Beneficiorum Dei memoria magistra est ad vitam. idem.

Beneficiorum Dei memoria, sufficiens est, ad virtutũ laborem. idem sup. Genes. Hom. 27.

Non omnia eidem dij dedere. Erasm. in Epist.

Officiorum assiduitate hostes conciliandi sunt. Chrysost. hom. sup. Genes. Homil. 58.

Benefacere homini, est beneficium magnum apud Deum deponere. Chrysost. hom. sup. Genes. Homil. 27.

Benefacta non sunt remunerandi, nisi cogat necessitas, idem de laud. monach.

Beneficia Dei in nescios collocata sunt

plerunq; idem sup. Genes. Homil. 46.

Beneficium cum simplicitate præstandum est. idem sup. Epist. ad Philip. serm. 1.

Beneficijs multis Deus etiam inuitos afficit, idem sup. Epist. ad Colos. Homil. 10.

Dona Dei. etiam impij habent. Augustin.

Dona sua differt Deus. vt rogetur indulgere. idem. 3. de mirab. sacr. scrip. cap. 10.

Dona Dei bona nõ sunt, nisi Dei esse confiteamur. idem cap. 72. expos. quarund. dubit.

Dona Dei in nobis reddẽda sunt. idem 10. de Ciuit. Dei. cap. 5.

Donando, nihil perdit Deus. idẽ lib. 1. Med. cap. 28.

Dona sua non merita nostra coronat in nobis dominus. idem de Grat. & lib. arbit. cap. 7.

Dona Dei quæ alijs collata sunt nostra erunt, si non inuideamus. idem Homil. 16.

Nemo invitus benefacit, etiam si bonum est quod facit. Augu. lib. 1. conf. cap. 11.

Parsimonia.

PArcus diuitiarũ custos insulix. apud Stob.

Parcus non melior sacrilego. ibid.

Parcus ter miser. ibid.

Parci parant se ceu aliæ vitæ. ibidem.

Sera parsimonia in fundo est. non enim tãtum minimum in imo, sed pessimum remanet. Senec. Epist. 1.

Non intelligunt homines, quàm magnum vectigal sit parsimonia. Cicer. in Parad.

Res familiaris quæri debet ab his rebus, à quibus abest turpitudo. conservare autem diligentia & parsimonia, eisdẽ etiam rebus augeri. Cicer. 2. Offic.

Diuitiæ grandes sunt homini, viuere parcè. Luc. lib. 5.

Sera parsimonia est, tunc seruare, cùm deficit. Veg. lib. 2.

Parcitas salutis est mater. Chrysost. in prop. aduent. domini.

Prodigalitas.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

SVmptuositas, incontinentiæ pari est. apud Stob.

Prodigorum pecuniæ, ficus sunt. ibidem.

Qui quod habebat, consumpsit in quæ non oportebat, quæ non possidet, si contingat, non vetatur, in quæ oportet. Demosth. apud Plut. de Vi. ver.

Prodigi sunt, qui pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam sunt relicturi omnino. Cicer. 2. Offic.

Multi patrimonia sua effuderunt inconsultè largiendo. ibidem.

Parua

Paruæ expensæ sæpe factæ consumunt patrimonium. Aristot. Polit. 5.

Non ita claudenda est res familiaris, vt non eam benignitas possit aperire, nec ita reseranda est, vt pateat omnibus. sequuntur enim largitionem rapinæ, cum enim dando egere ceperint homines, alienis bonis manum inferre coguntur. nec tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt quanta odia eorum quibus ademerint Cicer. 2. Offic.

Cupiditas & Auaritia.

EX GRAECIS.

CVpiditas diuitiarum vadit in infinitum. Aristotel. Polit. 1.

Auarorum doctrina est: tanti te ipsum putato, quantum habuerit. Plut. de Cup. diuit.

Ne cupias, quæ haberi nō possunt. Demetr. Phaler.

Studium pecuniæ est vnū ex desideriis præter naturam. Aristot. Physic. 2.

Auarus non substantiam possidet, sed ab ipsa possidetur. Bion apud Diogen. lib. 4.

Nec à mortuo sermonem, nec ab auaro gratiam expectes. Socr. apud Volat.

Tenaces opum suarum habent curam, verum ex eis tanquam ex alienis nihil capiunt vtilitatis. Bion apud Diog. lib. 4.

Excusatio auaritiæ est, cumulare pro filijs. Apollon. apud Volat.

Causa ignauiæ est luxui inseruire auaritia, ad proditionem impellens. Demosthe. in Philipp. declam. 3.

Ambitio, & auaritia nullam necessitudinis rationem habet. Demosth. 1. Olinth.

Auaritia, vitium est animi, quo turpe lucrum sectamur. Aristo. de virt. & vit. diuis.

Auaritiæ species sunt tres, inopiæ quæstus, tenacitas, illiberalitas. turpis quæstus, per quem dedecore & lucrum, quàm pudorem pluris faciunt. tenacitas autem, per quam sumptus parcunt, & impense in re honesta. illiberalitas autem est, per quam expendunt quidem, minutatim tamen, & male, & plus iacturæ facientes nullo habito temporis delectu. est autem auaritiæ plurimi facere pecunias, nec id probum putare, quod quæstuosum sit, vita mercenaria, & seruilis, & sordida, à munificentia, & liberalitate aliena. Aristo. de virt. & virt. diuis.

Qui suis alienа volunt addiscere, his sæpius victi sua spe frustrantur. Menand. apud Stobæum.

Accipere si non esset, nullus esset malus. ibid.

Irrationabilem auaritiam citius consument abiectæ res partæ, quàm crescentes quotidie immensæ opes. Euseb. apud Stob.

Auaritia omnis improbitatis est metropolis. Democr. ibid.

Auarum nemo bonus, nec rex, nec liber esse potest. Herod. ibid.

Auari hydropicis comparandi. Diog. ibid.

Suapte natura vix sanari potest cupiditas, quod si diuitiarum quoq; suppeditationem assumpserit, planè sit insanis. ibid.

Studium pecuniæ est vnum ex desideriis præter naturam. Arist. Physic. 2.

EX LATINIS.

POtius à fortuna impetrem, vt det, quàm à me ne petam. Senec. Epist. 15.

Viri boni auiditas tuta est. idem Epist. 23.

Contenere omnia, aliquis potest: omnia habere nemo potest. idē Epist. 63.

Nulli potest secura contingere vita, qui de re producenda nimis cogitat. Senec. de Paupert.

Temporis tantum honesta auaritia est. idem de Brevit. vit.

Omnia tanquam mortales timemus: omnia tanquam immortales concupiscimus. ibid.

Tam deest auaro, quod habet, quàm quod non habet. Quint. lib. 8.

Caput est in omni procuratione negotij, vt auaritiæ tollatur vel minima suspicio. Cicer. 2. Offic.

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modò singulos homines, sed vniuersas familias euertunt: totam etiam labefactāt Rempubl. ex cupiditatibus odia, distidia, dissensiones, bella nascuntur, nec hæc sese solùm foris iactant, nec tātum in alios caco impetu incurrunt, sed intus etiam animis inclusæ inter se dissident, atq; discordant. Cicer. 2. de Finib.

Cupiditatis moderator pudor est. ibidem.

Ea desideramus maximè, quibus abundamus. Cicer. Parad. 1.

Duæ res, quæ maximè impellunt ad maleficium, luxuries, & auaritia sunt. idē 2. Ad Her.

Corrupti sunt, depranatiq; mores admiratione diuitiarum. idem 2. Offic.

Nemo tam firmum habet præsidium, quod auaritia non infregerit, debilitauerit q;. idem de Nat. Deor.

Auaritia est opinio vehementer de pecunia. idem 4. Tusc.

Illi morbo, qui permanet in venis, & inhæret in visceribus, nec inueteratus euelli potest, nomen est auaritia. ibid.

In quibusdam nec pecuniæ modus est,

est, nec cupiditatis, quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, sed auget potius, atq; inflammat. idem 2. de Finib.

Auaritia senilis vituperanda est maximè, potest enim quicquã esse absurdius, quàm quo minus vitæ restat, eo plus viatici quærere Cato maior.

Alienarum rerum hominibus cupiditas, suarum satietas. Plin. Seni. lib. 20.

Ij penates, ea ciuitas, id regnum aterno in gradu facilè steterit, vbi minimum virium venerit, pecuniæq; cupido sibi vendicauerit. Max. lib. 3.

Auaritia latẽtium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago, nec habendi fructu fœlix, & cupiditate quærẽdi miserrima. Max. li. 9.

Auaritia animũ & corpus examinat. Sallust. in coniur. Catil.

Ira atq; cupiditas, consultores pessimi. idem in Bell. Iug.

Pecuniæ studium paci cõmuni officit. Sallust. de Rep. ord.

Ea inuasit hominem, habendi cupiditas, vt possideri magis, quàm possidere videantur. Plin. Iun. lib. 9.

Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Virgil. 3. Aeneid.

Rape, congere, posside. Relinquendum est. Martial. lib. 8.

Fortuna nimis multis dat, satis nulli. idem lib. 2.

Auarus ipse miseriæ causa est suæ. Pub. Mim.

Auarus, nisi cùm moritur, nihil rectè facit. idem.

Auaro quid mali optes, nisi vt viuat diu. idem.

In nullum auarus bonus, in se pessimus. idem.

Inopiæ parua desunt, auaritia multa. idem.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere. idem.

Auaritia & luxuria omnia imperia euertit. Liu. Dec. 4. li. 4.

Animus humanus insatiabilis eo, quòd fortuna spondet. idem Dec. 1. lib. 3.

Diuitiarum cupido ibi, vbi & vsus. Iust. lib. 1.

EX SACRIS.

MInus voluptatibus stimulatur, qui nõ est vbi frequentia voluptatum: & minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt. Aug. de Sing. cler.

Cupiditas, & auaritia in tãtum malum sunt, vt nec auaritia sine cupiditate, nec cupiditas sine auaritia posit inueniri idem ad quend. comit.

Non est in carendo difficultas, nisi cùm fuerit in possidẽdo cupiditas. idem in lib. Confes.

Insanabilis auaritia est. in hesto. Sax.

Vbi studium rationis est, cupiditas rationi seruit. ibid.

Liberalitate vitia teguntur, nudantur auaritia. ibid.

Tanto magis adhæret Deo quilibet, quanto minus diligit proprium. idem in Epist.

Non solum auarus est, qui rapit aliena, sed ille auarus est, qui cupidè seruat sua. idem in quo. serm.

Auarus antequàm lucretur, seipsum perdit, & antequã aliquid capiat, capitur. ibid.

Auaritia non vitium auari, sed anima peruersæ amantis aurum derelicta iustitia, quæ debuit anteponi auro. idem 12. de Ciuit. Dei.

Cor habet in ventre gulosus, lasciuus in libidine, cupidus in luxu. idem.

Auari deus, numus est. Ansel. sup. epist. ad Ephes.

Tantum est malum non se continere intra proprios penates, maioribus inhiãdo, vt propria sæpe pereant. Chrysost.

Impossibilia petit, qui cupiditati terminos inuenire conatur. idem.

Vnusquisq; quod cupit, & veneratur, hoc illi deus est. Hier.

Peccatum auaritiæ mentem, quã infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda sublimia attolli non possit. Greg. 14. mor.

Mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, postea ad cuiuslibet grauius laborat. idem.

Auarus si potentiorem videt, timet raptorem, si inferiorem, suspicatur furem. idem.

Longa nostra desideria increpat vita breuis, incassum multa pertantur, cùm iuxta est, quò pergitur. idem.

Cui cupiditas dominari dicitur, subiectus malis omnibus demonstratur. idem 5. Metam.

Non est morbus cupere, sed cupidum esse. Lact. lib. 6.

Tãta infœlix auarus timet, quanta pati timet. Greg.

Multis nomen pauperum, auaritiæ occasio est. Hier.

Multos facit auaritia inter diuitias indigere: iudicium enim Dei est, vt in eo, quo quis delinquit, puniatur, vt semper indigeat, qui semper indigentiam timet. Petrus Rauen. in quo. serm.

Bonorum autori aliter inhærere non possumus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix, abscindamus. Greg. in homil.

Tria maximè solent homines affectare, opes, voluptates, & honores. de opibus praua: de voluptatib. turpia: de honoribus vana procedunt: nam opes generant cupiditatem & auaritiam: voluptates pariunt gulam, & luxuriam: honores nutriunt superbiã, & iactantiã. Innoc. de vilit. cond. hum.

Mulia

Mulierum genus auarissimũ præsumitur. apud Iurisp.

Cupiditas ad ea comparanda nobis data est, quæ sunt ad vitã necessaria. Lact. lib. 6.

Auari semper pauperes. Aug. 7. de Ciuit. Dei.

Cupiditas, malæ patientiæ fons est. idem de Patient.

Concupiscimus & quæ habemus, & quæ non habemus. idem in Psalm. 118.

Auaritia, insatiabilis ebrietas. Chrysost. sup. Gen. homil. 22.

Auaritia in terra, & mari vagatur. idem sup. Matth. hom. 9.

Auaritia, canis rabidus est. idem sup. Matth. Homil. 53.

Auaritia crudeles efficit eos, qui ei seruiunt. idem sup. Matth. Homil. 84.

Auaritia, omnis iniustitiæ fomes est. idem sup. act. Apost. Homil. 26.

Auaritia turpis morbus est. Chrysost. hom. 15. sup. Epist. ad Cor.

Auaritia, dominus morosus est. idem Homil. 8.

Auaritia, tyrannus crudelis est. idem sup. Epist. ad Corint. Homil. 20.

Auari animus, sepulchrum est. idem sup. Matth. Hom. 24.

Auarus cõmunis omnium hostis est. Chrys. sup Matth. Hom. 82.

Auarus vbiq; inutilis. ibid.

Auarus propriam salutem neglegit. idem sup. Matth. Homil. 84.

Auarus libentius carnem sacram tradit, quàm aurum. idem sup. epist. ad Corint. Homil. 14.

Auarus ne suis quidẽ rebus fruitur. ibid.

Auaris id accidit, quod manna colligentibus. idem sup. Epist. ad Corinth. Hom. 40.

Auari perpetuò dissident. idem sup. Epist. ad Eph. ser. 10.

Auarus in tenebris viuit. idem sup. Epist. ad Eph. ser. 20.

Auarus, fur est, & latro. idem sup. Epist. ad Thess. Hom. 11.

Auari meretricibus sunt peiores. idem sup. Epist. ad Hebr. Homil. 15.

Auari rectas cogitationes non admittunt. ibid.

Auarus corpus suũ diabolo prostituit. idem sup. epist. ad Ephes. Homil. 15.

Auarus multa cupiditate ebrius est. ibid.

Auarus idololatra est. ibid.

Auarus non est dines. idem sup. Epist. ad Hebr.

Auaritia, arx malorum omnium. idem sup. Matth. Hom. 65.

Auari omnem ordinem turbant. idem sup. Epist. ad Corint. Homil. 37.

Cupiditas miris modis animũ torquet. idem sup. Epist. ad Cor. Homil. 14.

Cupiditas, & alacritas, contraria sunt. idem sup. Epist. ad Corint. Homil. 19.

EX

Veritas, & affirmatio.

EX GRAECIS.

PRopter veritatem debent sibi philosophi contradicere. Arist. Top. 1.

Duo sunt opera sapientis, vnum est non mentiri de quibus nouit: aliud, mentientẽ posse manifestare. idem Elench. 1.

Ex falsis sequitur verum, ex veris nil, nisi verũ. idem Prior 2.

Illud, quod est causa, vt alia sint vera, est verissimum. idem Metap. 2.

Non oportet tantũ verum dicere, sed causam falsi assignare. idẽ Eth. 7.

Solutio dubitationis, est inuentio veritatis. ibid.

Non est conueniens veritatem fas sum esse, sed fateri. idem, Num seni sit gerend. resp.

Simplex veritatis oratio est, nec variarũ opus habet interpretationum, iniquus autem sermo ægrotantis ipsum medicaminum opus habet sapientium. Eurip. in Phœniss.

Lingua errãs interdũ vera dicit.

Veritatem inquirent, non omnibus modis victoriam quæres, inuenta autem veritate, eris inuictus. Epictet. apud Stob.

Veritas principia magnæ virtutis promouet. Pindarus apud Sto.

Venit veritas interdum in lucem, non quæsita. Menand. ibid.

Suauissima narrationum veritas est. apud eund.

Mendacium illiberale est, veritas generosa. Apollonius ibid.

Mendacium veritatis opus aliquando est. Hom. ibid.

Tunc rem Deo similem faciunt homines, cùm veritatem exercent. Pythag. apud Stob.

Tanto à veritate distat mendacium, quãtum auris ab oculo. Thal. apud Stob.

Magis dicimus illum scire rem, qui scit eã affirmatiuè, quàm qui scit eam negatiuè. Arist. Metaph. 3.

Cauenda est oratori præsertim in rebus dubijs affirmatio, quæ contentiorem facit auditorem. Demosth. in 1. Olynth.

EX LATINIS.

PAtet omnibus veritas, nondum est occupata, qui ante nos fuerunt non domini, sed duces sunt, multum ex illa etiã futurũ relictum est. Sene. Epistol. 33.

Veritas in omnem partem sui eadem est, tenue est mendacium, perlucet, si diligenter inspexeris. idem Epist. 80.

Potest nocenti contingere, vt lateat, latenti fides non potest. Senec. Epist. 98.

Superest, vt ostendamus verum dixisse de futuris, quẽ de præteritis non possumus probare

f men

mentitum. Quint. Declam. 4.

Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit, & licet in causa nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per seipsa defenditur. Cicer. in Vatin.

Multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio intercluſa respirat. idem pro Cluent.

Est interdum tam perspicua veritas, vt eam infirmare nulla ret possit. interdum tamen est adhibenda vis veritati, vt eruatur. idem pro Cluen.

Hominis est propriè veri inquisitio, atq; inuestigatio. idem 1. offic.

Veritas odium parit. idem in Læl.

Pueritia, somnus, imprudentia, violentia, insania, eius generis sunt, à quibus sæpissime veritas auditur. Cic. in Topic.

Veritas in præsentia, quibus resistit, offendit. Plin. Iun. lib. 3.

Historia non debet egredi veritatem, & honestè factis veritas sufficit. idem lib. 7.

Non bene mactato cœlestia numina gaudent,
Sed qua præstanda est, & sine teste fide. Ouid. Epist. 19.

Fidem qui perdidit, perdere vltrà nihil potest. Pub. Mim.

Ego verum amo, verum nolo mihi dicere, mendacem odi. Plaut. in Most.

Reddite depositum, pietas sua fœdera seruet,
Fraus absit, vacuas eadit habete manus. Ouid. 3. de arte amand.

Nec rumpite fœdera pacis, Nec regnis præferte fidē. Sil. lib. 2.

Fama, ac fidei damna maiora sunt omni æstimatione. Liuius Decad. 1. lib. 3.

Fide abrogata omnis humana societas tollitur. idem lib. 6.

Affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Quint. Declam. 17.

Temerè affirmare de altero, est periculosum propter occultas hominum voluntates, & multiplices naturas. Cic. ad Brut.

Miser, qui se testem contemnit. Senec. Epist. 43.

Non ex leuitate testium aut simultate causa honestorum hominum prouidenda est. Cicer. pro Scilla.

EX SACRIS.

NAtura veritatis magistra. Amb. in Hexam. lib. 6.

Fidele est testimonium, quod causas non habet mentiendi. Hier.

Testimonium vendi non debet. Aug. Epist. 54.

Solus Deus veritatis doctor. August. lib. 6. conf. cap. 6.

Veritas cùm inquiritur, arrogantia deponatur. idem.

Veritas tutius auditur, quàm prædicatur. idem de doc. Christ.

Veritati nō præiudicat antiquitas. idem.

Lex omnium artiū, ipsa veritas. idem.

Si de veritate sumitur scandalū, vtilius permittitur nasci scandalū, quàm veritas relinquatur. idem de lib. arbit.

Nullus reprehensor formidandus est amatori veritatis, etenim aut inimicus reprehēsurus est, aut amicus, si inimicus insultat, ferēdus est, amicus autem si errat, docendus: si docet, audiendus. idem 2. de Trinit.

Veritas, & dulcis, & amara est. Aug. Epist. 211.

Veritas propter se, non propter aliunde tantem diligenda est. idem sup. Epist. ad Gal.

Veritate vinci, bonum est. idem.

Veritatem etsi splendor orationis ornet, non tamen facit. idem 2. conf.

Veritatis contemplatio iucundissima est. idem de quant. anim.

Qui veritatem occultat, & qui mendacium prodit, vterque reus est, ille quia prodesse non vult: iste, quia nocere desiderat. idem de agon. Christ.

Non est idem nolle sequi veritatem, & persequi. Bern.

Veritas magis elucet impugnata. idem serm. 99. de temp.

Turpe est falsitate aliqua posse seduci: veritate autem non posse reduci. Bern. in Epist.

Veritas nihil erubescit, nisi abscondi. Tertul.

Verum dicere, periculo caret. Nazianz.

Tantus in te sit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. Hier. ad Celan.

Non meretur audire veritatem, qui fraudulenter interrogat. idem super Ezech.

Si propter timorem mortis tacere veritatem, impietas est, quomodo non est maior impietas, propter miserum ventrem, & honoris vanā spem tacere veritatem? idem.

Contra veritatem cognitam dimicare idololatriam superat. Aug. Epist. 48.

Veritas humilibus tantum ostenditur. idem in quæst. ex vtroq; test.

Veritas ex fide magis, quàm ex ratione percipitur. idem Epistol. 222.

Veritatis inquisitio peccatis impeditur. idem de verb. religi. cap. 36.

Nullus suauior animæ cibus, quàm cognitio veritatis. Lact. lib. 1.

Difficilis est ignorantibus veritas, & facilis scientibus. idem lib. 2.

Magis credunt homines ornatæ veritati. ibid.

Veritas ideo semper inuisa est, quòd is qui peccat, vult habere liberum peccandi locum,

nec aliter se putat à voluptate malefactorum securius frui posse, quàm si nemo sit, cui delicta non placeant. idem lib. 5.

Rara inter mortales fides, animique hominum mutabiles. Eras. in Epist.

Veritas laborare solet, vinci non solet. ibid.

Mihi adeò innisa discordia est, vt veritas etiam displiceat seditiosa. ibid.

Veritas perpetua est. August. in Solil.

Veritati vt nunquam fas est aduersari, ita celare expedit in loco. ibid.

Veritas duas habet comites, sapientiam, & constantiam. ibid.

O quanti veritatem quærunt, nō in veritate, sed in vanitate, & quod miserrimum est, in verbis vitæ lucra mortis negotiantur. Richard. in quod. sermo.

Certus non debet amplius certificari. apud Iurisp.

Certitudo dum modò habeatur, non curetur de modo. ibid.

Veritatis amor, fidus amor est, & custos animæ. Bern. sup. Cant. serm. 83.

Veritatis onus leue est. idem in Epist.

Veritas vbique mater est sanctitatis. Chryso. sup. Psalm. 118.

Veritas sole splendidior. idem serm.

Nemo potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit primus ipsius veritatis. August. Epistol. 52.

Mendacium.

EX GRAECIS.

Docentes alios mentiri nō debent. Arist.

Mentiri, seruile est vitium, & cunctis mortalibus insectandum. Plut. de educ. lib.

Mendax hoc lucretur, vt cùm vera dixerit, ei non credatur. Arist. apud Diog. lib. 5.

Mendax ab hoste non differt. Homer. Odyss. 9.

Mentiens nemo celat alios multo tempore.

Sæpe delinquentibus promptissimum est mentiri. Theophrast. apud Stob.

Mendacium de seipso duplex est. ibid.

Mendacium infœlix est. ibid.

Mendacium non veterascit.

Mendaces castigandi à pueris. ibidem.

Mendacium, veritatis opus aliquando est. Homer. ibid.

Tantum distat mendacium à veritate, quantum aurum ab ocello Pythag. ibid.

EX LATINIS.

Tenue est mendacium, perlucet si diligenter inspexeris. Senec. Epist. 80.

Mendacium dicere aliquando sapienti concessum est. Quintil. lib. 2.

Aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falsa defendantur. ibid.

Magis odimus mendacium, quod simile vero est. idem declam. 11.

Mendacio paratur autoritas. idē declam. 18.

In virum bonum non cadit mentiri emolumenti sui causa. Cicer. 3. Offic.

Ementiuntur sæpe homines, in eos, quos oderūt. Cic. pro Rab.

Amor grauis falsæ rei lapsum fidei parit ingentem. Plin. Sen. lib. 22.

Mendacem memorē esse oportet.

Vana pro veris sæpe valent maximè in bello. Liui. Dec. 4. lib. 4.

Quidam cùm nullum crimē obiicere possunt, de mendacij magnitudine veritatem captant. Quint. declam. 11.

EX SACRIS.

QVi veritatem occultat, & qui mendacium profert, vterque reus est ille, quia prodesse non vult: iste, quia nocere desiderat. Ans. sup. Epist. ad Corinth.

Mendax nō est, qui falsum dicit, putans se dicere verum. ibid.

Nonnunquam verus est, mendacium meditari, quàm loqui. Nam loqui plerunq; præcipitationē est, meditari verò studiosè prauitatis. Greg. 8. mor.

Falsa sunt, quæ falsis congruunt. Lact. lib. 3.

Qui multa mentiūtur, nō possunt memores esse. Eras. in Epist.

Mendacia non diu fallunt. Cypr. Epist. 1.

Cùm humilitatis causa mentiris, si non eras peccator, aut equam mentitus eras, mentiēdo efficis, quod vt auferas. idem.

Quicquid figuratè dicitur, aut fit, non est mendacium. Aug. sup. Epist. ad Galat.

Multum interest, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur. idem in Ench.

Mendaciū bonis insidiatur. Cypr. lib. 4. Epist.

Mēdacium sermonibus, sicut ædificium lapidibus fabricatur. Greg. lib. 11. moral.

Omne mendacium iniquitas est, & econtra. idem. 17. mor.

Mentiri non licet, nec pro Dei laude. Aug. Epist. 8.

Mentientis proprium est, aliud in lingua, aliud in pectore habere. idem in Enchir.

Falli minus malum est, quàm mēdacium. idem de doctr. Christ.

Mendacium improprium est hominis. ibid. lib. 1.

Omne mendacium peccatum est. idem in Enchir.

Mēdacia veritate vincēda. idem.

Nullum mendacium laudandum. idem in Psalm.

Mentienti non est habenda fides. idem cont. mend.

Mentiri, est animam occidere. idem cont. lit. Petil.

Mentiri nullo modo licet, verum occultare aliquando. idem in Psalm 5.

Mendacium dubiè proferens non mentitur, sed qui veritatem, quam nescit, affirmat. Bern. sup. Cant. serm. 18.

Mutuum sumere, mendacij principium. Basil. in Hexam.

Calumniæ Deus non est capax. Chrysost. sup. Epist. ad Roman. serm. 4.

Calumniam inter virum, & vxorem struere, fideles caueant. idem sup. Epist. ad Ephes. sermo. 20.

Calumniari non potest, qui non inuidet. idē sup. actus Apost. Homil. 40.

Decipi, mulierum est. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 23.

Mendacia sibi ipsa mentiuntur. idem sup. Matth. Homil. 39.

Mentiri furantem, necessarium est. idem ad popul. Antioch. Homil. 35.

Fiducia, & Fidelitas.

EX GRAECIS.

QVod nō credit quis, non mouet eum ad timēdum, vel sperandum. *Arist. de poët. 2.*

Eximia res est lingua, cui fides adfuerit. Eurip. in Taur.

Qui promerentem laudat, ei rursus fides habetur vituperanti. Plut. de vtilit. capiend. de inim.

Oportet inimicis nec de credibilibus fidē habere: amicis autem etiam incredibilia narrantibus credere. Bias apud Plut. in conuiu. 7. sapient.

Non minus eorum, qui dicunt, quàm de quibus dicitur, res spectandi sunt. Ages. apud Plut. in Apophth.

Vnusquisque studiosè curat, vt ex vitæ meritis sibi fides beatur. idem.

Credulitas, & Fidelitas.

EX LATINIS.

VTrumque in vitium est, & omnibus credere, & nulli. *Senec. Epist. 3.*

Homines semper amplius oculis quàm auribus credunt. idem Epist. 6.

Sunt plurima vera, sed parum credibilia. Quint. lib. 4.

Habenda fides est vel in hoc, vt qui crediderit, speret. idem lib. 11.

Facinus est facile, vel morti credere. idem Declam. 8.

Fide carent plurima, prius quàm facta, aut visa sunt. Plin. sen. lib. 7.

Fidem habere duōbus res ardua. idem in præf.

Libenter homines id, quod volunt, credunt. Cæsar, de bell. Gall.

Nec prudentes suspicari oportet, sibi parum credi, nec improbis scire se timeri. idem de bell. ciuil. lib. 2.

Iucundum spectaculum, fidus in aduersis vir. Eurip. in Orest.

Quæ quisque facile factu putat, æquo animo accipit. Gel. lib. 4.

Miseris parua est fides. Sallust. in coniur. Catil.

Melius omnibus, quàm singulis creditur. Plin. Iun. in Paneg.

Aduersis rebus rarior est fides. Veg. lib. 3.

Fides maximum vinculum bonis amicis. Liuius 3. Dec. lib. 4.

Habita fides fidem obligat. idem.

Nisi fide stet resp. opibus non stabit. idem dec. 3. lib. 3.

Nemo ferè credit ei, nisi quem fidelem putat. ideo perditissimi est hominis, & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. Cicer. pro Roscio.

Laudanda fiducia, quæ æstimationem sui certo pondere examinat. Max. lib. 3.

Tarda solet magnis rebus inesse fides. Ouid Epist. 16.

Scilicet vt fuluum spectatur in

in ignibus aurum:

Tempore sic duro est inspicienda fides. idem 1. de Trist.

EX SACRIS.

NEmo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. *Vegetius lib. 1.*

Non cuique spiritui credendum est. Cypr. lib. 4. Epist.

Nihil est, quod in vita fieri possit, nisi credulitas amè præcesserit. idem in Symb.

Credendum est melioribus nobis, de nobis, & non nobis. Greg. in 1. Reg.

Hominibus ignotis non est passim credendum. Greg. in regist.

Non est facile de prouectæ ætate credēdum, quam & vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. Hier. ad Rust.

Fides etiam perfidis præstanda. Amb. lib. 2. de Offic.

Credulitatis facilitas pessima. Bern. de consid.

Fiduciā nullam nobis afferre debet lætitia huius seculi. Bern. in ram. pal. serm. 49.

Non est facile credendum illud, quod facilè fieri non potest. apud iurisconsul.

Confidentia magnam habet remunerationem. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Homil. 21.

Qui præ se fert odium, protinus sibi fidem abrogat. etiam in

causæ iustissima. Erasmus in Epist.

Hominibus ignotis non est passim credendum. Greg. in regist.

Cura quid expediat, prima est, quam quid sit honestum:
Et cum fortuna státque, caditque fides. Ouid. 2. de Pont.

Manus tollitur in signum fideicommissæ. Liuius. 1. dec. lib. 4.

Multa nobis vsu veniunt, quæ relata ignaro fidem perdunt. Apulei.

Opulentos homines, & ætatis spatio probatos dignos, quibus credatur, putamus, non rectè fortasse, vulgi opinio vix mutari potest. Cicer.

Si quis ob emolumentum cupidius aliquid dicere videtur, de his credere non conuenit. Cicer. pro Font.

Vbi quis semel peierarit, ei credere postea, etiamsi per plures deos iuret, non conuenit. idem pro Rabir.

Proditio.

EX GRAECIS.

Insanire mihi videtur, qui sibi firmam, constantem verámque amicitiam cum eo fore persuasum habebit, qui fraternam prodiderit. Plat. de fratr.

Alieni fidem habere nō debent, qui suorum proditor fuerit. apud Plut. in Apophth.

Proditionem amo, sed proditorem non laudo. ibid.

Insidiator pro hoste habendus. Demosthen. in Philipp. Declamat. 3.

Cauere insidias magis necessariū est, quàm insidiatores vlcisci. idem. exord. 62.

Fœdera iniustè frangere, impium est, sed hostes fallere, non iustum est modò, & honestum, verum iucundum quoque, & lucrosum. apud Pluthar. in apophth.

Prodituri amantur, non qui prodiderunt. apud Stob.

Proditor non fit, homo frugi. ibid.

EX LATINIS.

Vigilandum est semper. multæ insidiæ sunt. Cicer. pro Planco.

Proditio celeri pœna vindicanda est. Max. lib. 9.

Falluntur, qui proditionis præmium spectant. Curt. lib. 5.

Nullis meritis perfidia mitigari potest. idem lib. 7.

Satius est, insidias subire semel, quàm cauere semper. Suet. Tranq. de Iulio Cæs.

Maior dimicatio est cum perfidia, & proditione sociorum, quàm cum hostibus. Liuius lib. 1. dec. 1.

Semel proditori nulla danda est fides. idem lib. 4. dec. 3.

Nihil aliud supereſt locorū fraude de-

fraude deceptis, quàm honestæ mortis solatiū ex hostium cæde. Curt. lib. 7.

Indices coniurationis præmia constituta. Sallust. in Cōiur. Catil.

Non est magis vituperandus proditor patriæ, quàm communis vtilitatis, aut salutis desertor propter suam vtilitatem ac salutem. Cicer. 3. de finib.

EX SACRIS.

Nvllus perfidis tutus locꝰ est. Ambr.

Proditorem non amat princeps, etiamsi dignum fraude putat, qui proditus est. Erasmus in Epist.

Vbi nullæ sunt insidiæ, virtus vera vincit. ibid.

Frequentius conuentionum quàque simulatio, quàm arma nocuerunt. Veg. lib. 2.

Amicitia.

EX GRAECIS.

Pravitat ridiculus amicus, quàm grauis inimicus. Pluthar. de pulch.

Nisi vterq; amat, neuter amicus. idem de amic.

Amici ductu Dei fiunt. ibid.

Amicitia melior est diuitijs, & nullius honorat diuitias propter se, sed propter aliud: amicitiam autem sic. Aristotel. Topic. 8.

Domini ad seruum non est amicitia secundum quod seruus, sed secundum quod homo. quia vt seruus est ei dissimilis: vt homo autem est ei similis. Arist. Eth. 8.

In quibus nihil est commune, nec etiam amicitia, nec iustitia. ibidem.

Nullus eligeret viuere sine amicis, habens omnia bona. ibid.

Proprium, & maius amicorum est conuiuere. ibidem.

Amicus se debet habere ad amicum tanquā ad seipsum. quia amicus est alter ipse. idem. Eth. 4.

Beneuolentia nō est amicitia, sed principium amicitiæ. vnde ex beneuolentia causatur amicitia. ibid.

Prauus nihil amicum habet, nec ad seipsum, nec ad alium. Arist. ibid.

Nullus tantum contristatur, & læditur propter malum illatū ab inimicis, quantum tristatur malo illato ab amicis. idem de Poēt. 2.

Non possumus aliquo vti amico, & adulatore. Plut. de præcep. connub.

Amicus homo est animal facilè natura deprauabile. Plat. apud Plutharch. de tranquil. anim.

Filius sicut in substantia derelicta, ita in paterna amicitia

succedere debet. Socrat. apud eund. de vitand. vsur.

Graue est tunc sentire, qui non sunt amici, cùm amicis opus est. idem de amic. & adul.

Vt nummo, sic amicum oportet habere nempe probatum, antequàm eo sit opus. ibid.

Non afflicto tantum dulce est vultum intueri viri benevolentis, verùm in vtraque fortuna præsto est amicitia, non minùs voluptatē, & gratiam addens bonis, quàm malis molestiam adimens, & desperationem. Plut. ibid.

Morum, & studiorum similitudo conciliatrix amicitiæ est. ibid.

Libertas loquendi propria amicitiæ. ibidem.

Qui verus est amicus, is nec imitatur omnia, neco facilè laudat omnia, sed optima tantùm. ibidem.

Officium, quod proficiscitur ab amico, ceu vinum quoddā animal, vires maximè proprias in intimis habet. nihil autem accedit ostentationis, quin sæpenumero sit, vt quemadmodum fidus medicus ægroto nesciente sanat, sic amicus prosit vel cōgrediens, vel discedens, negotium illius amico ægrotante curant. ibidem.

Ad salutem opus est vel bonis amicis, vel acribus inimicis. Diogen. apud Plut. de amici. & adul.

Amicus vsque ad aras vtendum est. idem de vit. verec.

Præclarum æstima virū, cui contingit vel amici vmbra. Menand. apud Plut. de amic. & adulat.

Incōstantia fastidit amicos. ibi.

Amicitiæ sanctum nomen est. ibidem.

Primum ad deligendos amicos iudicio est opus. deinde voluptate in cōuersando simul, postremò vt sui sint si illorum indigeamus, opera. ibidem.

Molesta est in multos diffusa amicitia. ibidem.

Vicissitudo beneficiorum in amicitia necessaria est. ibid.

Odia soluenda sunt, non autem amicitiæ. ibid.

Acrior in nocendo est malignitas, quàm in iuuando amicorum dilectio. ibid.

Quidam temere amicorum causa pereunt.

Amicitia nihil recipit, nisi sit simile. eadem enim velle, eadem sentire, ac fateri, eisque affici, ea demum firma amicitia est. ibidem.

Amicus gaudet bonis, & condolet tristibus amici sui. Arist. Rhet. 2.

Amicorum absentium, & præsentium æquè memores esse debemus. Thal. apud Diog. lib. 1.

Diu deliberatos amicos eligi, eósque vno effectu, non vno habeus merito. Bias. ibid.

Amicos

Amicos sequere, quos non pudeat elegisse. ibid.

Amici vitam, tuam puta gloriam. ibidem.

Amicus vna anima est in duobus corporibus habitans. Arist. apud Diog. lib. 5.

Tales erga amicos esse debemus, quales illos erga nos esse optamus. ibid.

Amici multi, amicus nemo, ibidem.

Amicitia, æquitas est reciprocæ - benevolentiæ. ibid.

Amici secundis in rebus aduocati adsint: in calamitatibus autem sua sponte, atq; inuocati. Demosth. ibid.

Mediocres oportet amicitias esse mortalibus, & ad intimam medullam animæ. solubiles verò amores esse animi. Eurip. in Hippolyt.

Præstantiores cùm liceat amicos eligere, deteriores ne capias. idē in Heracl.

Desiderium quoddam amicii est, amicorum cognoscere mala. idem in Helen.

Nullus malus genius amicis ab amicis. idem in Heracl.

Amicitiæ, & inimicitiæ mortalium non sunt immortales: humana consilia reguntur temporibus, mutantur vtilitatibus. ibidem.

Opta periculū non facere ex amicis. Hesiod. apud Stob.

Benevolentia non est amicitia, sed principium amicitiæ. vndè ex diuturna benevolentia causatur amicitia. Arist. Eth. 9.

EX LATINIS.

OMnia cum amico delibera, sed de ipso prius, post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Senec. Epist. 3.

Inter bonos viros, ac Deum amicitia est conciliante virtute. amicitiam dico: imò necessitudo, & similitudo. ibidem.

Constet illi licet fides, & benevolentia, tranquillitati tamen inimicus est: comes perturbatus, & omnia gemens: tristitiæ itaq; amicitiā veta. de Tranq. anim.

Vbi amici ibi, opes. Quint. lib. 5.

Nullas ego facilius perire credididerim, quam corporis charitates. idem Declam. 2.

Haud scio, an excepta scientia, quicquam sit homini à dijs immortalibus datum amicitia melius. Cicer. in Lælio.

Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad secūdas, & aduersas res, quàm amicitia. ibidem.

Qui amicum intuetur, tanquàm exemplar aliquod intuetur sui. quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & (quod dictu difficilius) mortui viuunt.

wunt.ibidem.

Serpit nescio quo modo per omnẽ vitam amicitia, nec vllam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui, vt vel ij, qui se totos tradiderunt voluptati, sine amicitiæ vitam esse nullam sentiant, si modò velint aliquæ ex parte liberaliter viuere.ibid.

Quia non possumus per nos omnia agere (alius enim in alia re est magis vtilis) idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officijs gubernetur. Cicer. pro Rose.

Ea est iucundissima amicitia, quàm similitudo morum coniunxit.idem.2. Offic.

Est in amicitia necessarium, vt alter nihilo sese plus, quam alterum diligat, quòd si tantillum interfit, iam amicitiæ nomen occiderit: cuius est ea vis, vt simulac sibi aliquid, quàm alteri maluerit, nulla sit.Cicer. de leg.1.

Vetus est lex iustæ, veræq; amicitiæ, vt idem amici semper velint, nec est vllum amicitiæ certius vinculum, quàm consensus, & societas consiliorum, & voluntatum. idem pro Plan.

In confirmata amicitia, & perfecta fide commemoratio beneficiorum superuacua est. idem.

Perditissimi est hominis, amicitiam dissoluere, & fallere eũ, qui læsus non esset, nisi credidisset. idem pro Rose.

Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius secuti sunt, vbi simul atque fortuna elapsa est, deuolant omnes. cùm enim recessit res ea, quæ fuit consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri. idem. 4. ad Herennium.

Literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita in medium proferre, palámque recitare, nihil est aliud, quam tollere è vita societatem, tollere amicorum colloquia absentium. multa enim solent loca esse in Epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse videantur, & multa, seria, quæ tamen nullo modo diuulganda. idem Philipp.

Sic in amicitia versari debemus, tanquam meminerimus eam ad grauissimas iniurias posse conuerti. Max.lib.7.

In hoc errore versatur, vel prudentissimus quisque, qui sibi pluret suos, quàm sunt, arbitratur. Plinius Iunior. libro.3.

Amicus certus in re incerta cernitur.Cicer.in Lælio.

Si amicitiam ad vsum referamus nostrum, non ad illius commodum, quem diligimus, nõ erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatũ suarum.idem 2. De nat.deorum.

Meipsum oportet ames, non mea, si vere amici futuri sumus. idẽ 2.De finib.

Amicitia non sub dubia vtilitatis ratione effici solet, sed ipsa ex se oritur, & sua sponte nascitur.ibid.

Est honestius de amicorum pecunia laborare, quàm de sua. idem ad Brut.

In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiãtur.

Cùm in amicitia quæ honesta non sunt, postulantur, religio, & fides præponatur amicitiæ. idẽ 3.Offic.

Inimicitias, quæ nimis delectant, & minus probãtur, magis decere sentiunt sapientes sensim desinere, quàm repentè præcidere: cauendum erit igitur, ne non solùm amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam susceptæ videantur, nihil enim est turpius, quàm cum eo bellum gerere, qui cum familiariter vixeris.idem 2.Offic.

Vna ista sit cautio, atq; prouisio in amicitia, vt ne nimis citò diligere incipiamus, néue indignos: digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur.idem in Lælio.

Amicitiæ vinculum nulla ex parte sanguinis viribus inferius.

Max.lib.4.

Amici noui veteribus non sunt anteponendi.Cicer.in Lælio.

Est quatenus amicitiæ dari venia potest.Gel.lib.1.

Cùm in rebus aut paribus, aut nõ longè secus, vtilitas amici, & honestas nostra consistit, honestas procul dubio præponderat.ibid.

Amici fide parantur. Sallust. de coniur.Catil.

Apud amicos æquè grata debet esse simplicitas dissentientis, quàm probantis autoritas.Pli. Iun.lib.2.

Multos amicos habere, multis gloriosum, reprehensioni nemini fuit.idem lib.4.

Firmissima est inter pares amicitia, & pares videntur, qui non fecerunt inter se periculum virium.Curt.lib.7.

Quos veteris, caue tibi amicos esse credas.ibid.

Amici vitia si feras, facis tua. Publ Mim.

Si vitare velis acerba quædam, & tristes animi cauere morsus, nulli te facias nimis sodalem, gaudebis minus, & minus dolebis.Mart.lib.12.

Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.Ouid.2.de Pont.

Ita crede amico, vt ne sit inimico locus.Publ.Mim.

Amicos res optimæ parant, aduersæ

merse probant. idem.

Ne quid expectes amicos, quod tu agere possis. Ennius apud Gel.

Si vitæ præstes omnia secunda, amicus otiosa res est. Quint. declam. 16.

Mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcis est, habui enim illos tanquam amissurus, amisi tanquam habeam. Senec. Epist. 63.

Tibi potius, quàm cuiùs sis amicus. Idem epist. 9.

EX SACRIS.

AMicitia in malo esse non potest. Aug. ad Consen.

Amicitia pauperũ certior, quàm diuitum. idem lib. 1. de Amic.

Amicus, animæ dimidium. idem 3. Confes.

Amicus, vitæ medicamentum. idem lib. 6. de Ciuit. Dei.

Amicitia, quæ desinere potuit, nunquam fuit vera. idem.

Solus est, qui sine amico est. idem lib. 6. de Ciuit. Dei.

Amicus est similis medico, medicus non amat ægrotum, si non odit ægritudinem, vt ægrotum liberet, febrem persequitur: nolite amare vitia amicorum, qui amatis amicos vestros. Aug. in quo. serm.

Amicitiæ venenum, suspicio. idem.

Amico laudanti credendum non est, sicut nec inimico detrahenti idem.

Amicitia æterna est, si vera est. idem.

Amicitia nescit superbiã. Ambros. 3. de Offic.

Nullius repudianda amicitia est sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur, atq; ita tractetur, vt recipi possit: illum enim in amicitiam recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audeamus. Aug. 8. quæst.

Non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus: melius est enim cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. idem 9. Confessionum.

Virtus est amicitia, non quæstus. Amb. 3. de Off.

Si quid vitij in amico cognoueris, corripe occultè, si non audierit, corripe palàm, errantẽ amicum corrige, incorrigentẽ desere ibid.

Habet vera amicitia nonnunquã obiurgationem, adulationem nunquam. Bern. Epist. 24.

De amicitia omnis tollenda est suspicio, & sic cum amico tanquam cum altero est loquendum. Hier. in Epist.

Amicitia amoris est vinculum. Chrysost. in dict. Ioann. Vos amici mei.

Amicitia parem aut facit, aut accipit, vbi inæqualitas, aut alterius

alterius eminentia, aut alterius subiectio, ibi non tam amicitia, quàm adulatio est, vnde & alibi legimus: sit amicus, eadem anima: & lyricus pro amico precans inquit: animæ dimidium meæ. Hieronym. sup. Matth.

Philosophus sic inter hostes viuendum censuit, tanquam inter amicos: ac inter amicos, ac si in mediis hostibus viueretur. Clu. in Policr. lib. 3.

Vbi amicitia permanet, nihil facilè creditur, nihil facilè recipitur, quod disidium possit operari idem sup. Matth.

Vt rara supellectile, ita bonis amicis vtendum est. Erasm. in Epist.

Plusquam atrox iniuria sit oportet, quæ amicitiam dirimat. ibidem.

Syncerè amicis vtere, sicũ abutere. ibid.

Graue malum, quod infligitur bene merenti: grauius, quod bene merito, grauissimum, quod venit ab amico. ibid.

Grauius me lædunt amici supra modum laudantes, quàm inimici detrahentes. ibid.

Neuunquam accidit, vt inter amicos aliqua redargutionis nutrita discordia, maiorem postea charitatem parturiat, vt pote cùm corriguntur ea, quæ in amico displicere videntur. Isidor. lib. 3. de Summo bono.

Nouæ dignitates veteres solent amicitias immutare. Cassiod. in quad. epist.

Amicitia tãto est certior, quanto vetustior: quia facilè mutari non potest, quod per longa secula custoditur. ibid.

Vera amicitia tantum inter bonos oritur, inter meliores profuit, inter optimos consummatur. ibid.

Quatuor sunt vitia, quibus præclarus honor amicitiæ sæpius obfuscatur, scilicet iracundia, instabilitas, suspicio atq; garrulitas. ibid.

Tantum diligo inimicum, qui mihi nihil facit mali, quantum amicum, qui mihi nihil facit boni. ibid.

Amicitia præsumitur inter omnes, nõ autem inimicitia. apud Iurisconsul.

Amicus internus potest accusare de iniuria illata amico suo: quia ipsius iniuria dicitur. ibidem.

Amicus, animæ custos dicitur. Greg. 27. mor.

Amicitia verum omniũ est vinculum. August. d. fide rerum inuis.

Nulla est peccati excusatio, si amici causa peccaueris. idem de Amic. cap. 7.

Solem è mundo tollunt, qui tollunt amicitiam. ibid.

Nihil sic probat amicum: sicut

amici

amici onerit portatio. Aug. in lib. 83. quæst. cap. 7.

Amicitia vera, murus est. Chrysost. sup. act. Apostolor. Homil. 41.

Deo familiaris, est donum maximum. idem sup. Epist. ad Philip. serm. 5.

Benevolentia fecit, vt amici vulnera, quàm inimici oscula, vtiliora sint. Amb. 1. de Off.

Inimicitia.

EX GRAECIS.

VElle eas inimicitias tollere, quibus etiam amicus sit periturus, immane est nimirum, & admodùm feri. Plut. de Polit.

Nullus ciuis pro inimico habendus, nisi is ciuitati & Reipub. hostis sit. ibid.

Prudentis viri est, etiam ex inimicis vtilitatem capere. Xenoph. apud Plut. de Vtilit. cap. ab inim.

Hoc peculiare habet malitia, vt magis vereatur inimicos, quàm amicos. ibid.

Optima inimici vindicta est, te honestum præstare, ac virum bonum. ibid.

Quoniam hisce temporibus ad liberè loquendum penè vocem amisit amicitia: loquax est autem assentatio, admonitio muta, superest, vt ab inimicis verum audiamus. ibid.

Pleraq; magis intelligit inimicus, quàm amicus. ibid.

Cela inimicos calamitatem, ne gaudeant. Demetr. Phaler.

Maximus cumulus peruersitatis est, optimis viris inimicum esse. Plut. De odio & inuid.

Solicitè obseruandi inimici, primi enim peccata sentiunt. Antiph. apud Laër. lib. 6.

Ea ratione conuersandum, vt ex inimicis amicos: non autem ex amicis inimicos faciamus. Pyt. apud Laër. lib. 8.

Res graues inimicitia, & ignominiosus habent reconciliationes. Eurip. in Phœniss.

Sapientibus optandū est, cum sapientibus inimicitiam habere: non autem cum stultis. idem in Heracl.

Firmæ permanēt simultates, quas metus, & odium continet. Demosth. in 1. Olynth.

Priuatæ inimicitiæ multa in publicis negotijs corrigunt. apud Stob.

Quemadmodum ciuitates, quas finitimus hostis sobrietatem, & vigilantiam docuit, & leges obseruant diligentius, & rectius administrant Respubl. ita quos hic inimicitia compulit, vt in vita sobrij sint, & vigilantes: paulatim & non sentientes ducuntur in consuetudinem non peccandi, moresq; componēdi, si modo paululum adiuuerit ratio. Plut. de vtilit. capiend. ab inimic.

EX LATINIS.

OMnes habere amicos, operosum est, satis est inimicos non habere. Sen. Epist. 13.

Simultates in his desināt, in quibus nascuntur. Quint. Decl. 9.

Tacitæ inimicitiæ magis tuendæ sunt, quàm indictæ, & apertæ. Cicer. in Verr.

Inimicitiæ mortales, amicitiæ immortales esse debent. Erasm. in Epist.

Inimicitiæ priuatæ aliquādo reipub. profunt. Sal. in bell. Iug.

Cum inimico nemo citò in gratiā redit. Pub. Mim.

Nulla pestis efficacior, quàm familiaris inimicus. ibid.

Inimicis diffidens, nunquam pateris incommodum. Pub. Mim.

Sermonem inimici nunquam putes amicum. idem.

Amicitiæ, & inimicitiæ mortalium non sunt immortales, humana consilia reguntur temporibus: mutantur ratione vtilitatis. idem.

Frustra eos appellamus, quorum auris, atq; animus à nobis abhorret. Cic. ad Quint. fr. 1.

EX SACRIS.

INimicitiæ vitandæ cautissimè: ferendæ æquissimè: finiendæ citissimè. Aug. lib. 2. de ordi. cap. 8.

Sicut nec inimico detrahenti, ita nec amico laudanti credendum est. idem libr. 3. cont. lit. Petil.

Sicut adulantes amici peruertunt, sic litigantes inimici plerunque corrigunt. idem libr. 9. confess.

Humana mens omnem, quem inimicum tolerat, etiam inimicū, & impium iudicat. Gregor. in mor.

Inimicitiæ subeundæ plerūq; pro amici innocentia. Ambros. de virg. lib. 1.

Inimici bonis in vsum bonū dantur. Aug. in quæst. sup. Iud.

Lætificat nos quandoq; inimicorū ruina. Greg. 22. mor.

Homo, omnem inimicum quem tolerat, inimicum iudicat. ibi.

Frustra exteriores inimicos vincimus, si exterioribus parcimus. idem lib. 30. mor.

Inimicos diligere, & eis bene facere, summa est eleemosyna. Aug. in Enchir.

Inimicus, vt homo, diligendus. idē lib. 1. de serm. domin. in monte.

Inimicus ita diligatur, vt diuina illum iustitia non displiceat. idem in Psalm.

Inimici diligendi, sed cauendi. Chrysost. serm.

Inimici famosis nominibus nō appellandi sunt. idem de David. & Saul.

Inimicitiarum vincula ante solis occasum sunt soluenda. idē sup. Matth. Hom. 16.

Inimicitiæ alia vitia generant ex se. idem sup. Matth. Hom 31.

Vide plura in titulo de odio, & hostibus.

Societas, & conuersatio.

EX GRÆCIS.

PRauus socius est, qui impedit commune bonum. Arist. Topic.

Omnis societas est facta causa alicuius boni. idem Polit. 1.

Ne cuiuis iungas dexteram. Pythag. apud Plut.

Repellere socios, inuidiosum est. Eurip. in Rhes.

Ea societatis conditio est, vt bella communi consilio suscipiātur, & deponantur. Demosthen. 1. Olynth.

Qui socijs periclitantibus non succurrit, facillimè deseritur. ibi.

Sociorum alienatio est, veluti membri à corpore alienatio. ibid.

Qui ab alijs impulsi bella suscipiunt, infirmi socij sunt, & ad tempus in ea manent. ibid.

Non debet homo sanæ mentis vbicunque conuersari. Aristotel. Oeconom. lib.

Si claudo vicinus ambulaueris, & ipse claudus ambulare discès. Plut. de lib. educ.

Ea ratione conuersandum, vt ex inimicis amicos, non ex amicis inimicos faciamus. Pythag. apud Diog. lib. 8.

Hominem qui cum conuerseris, tribus modis considera: nempe, vt præstantiorem te, aut inferiorem, aut æqualem, præstantiori quidem auscultare, & obsequare conuenit: inferiorem persuadere modestè: æquali autem consentire, hoc sanè modo nunquam in contentionem incides. Epictet. apud Stob.

Omnis virtus vnita plus est, quàm multiplicata. Arist. de causis.

EX LATINIS.

NVlla res magis honestat, auget, dubiósq; & in prauum inclinatos reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum cōuersatio, paulatim enim descēdit in pectora, & vim præcepti obtinet, frequenter audiri, frequenter aspici, occursu hercule sapientum iuuat, & est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Senec. Epist. 95.

Amicitiæ consuetudines, & vicinitatis, quid habeant voluptatis, carendo magis intelligimus, quàm fruendo. Cicer. ad Quirit.

Nulli sunt ad perdendum homines magis instructi, quàm qui cū eo familiariter vixerunt. Eras. in Epist.

Assidua conuersatio magnos homines minus verendos facit. Liuius 4. Dec. lib. 1.

Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velis. Senec. Epist. 47.

Omnis ratio, & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat, in primisque vt habeas, quibuscum familiares sermones conferre possis. Cicer. 1. Off.

Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. idem 5. act. in Verrem.

In rebus minimis socium fallere turpissimū est, propterea quòd se putat auxilium sibi adiunxisse, qui cum altero rem communicauerit. idem pro Roscio.

Æquè perfidiosum, & nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & socium fallere, qui se in negotio adiunxit. ibid.

Tecti ad alios esse possumus, socijs verò cauere, qui possumus? quē etiam si metuimus, ius officij violamus. ibid.

Nullius boni sine socio iucunda possessio est. Sen. Epist. 6.

Inimica est multorum conuersatio: nemo nō nobis aliquod vitium aut cōmodat, aut imprimit, vtiq; quo maior est populus, cum quo conuersamur, hoc periculi plus est, nūquā mores, quos effero, refero, auarior redeo, ambitiosior, imò verò crudelior, et inhumanior, quia inter homines sui, vtrunq; autem deuitandū est, ne vel similis malis fias, quia multi sunt: nēve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Senec. Epist. 7.

Recede in tripsum, quantū potes, cum his versare, qui te meliorē facturi sunt: illos admitte, quos tu facere potes meliores: mutuò iſta siunt, & homines dum docent, discunt. ibid.

EX SACRIS.

IPſi quoq; homini duplices manus, socias aures, oculos gemmos Deus tribuit, vt robustius perageretur officiū, quod duorum fuerat societate complendum. Cassiod. 3. Epist.

Qui socij laboris, & participes mercedis sint. Bern.

Pauca est societas, in qua nō sint praui homines inter bonos. Greg. in regist.

Societas malorum incorrigibilium fugienda est. idem sup. Ezech. Homil. 9.

Societas mala, res cōtagiosa. August. lib. 2. confes.

Multa simul prosunt, quæ singula non iuuant, apud Iurisp.

Dexteras dare, societatis est. August. sup. Epist. ad Gal. cap. 2.

Qui malorum contagio non cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rumpitur, ut insigniter bonus sit oportet. Erasm. in Epist.
Non sunt alienandi, quos possis leuiter reuocare. ibid.
Subleuatio est laboris, visitatio collaborantis. Greg.
Sancta cõuersatio confundit inimicũ, ædificat proximũ, glorificat Deum. Isid. 2. soliloq.
Qui cum sapientibus congreditur, sapiens est. Amb.
Ex conuersatione æquali nascitur contemptus. apud Iurisp.
Conuersatio mala facit suspectum præsumi. ibid.
Conuersatio obligat ad mores. ibi.
Conuersationis bonæ vir cœlestia amat, terrena despicit. Greg. in 1. Reg.
Cõuersatio bona de præterito præsumere facit melius de futuro. idem Epist. 2.
Sunt quædam, quæ in familiaritate conuersatione corrigi nequeũt sine culpa corrigentis. idem 22. mor.
Res eximij præmij est, inter malos laudabiliter conuersari. Greg. 1. mor.
Corrũpunt bonos mores cõfabulationes pessimæ. Hier. ad Nep.
Conuersationi alienæ sumus curiosi exploratores, aut iudices temerarij. Bern. sup. Cant. sermo. 45.
Conuersari sic debet Christi minister, vt ex moribus exterioribus cõpositiones interiores existimentur. idem de trip. ind.
In initio cõuersationis nulla virtus magis necessaria, quàm simplicitas humilis, & grauitas verecũda. Bern. in Epiph. Domini. serm. 4.
Nihil firmius ad tuendam rempub. concordi collegio.
Fœdera nobiscum iniit Deus humano more. Chrysost. sup. Gen. Hom. 36.
Cõuersatio optima Deũ letificat. idẽ sup. Epist. ad Heb. Hom. 21.
Confœderati debent se inuicẽ defendere, nisi in bello iniusto. apud Iurisconsu.

Vide plura in titulo, de Amicitia.

Discordia.

EX GRÆCIS.

NIhil ciuitati perniciosius, quàm diuisio, vt nihil melius, quàm vnio. Plat. de repub.
Populares homines discordãt propter inæqualitatẽ possessionis, generosi autẽ propter inæqualitatem honoris. Arist. Polit. 2.
Minores, vt fiãt æquales, seditionẽ faciunt, æquales verò, vt fiant maiores. Arist. Polit. 5.
Nobilitas generis, et diuitiæ principia sunt & fontes seditionis. ibid.
Omnis diuersitas videtur facere diuisionem. ibid.

EX LATINIS.

DIscordia duas ex vna ciuitates facit. Liuius lib. 6. Deca. 1.
Merces seditionis proposita seditionem protinus excitat. ibid.
Inter hostes discordiæ serere causas, sapientis est ducis. Veg. lib. 3.
Nulla quamuis sit minima natio citò potest ab aduersarijs deleri, nisi proprijs simultatibus seipsam confecerit. ibid.
Ciuile odium ad inimicorum perniciem præceps est, ad vtilitatem suæ defensionis incautum. ibidem.
Discordia atque seditio omnia opportuniora facit insidiantibus. Liuius Decad. 4. lib. 4.
Nihil occultum in intestina discordia esse potest. idem lib. 10. decad. 4.
Principium discordiæ est, aliquid commune tuum facere. Senec. in proverb.
Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Sallust.

EX SACRIS.

NVllæ spatia possunt satis esse discordibus pacificis etiam angusta abundãt. dissonis moribus etiam spatiosa arctantur. Amb. de Patriarcha.
Nihil adeò inuisa discordia est, vt veritas etiam displiceat seditiosa. Erasm. in Epist.
Dissensiones nunquã debẽt amari. sed aliquando aut charitatem probant, aut à charitate nascuntur. Aug. Epist. 87.
Discordia est aliquorum diuersio, quos prius amoris vinculũ colligauit. Isid. Etym.
Summopere iurgia fuge. nam cõtra parem contendere, anceps est, cum superiore furiosam, cũ inferiore sordidum. maximè autem contra saturum contentionem inire. Cassiod. sup. Psal.
Munus non recipitur, nisi prius discordia repellatur ab animo. Greg. 1. sup. Ezech.
Discordia aditum dispendij petius habet, quàm vtilitatis. idem in regist.
In seditionibus plus valet, quod violẽtia cogit, quàm quod præcipit verecundia. in Hist. Sax.
In discordia nemo benedicit dominum. Aug. sup. Psalm.

Vide plura in bello, & inimicitia, & odio.

Pax.

EX GRÆCIS, ET LATINIS.

NIhil perniciosius ciuitati, quàm diuisio, vt nihil melius, quàm vnio. Plat. de rep.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pax diutius retineri non potest, quàm finitimi populi patiuntur. Demosth.

Nunquã imperator ita pati credat, vt non se præparet bello. Veg.

Pax est tranquilla libertas. Cicer. Philipp. 2.

Dulce est nomen pacis: res verò ipsa tum iucunda, tum salutaris. idem Philipp. 3.

Pax est repudianda, si sub eius nomine latet bellum. ibid.

Leges, aut iudicia esse non possunt pace sublata. Cicer. Philipp. 8.

Hoc vnũ est tempus de pace agendi, dum sibi vterque considit, & pares ambo videntur. Cæs. de bello Ciuil. lib. 3.

Bellum pacis est causa. Sallust. ad pleb.

Pax diuersis in mentibus esse non potest. Sallust. de bell. Iug.

Pax optima rerum.

Quas homini nouisse datũ est: pax vna triumphis
Innumeris melior: pax custodire salutem,
Et ciues æquare potens. Silius Ital. lib. 11.

Qui desiderat pacem, præparet bellum. Veg. lib. 2.

Pacem volunt etiam qui vincere possunt. Liuius libro 1. Dec. 3.

Melior est, tutior pax, quàm sperata victoria. Liuius lib. 10. Dec. 3. d. 3.

EX SACRIS.

NEmo vires suas in pace cognoscit. si enim bella desunt, virtutum experimenta non prosunt. Nazianz. in Apolog.

Mallem pacem aliquantum iniquam, quàm bellum æquissimum. Erasm. in Epist.

Non potest esse diuturna pax absque morum corruptione, nisi prudentibus viris resp. gubernetur. ibid.

Melior est talis pugna, quæ Deo proximum facit, quàm pax illa, quæ separat à Deo. ibid.

Non timeas contra charitatem tui, si vnius scandalum multorum pace compensaueris: melius est enim, vt pereat vnus, quàm vnitas. Bern. in Epist.

Pax vera est, concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitijs. Cassi. sup. Psal.

Concordia malorum, contraria est bonorum, & sicut optandum est, vt boni pacem habeant adinuicem: ita optandum est, vt mali sint discordes: impeditur enim iter bonorum, si vnitas non diuidatur malorum. Isidor. lib. 3. de summ. bon.

Pacem super pacem tribuit Deus dilectis suis. idem sup. Psalm. 7.

Pacẽ amantes, Deum, qui est auctor pacis, amant. idẽ Epist. 41.

Concordia simul iuncta vinci non potest. Cypr. lib. 1. Epist.

Omnis pax à Deo est. Greg. lib. 17. mor.

Qui seruare pacem non curat, ferre fructum spiritus recusat. idem in Past.

Pax transitoria, est quoddam vestigium pacis æternæ. ibid.

Pacati sibi temporalem pacẽ perturbari formident. ibid.

Pacem cum bonis habere mali nõ possunt. idem in regist.

Pacis radix, est humilitas. idem in 1. reg.

Pacem cum carne habere nõ possumus. ibid.

Concordia non potest esse sine iustitia. Aug. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 21.

Concordia ciuitates constituuntur: destruuntur autem discordia. Aug. Epist. 5.

Concordia in ciuitate est, quod harmonia in musica. idem lib. 2. de Ciuit. Dei.

Pax ecclesiastica, hæreditas nostra. Aug. in lib. 83. Quæst.

Pax Christi, inimica diaboli est. idem in quæst. ex Nouo Test.

Pacis bono omnia consentiunt. idem 19. de Ciuit. Dei. cap. 13.

Pax Dei omnem superat pacem. idem. 22. de Ciuit. Dei cap. 29.

Pacem, cum solius veri Dei sit donum, dij falsi dare non possunt. idem lib 3. de Ciuit. Dei.

Pacem etiam feritissima animalia custodiunt. idem lib. 19. de Ciuit. Dei. cap. 12.

Pax plebis in ecclesia, est gloria ministrorum. idem Serm. 169. de tempor.

Pacem appetentes, & gloriam contemnentes, pacem perdunt, & gloriam. Bern. in Epist.

Concordia vnum facit ex pluribus. Chrysost. sup. Matth. Homil 22.

Pax à gratia est. idem Homil. 1. sup. 1. epist. ad Corinth.

Pax materia est gaudij. idem sup. Epist. ad Colossens. Homil. 3.

Pacis fulgor ecclesiam illuminat. idem serm. de patient.

Pacem contemnentes, & gloriam appetentes, pacem perdunt, & gloriam. Bern. in Epist.

Bellum.

EX GRÆCIS.

OPtimus locus in bello est medius. quia fortes tenent locum medium inter timidos, & audaces. Arist. in Polit. 2.

Iniquum certamen esse oportet, in quo victorem quidem priuatum esse licet, victum autem regem. Alex. apud Plut. de fortu. Rom.

Ingentia pleraque certamina, & si successum non habeam, decoris certè nullam notam incurrunt. ibid.

Non est in bello bis errare. Lamachus apud Plut. in Apoph.

Necesse est, cum multis pugnet, qui multis vult imperare. ibid.

Procul à domo est pugnandum. ibidem.
Bellum statuta non quærit. ibid.
Simplicissima contra hostes ratio, armare manus. Eurip. in Rhes.
Vnius manus imbecillis pugna. idem in Herc. Fur.
Maximè Mars odit cunctantem. ibidem.
Vir armatus grani armatura seruus est armorum. ibid.
Necessariò è bello multa oriuntur molestia. ibid.
Non verbis vincuntur hostes, sed armis. Demosth. Exord. 5.
Casi prælio inter victores numerandi. ibid.
Raræ fœlicitatis est, multa prælia, eâque prosperè gerere. idem ex arg. lib.
Si miserrimum est, bellum mouisse frustra. quid, si infœliciter, dicendum. ibid.
Qui foris bellum gesturus sit, operam det, vt domi omnia in tuto sint collocata. ibid.
Transacto bello constantior pax fit: in tranquillitate autem nolle bellū mouere, haud æquè periculo vacat. Thucyd. apud Stob.
Tria sunt capita belli: rectè regēdi, velle reuereri, ac obedire ducibus. Thucyd. apud Stob.
Nec vel amicis beneficium maius præstiteris in bello, quàm si inimicus ipsis esse videaris: vel hostibus magu vllo pacto nocueris, quàm si amicitiam ipsorum simulet. Xenoph. apud Stob.
Armorum disciplinam discant pueri. Plat. de fortit.

EX LATINIS.

NOn ille solus militat, qui in acie stat. Senec. de tranq. anim.
Prius est parare bella, quàm gerere. Quint. lib. 12.
Quicquid in pugna patimur, virorum est. idem declam. 3.
Certissima mensura militaris animi est, posse fortiter facere. ibid.
Rei militaris virtus præstat cæteris virtutibus, omnia cedunt studia, & hæc forensis laus latent in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis, & simulac increpuit tumultus, artes illico nostræ conticescunt. Cicero pro Mur.
Parua sunt arma foris, nisi sit consilium domi. idem. 2. Offic.
Pudor in bello est maximè pernitiosus. Planc. ad Cicer.
Suscipienda bella sunt, vt in pace sine iniuria viuatur. idem 1. Offic.
Non solùm aduētus belli, sed nutus ipse affert calamitatem. idem pro lege Manil.
Armorum exitus semper incertos & timidi. idem ad Atticum.
Omnia sunt misera in bello ciuilibus, sed nihil miserius, quàm ipsa victoria, quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ferociores reddit. idem ad Marc.

Armis sæpenumero deterrimi superiores sunt. Erasm. in Epist.
Difficile est post pugnam incœptam aciem instruere. ibid.
Aspero, & abscisō castigationis genere militaris disciplina indiget, quia viret armis constant, quæ vbi à recto itinere desciuerunt, oppressura sunt, nisi opprimantur. Max. lib. 2.
Non est cum hoste confligendum, nisi occasio obuenisset, vt necessitas incidisset. idem lib. 7.
Sæpe in bello parui momenti ita magni casus intercidunt. Cæsar libro. 1. de bell. ciuil.
Miserum est perpaucos de summa rerum, ac periculo decertare. idem de bell. Alex.
In magna paucitate contra magnam vim hostium artificio magu. quàm viribus decertādum est. idem de bell. Afric.
Bellorum causa, dominādi libido. Sallust. in coniur. Catil.
Bellum ex arbitrio sumitur, non ponitur. ibid.
Militaris disciplina non tam ex libris, quàm ex acie discitur. idem de bell. Iugurth.
Victoria in manu est, bellum mutare. idem in coniur. Catil.
Arma armis irritantur. Plin. Iun. in Paneg.
Fortuna belli artem victos quoq; docet. Curt. lib. 3.
Bellum ex victoria nascitur. ibid.
Belli iura etiam in pace seruantur. idem lib. 7.
Nō est diuturna possessio, in quàm gladio inducimur. idem lib. 8.
Bellum nō suscipiendum, nisi cùm maius emolumētum spei, quàm damni metus ostenditur. Cæsar Aug. apud Tranq.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. Virg. lib. 10.
Nulla fides, pietāsque viris, qui castra sequuntur.
Venalésque manus, ibi fas, vbi maxima merces. Lact. lib. 10.
Scientia rei bellicæ dimicandi animum tribuit audaciam. Veg. lib. 1.
Bellum est iustum, quod necessarium est, & arma sunt pia, quibus nulla, nisi in armis relinquitur spes. Liuius libr. 9. Dec. 1.
Euentus belli, quasi iudex iustus. idem lib. 1. Decad. 3.
Nunquam minus, quàm in bello euentus respondent. idem libr. 10. Dec. 3.
Bellū seipsum alit. Cato apud Liuium. lib. 4. Deca. 4.
Luxuria, & otio militaris disciplina tollitur. idem libr. 10. Dec. 4.
Nūquàm ad publicum certamen produxeris militem, nisi cùm eum videris sperare victoriam. Veget. lib. 3.
Congruens clamor magni refert in acie. Liuius. 3. Deca. lib. 10.

EX SACRIS.

NOn quæritur pax, vt bellum exerceatur: sed bellum geritur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritur, vt pax acquiratur Augustad Bon.

Cum iustum bellum suscipitur, vtrùm apertè pugnet quis, an ex insidijs, nihil ad iustitiam interest. idem in lib. Quæst.

Non semper pendet ex viribus bellorum exitus. Erasm. in Epistol.

Nullum bellum tam fœliciter cessit, quin plus attulerit mali, quàm boni. ibid.

Militarè industriam quo melius habet resp. hoc munus desideret. ibid.

Integros honor, lapsos dolor ad pugnam incitat. Cypr.

Non prohibuit militare, qui proprium stipēdium sufficere præcipit. August. in serm.

Ordo mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiēdi belli autoritas, atq; consilium penes principes sit. idem cont. Faust.

Apud veros Dei Cultores etiam bella patrata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, sed vt mali coerceantur, & boni subleuentur. idem de verb. domin.

Fortitudo, quæ per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latrombus socios, plena iustitia est. Ambr. de Offic.

Si bona fuerit causa pugnantis, belli exitus malus esse non poterit, sicut nec bonus iudicabitur finis, nisi causa non bona, & intentio non recta præcesserit. Bern. de noua milit.

Ars bellandi si non præcluditur, cùm fuerit necessaria, nouitas metur. Cas. lib. Epist.

Militare nō est delictum, sed propter prædam militare, peccatum est. Aug. de verb. domi.

Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur: sic regibus sibi aduersantibus populus regni vexatur. Chrysost. in Matth.

Bellum iustū est, quod sit de præcepto principis, de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. apud iurisc.

Aduersariorum pugna constanter aliquando appetenda est, & prudenter aliquando declinanda. Gregor. lib. 3. mor.

Sapientis non est velle certare & periculo se velle cōmittere: quoniam & vincere non est in nostra potestate, & est anceps omne certamen. Lact. lib. 6.

Nemo pugnat acrius, quàm qui nolens, & inuitus ad pugnam protrahitur. Erasm. in Epist.

Si desit pugna, & hostis nulla vel gloria est. Lact. lib. 6.

Bellum dicitur, quod minimè bellum. Augu. de princ. Dialect.

Bellū summæ difficultatis est iustitia. idem de vera relig.

Bellum à bellua nomen habet. Ludouicus Vines in 4. de Ciuitate Dei.

Fœlicior videtur qui prouocato non dubitat. Veg. lib. 3.

Nemo prouocare bello audet, aut facere iniuriam ei regno, aut populo, quem intelligit expeditum, atq; promptum ad vindicandum. ibid.

Bellorum tempora, & exitus, à Deo pendet. August. lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 22.

Bella corruptos hominum mores Deus emendat. idem lib. 1. de Ciuit. Dei. cap. 1.

Pax videtur maximum homini bonum: bellum maximum malum. idem libr. 19.

Bellum etiam iustum detestandum. idem lib. 19. de Ciui. Dei.

Bella cum suo genere non gerunt bestiæ. idem 12. de Ciuit. Dei.

Militiæ quis fructus! vbi occisor mortaliter peccat, & occisus æternaliter perijt. Bernar. ad mil. templ.

In alijs rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi. præliorum delicta emendationem non recipiunt. Veg. lib. 3.

Vtilius cōst at erudire armis suos, quàm alienos mercede cōducere. ibid.

Plurimum terroris hostibus armorum splēdor importat. idem lib. 2.

Qui desiderat pacem, præparet bellum ibid.

Qui secundos euentus desiderat, dimicet arte, non casu. ibid.

Non est diuitiarum secura possessio, nisi armorum defensione seruetur. ibid.

Inexpertis dulcis est pugna. idem lib. 3.

Animis pene omnium hoc naturaliter euenit, vt trepident, cùm ad confligendum venerint. ibid.

In prælio amplius solet iuuare occasio, quàm virtus. ibid.

Difficilè vincitur, qui de suis, & de aduersarij copijs verè potest iudicare. ibid.

Qui dispersis suis inconsultè sequitur, quàm ipse acceperat, hostis vult dare victoriam ibid.

Qui frumentum necessariumque commeatum non præparat, vincitur sine ferro ibid.

Cùm consilium tuum aduersario proditum cognoueris, dispositionem mutare conuenit. ibid.

Magna dispositio est, hostem vrgere fame. ibid.

Quo genere pugnaturus sis, nescisat hostis, ne aliquibus remedijs resistere moliatur. Veg. libr. 3.

Pugnantibus supremam pugnam inire credendum est, vincentibus iam primam. in hist. Sax.

Exercitus.

EXercitui opus est, si suo officio fungi velit, vt vacet nunquam, aut hostibus nocēt, aut sibi prodens. Xenoph. apud Stob.

Exercitus sine duce, magna bestia est sine capite. Epaminond. ibidem.

Militaris turba sine duce, est sine spiritu corpus. Curt. lib. 10.

Pluribus casibus subiacet amplior multitudo. Veg. lib. 2.

Cautela necessaria est, vt ad quæ loca sit profecturus exercitus, ignoret. tutissimum nanq; in expeditionibus videtur faciendæ nescire. idem lib. 3.

Melius est post aciem multa seruare præsidia, quàm latius militem spargere. ibid.

Exercitus labore proficit, otio consenescit. ibid.

Ita exercitus incommoda tegenda sunt, vt spem aduersarijs nõ augeamus. Cæsar lib. 2. de bel. ciuil.

Hostis.

QVamuis hostis, audiet bene vir bonus. Eurip. in Heracl.

Hostium dona nõ sunt dona. Demosth. in arg. lib.

Ad reprimendum communem, & potentiorem hostem, etiam hostium societas expetitur. ibi.

Nostris animum addere non melius possumus, quàm extenuatis hostium viribus. ibid.

Principijs obstandum, nisi velis hostẽ progredi longius in dies. Demosth. 1. Olinth.

Hostium incommoda, nostra esse commoda dicendum est. ibid.

Tunc commodissimè inuadantur hostes, cùm eorum fines infestantur. ibid.

Hostes non contenti ex agris petere necessaria, quod superest proterue deuastant. ibid.

Quæ incolumes resistere non potuerunt, non resistent perdita. Cæsar lib. 2. de bell. ciuil.

Subita conterunt hostes, vsitata vilescunt. Veg. lib. 3.

Aduersarius reconciliatus vehementer cauendus. in list. Sax.

Hostis in domo formidabilis est. ibid.

Pati hostilia non indignetur, qui fecerit. Liuius lib. 6. Decad. 3.

Barbari naturaliter hostes sunt, quia non sunt Barbari. idem lib. 5. Decad. 4.

EX SACRIS.

DVm paruus est hostis interfice, vt nequitia elidatur in semine. Hier.

Philosophus sic inter hostes viuendum censuit, tanquam inter amicos: atq; inter amicos, ac si in medijs hostibus viueretur. Chrysost.

Nihil in bellis pernicioſius, quàm hostem quamuis imbecillum contemnere. Erasm. in Epist.

Occiditur hostis sine peccato. August. lib. 1. de liber. arbitr.

Hostes sublata videntes, irridentur. Gregor. lib. 6. Mor.

Hostis antiquus in iuuenũ nequitia valde resecatur. idẽ in 1. Re.

Hostes hominis Christiani, sunt facta carnis. Aug. de Cont.

Via hostibus, qua fugiant, non est munienda. Veget. lib. 3.

Dux.

EX GRAECIS.

QVi bellicis rebus præesse dux debet, hunc non in fronte modo, sed in tergo oculos habere conuenit. Plutar. in Apophth.

Turpissima Imperatoris vox est: dicere, non putaram. ibid.

Bonus Imperator legibus pareat. ibidem.

Cautus Imperator præferendus est audaci. apud Stob.

Imperator habeat aduersus hostes audaciam: erga subditos benevolentiam: in opportunitate verò rationem, & consilium. Agesil. ibid.

Militaris disciplina non sine vsu, & experientia paratur. Annibal. apud Stob.

Idem est inter imperatoriam, & oratoriam artem, quod inter bellum, & pacem. Themist. apud Stob.

Dux non potest omnibus gratificari. ibid.

EX LATINIS.

DVæ sunt artes, quæ possunt homines locare in amplissimo gradu dignitatis, vna Imperatoris: altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Cic. pro Mur.

In summo Imperatore quatuor hæ virtutes inesse debent: scientia rei militaris, virtus, autoritas, felicitas. idem pro leg. Manil.

Hæ sunt virtutis Imperatoriæ, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in cõficiendo, consilium in prouidendo. ibid.

Fœlicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam Imperatoribus, & res aduersæ odia conciliant. Cæsar de Bel. ciuil. lib. 2.

Aliæ sunt partes legati, aliæ Imperatoris. idem lib. 3.

Nihil Imperator faciat libentius, quàm supplicibus ignoscere. idẽ de bell. Alex.

Nihil minus in perfecto duce, quàm festinatio, & celeritas conuenit. Tranq. de Cæs. Aug.

Ad ducis laudem subiectorum pertinet virtus. Veg. lib. 3.

Inter hostes discordia serere causas, sapientis est ducis. ibid.

Boni duces nunquam publico certamine, nisi ex occasione, aut necessitate confligunt. ibid.

Viso in acie Imperatore, animi militum accẽduntur. Liuius lib. 2. Dec. 1.

Imperatoris est prudentis, nihil inexplorato agere. idem lib.

10. Dec. 2.

Ira, & vini amor Imperatorum virtutibus pernicioſa. idē Dec. 2. lib. 9.

Prudentia conſulum, cupiditatem pugnādi militibus acuit. idem lib. 2. Dec. 3.

Artes imperatoriæ, & militares, non eædem ſunt. idem lib. 5. Dec. 3.

Ducis eſt fortunæ ſe præbenti non deeſſe. ibid.

Segne imperium conſulu aſpernantur milites. ibid.

EX SACRIS.

QVomodo poteſt dux militum ſuorum probare virtutem, niſi habeat hoſtem. Lact. lib. 5.

Multo glorioſius eſt, ciuitates condere, quàm euertere. Eraſm. in Epiſt.

Imperator nullum inuitum militem producat in aciem. ibid.

Magnanimitas in Imperatore eſt. apud Iuriſconſ.

Exercitui non niſi probatus præficiatur dux. Greg. epiſt. 8.

Duces impij ſunt, qui verbo, & exemplo ducatum præbent errori. Greg. lib. 24. mor.

Bellorum dux Deus erat antiquitus. Chryſoſt. Ad populum Antioch.

Imperator nullum militem ducat in aciem. Veget. lib. 3.

Miles.

IN re militari reuereri ducem ſimul & fortitudinis, & imperio parēre militis non tenue eſt argumentum. Plutarch. de Poët.

Parere Imperatori melius eſt, quàm hoſtem necare. idem in Apophth.

Miles metuat ducem magis, quàm hoſtem. apud Stob.

Verecundum militem apud ſanctas Imperatoris aures minus pudet confiteri, quàm queri. Quint. Declam. 3.

Non minus in milite modeſtiam, & continentiam, quàm virtutem atq; animi magnitudinem deſidero. Cæſar de bell. Gall. lib. 7.

Quis credat militem bellicoſum, cuius diſſimulatione ſitu ac ſcrugine arma fœdantur? Veg. lib. 2.

Qui victoriam cupit, militem imbuat diligenter. ibid.

Facilius eſt ad virtutem inſtruere nouos milites, quàm reuocare perterritos. idem lib. 3.

Milites pœna & timor in ſodalem corrigunt, in expeditionibus ſpes & præmium faciunt meliores. ibid.

Animi militum accenduntur, viſo Imperatore in acie. Liuius lib. 2. Dec. 1.

Miles horridus eſſe debet, non cælatus auro, & argento, ſed ferro & armis fidens. idem lib. 9. Dec. 1.

Milites indignati in Imperatorem ex induſtria torpent in aëre. ibid.

Deuotus miles non ſentit ſua, cùm benigni ducis intuetur vulnera. Bern. in ſerm.

Pulchrior eſt miles in prælio occiſus, quàm in fuga ſalvus. Tert.

Victoria.

EX GRAECIS.

NOn ſolùm vincere, ſed etiam ſcire vincere ſpecioſum eſt, in his præſertim rebus, in quibus victoria detrimentum parit. Plut. de Educ. liber.

Victoria tota eſt poſita in conſultatione bona. Eurip. in Phœniſ.

Potentes & celebres aduerſarios vincere, ea demum magna gloria eſt. Demoſth. exag. lib.

Omnia bona illorum, qui victi ſunt, victoribus accedūt. Plat. apud Stob.

Inter victores numerandi ſunt prælio caſi. Demoſth. in Orat. funebr.

Victoria tota poſita eſt in bona conſultatione. Eurip. in Ion.

EX LATINIS.

MVlta in victoria eorum arbitrio, per quos vicit, facienda ſunt, etiam ab inuito Imperatore. Cicer. ad Marc.

Victoria eſt ſemper inſolēs. idem ad Seruium.

Facile eſt vincere non repugnantem. idem. 1. Tuſc.

Nulla eſt laus ibi eſſe integrum, vbi nemo eſt, qui aut poſſit, aut velit irrūpere. idem Act. 2. in Verrem.

Multo ſeipſum, quàm hoſtem ſuperaſſe, operoſius eſt. Max. lib. 3.

Victoria in manu eſt, bellum mutare. Salluſt. in Catil. coniur.

Pulcherrimum victoriæ genus eſt terrore domare. Plin. Iun. 2. Epiſt.

Tam victoribus, quàm victis peregrina lingua diſcenda eſt. Curt. lib. 6.

Ex victoria naſcitur bellum. ibidem.

Quos viceris, cave amicos tibi eſſe credas. idem lib. 7.

Clarior laus eſt, quo clarior eſt, quum viceris. idem lib. 8.

Bis vincit, qui ſe in victoria vincit. Pub. Mim.

Pars victoriæ eſt inimicum turbare antè, quàm dimices. Veget. lib. 3.

Vincere quidem bonum eſt: ſuperuincere autem inuidioſum. in hiſt. Sax.

Vincere, quàm vti victoria, facilius. ibid.

Victores nuſquam honeſtius, quàm in caſtris hoſtium peremunt. Iuſt. lib. 2.

Conditiones pacis dicere, eius est, qui dat pacem. Liuius 3. Dec. lib. 10.

EX SACRIS.

Si desit hostis, & pugna, victoria nulla est. Lact.

Non mihi placet victoria, quæ iactura necessitudinis emitur. Erasm. in epist.

Quædam melius fugiuntur, quàm vincuntur. ibid.

Interdum vinci, est beneficio assici. ibid.

Qui facile vincitur, non vincitur, sed consentit. Aug.

Victoria non minor est, hostes tolerare, quàm hostes vincere. Greg.

Impari cursu, sed pari animo ad palmam tendendum est. Hier. in Epist.

Victorem esse passionis beatum est, non autem esse in passione. Ambr.

Non est tanti gaudij excelsa tenere, quanti mœroris est, de excelsis corruere: nec tanta gloria sequi potest victoriã, quanta ignominia potest sequi ruinam. idem.

Non est gloriosa victoria, nisi vbi fuerint laboriosa certamina. Amb. 2. Off.

Victoria turpis, inhonestè quæsita. idem lib. 3. de Offic.

Victoria de hoc mundo non nostris viribus ascribetur. Aug.

gust. lib. 22. de Ciuitate Dei. cap. 25.

Captiuitas.

Serui, quos bellorum iniquitas victoribus in prædam dedit, eisdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate nati sunt, ex eodem loco spiritum trahunt, nec natura illis, sed fortuna dedit dominũ. Quint. Declam. 13.

Conditiones accipiendæ sunt à victis, non ferendæ. Liuius 1. Dec. lib. 4.

Captiuitatis nulla maior calamitas est, quàm ad alienam libidinem trahi. Hier. in Epist.

Captiuitatis vescia est pudicitia. Ambr.

Qui redimitur, ex aliqua captiuitate liberatur. Gregor. II. mor.

Captiuitatis persecutio imputatur ad martyrium. Chrys. de Asid. serm.

Præmium.

EX GRAECIS.

Satisfactio quietat iram. Aristot. Eth. 5.

Omnia amamus, sed præmium magis. idem Polit. 7.

In hoc pereunt plures resp. quando quispiam vir fortis, & strenuus,

nuus, nihil aufert deterioribus plus. Eurip. in Hecub.

EX LATINIS.

Nemo nostrum in reipub. periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructúque ducatur. Cic. pro Rabir.

Vix inuenietur, qui laboribus susceptis, ac periculis aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. idem 1. Offic.

Nec domus, nec resp. stare potest, si in ea nec rectè facta præmia extent vlla, nec supplicia peccatis. idem 1. de nat. Deorum.

Lege præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitijs. idem 1. de Orat.

Quis enim virtutem amplectitur ipsa præmia si tollas. Iuuen. Sat. 10.

Spei præmij minuit pœnam. in Hist. Sax.

Scire volunt omnes, mercedẽ reddere nemo. Iuuen. Sat 7.

EX SACRIS.

Merces summa est, videre Deum. Augustin., Epistol. 113.

Si præmia non inuitant, pœnæ nos terreant. idem.

Præmia propoposita sunt post laborem. Chrysost.

Omne opus leue fieri solet, cùm eius præmium cogitatur, & spes præmij solatium sit laboris. Hieron.

Nutriunt præmiorũ exempla virtutes, nec quisquam est, qui nõ ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod cõscientia testetur laudatur. Cass. lib. 2. Epist.

Æquum est, vt vnicuique proficiat labor suus. idem Epist. 8.

Qui veræ cœlestis patriæ præmia negligunt, in suis hic voluptatibus cadunt. Gregor. lib. 11. mor.

Hominum industria in quouis genere virtutis consenescere solet, nullis calcaribus adhibitis, quibus hominum ingenia ad laudem excitentur. apud Platinam.

Ante laborem sumere cibum, & ante meritum exigere præmium, præposterus ordo est. Bern. serm. 46.

Præmia virtutis cuilibet referenda. in Hist. Sax.

Indiscreti hominum mores, confusique vagarentur, nisi culpa formidinem, aut virtus præmium non haberet. Cass. lib. 2.

Sicut æquum est desidiosis laborantium præmium denegare: ita conuenit exultantibus ideest laborantibus remunerationis optata concedere. idem lib. 4.

In læua meritum, in sinistra præmium continetur. Bern. in vig. Nat. Domin. serm.

Punitio.

EX GRAECIS.

ARdua verberatio non admissis precibus nõ efficit in seruis, vt pœniteat peccasse, sed vt prospiciant, ne sentiãtur peccare. Plut. de cohib. irac.

Non peccantes solùm, sed peccare gestientes punito. Cleob. apud eund.

Qui punit iniuitos, is ceteris iniuriam fieri prohibet. apud Stob.

Qui verberat sine ira, peior est verberante cum ira. Aristot. Ethic. 7.

EX LATINIS.

NIhil minus, quàm irasci punientem decet. Senec. de ira. lib. 1.

Magna pars hominum est, quæ non peccatis irascitur, sed peccatoribus. idem 2. de ira.

Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum, facit enim consuetudinẽ peccandi, multitudo peccãtium. idem de Clement.

Sæpius ea committuntur, quæ sæpius vindicantur. ibid.

Minus iniquũ est, vt cuadat pœnam nocenti, quàm vt contemnat. Quint. Declam. 11.

Omnis castigatio, & animaduersio contumelia vacare debet. Cicer. 1. Off.

Prohibenda est maximè ira in puniendo, nunquam enim iratus, qui accedit ad puniendũ mediocritatem illã seruabit, quæ est inter nimium, & parum: cauendum est igitur ne maior sit pœna, quàm culpa. ibid.

Magna est illicebra peccãdi, impunitatis spes. idem pro Mil.

Qui adolescentum peccatis ignoscendum putant oportere, fallũtur, propterea quòd ætas illa non sit impedimento bonis studijs: at ij sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, vt quibus virtutibus omne vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare. idem 4. ad Herenn.

Improbis pœna statuenda est, minimus ijs, qui secuti erunt errorum, quàm qui ipsi fuerint impietatis autores. idem in Lucull.

Quos ipsa natura retinere in officio non potest, ij magni malorum pœnæ maleficio submouendi sunt. idem pro Roscio.

Quæstus quisq; reperitur, qui impunitate proposita, abstinere possit iniuria? impunitas enim est maxima peccandi illecebra. idem 3. Off.

Est vtilius vnius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere quàm propter vnum

improbos vni parcere. idem 5. Act. in Verrem.

In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri, aut secari patimur, vt membrorum aliquid potius, quàm totum corpus intereat: sic in reipub. corpore vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur. idem Philipp. 9.

Est acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui. idem ad Brutum.

Graues pœnæ, exempla dicuntur. Terent.

In re turpi honesta insultatio est in senem. ibid.

Sic teneros animos aliena opprobria sæpe

Absterrent à vitijs. Horat. lib. 1. serm.

Est ij pati pœnam, quam meruisse minus. Ouid. 1. de Ponto.

EX SACRIS.

VBi non est par culpa, non debet par procedere pœna. Bern. in Epist.

Prouidentia Dei gubernantur omnia, & quæ putatur pœna, medicina est. Hier.

Pœnæ nos terreant, si præmia non inuitant. Aug.

Deus non solùm nos donis, sed flagellis erudit. Greg.

Iusti sũ domine, & sic est, vt pœna sit tibi omnis inordinatus animus. Aug. lib. 1. confess.

Non est euadere pœnam, præuenire sententiam. Cypr. lib. 2. Epist.

Quia impunitum non debet esse peccatum, puniatur à te, ne tu pro illo puniaris, peccatiũ tuum iudicem te habeat, non patronum. idem de vtilit. pœnit.

Non vniformiter secundum mensuram delictorum increpationes quoque oportet inferri, sed diligenter aspicere eorum, qui deliquerunt, vires, atque propositum. Chrysost.

Castigare videtur, quicunq; dissentit.

Nocentes vltro pœna sequitur. Erasm. in Epist.

Sæpe magis propitius est Deus, cùm immittit amara, quàm cùm delinit dulcibus. ibid.

Aliter punitur ciuis, aliter hostis. Greg. 26. mor.

Bonorum salutem custodit, qui malos punit. Lact. de ira Dei.

Mitius punitur nobilis, quàm ignobilis. apud Iurisconsul.

Peccata nostra prælijs puniũtur barbarorum. Hier. in Epistol. Nep.

Pœna grauior, grauius peccantibus. August. de peccat. & merit.

Supplicium est scelus in scelere. idem lib. 21. de Ciuit. Dei.

Pœnam Deus non ex ira infert, vel affectione. Chrysosto. super Genes. Hom. 29.

Mitigat vim doloris considera-

ta æquitas feriẽtiu. Gre. 7. mor.
Castigare videtur, quisquis dissentit. Lact. lib. 5.
Vbi nõ est par culpa, par nõ debet procedere pœna. Bern. in Epist.
Homo ex culpa venit ad pœnam, ex pœna venit ad amorem. Greg. 11. mor.
Deus vnius pœna plurimos corrigit. Amb. sup. Psal. 118.

Sermo.

EX GRÆCIS.

QVi doceri vult linguam, is in multitudinem mittendus est, lingua enim magister est populus. Plat. de Nat. nom.
Senilis sermo libenter audiendus. idem de rep.
Euitanda est curiositas verborũ, idem de regno.
Quod bene dicitur, repetere non nocet. idem de leg.
Omnis sermo si breuior fuerit, quàm oporteat, obscurat intellectum: si ligior difficilis erit, retentionẽ, & discipulo oblitionẽ inducit. Arist. de Pol. 2.
Ratiocinatio cum eruditione, dux est vitæ. idẽ in Epist. ad Alex.
Qui negat loquelam, petit loquelam. Arist. Metop. 4.
Lingua eadẽ optima, & pessima. idem de offi. aud.
Sermo dicentis non interrumpendus. ibid.
Mores boni approbant verba. ibi.
Sermo auditus, seminis vice verbis est. ibid.
Lingua non discrepat à mente. Demetr. Phaler.
Quanta res est, tanta & oratio, qua vteris, esse debet. Cleom. apud Plut. in Apophth.
Ex sermonibus, vt ex amicitia, optimus ille, firmissimusque habetur, qui in calamitatibus præsens adest, & indigentibus auxilium affert. Plut. de exilio.
Linguæ præire animo nõ permittẽdum Chilo apud Diog. lib. 1.
Inter loquendum, non est agitanda manus, est enim vaecordis. ibid.
Quod facere inutile veris, noli prædicare. nam si facere nequiueris, rideberis. Pyth. ibid.
Noli citò loqui, est enim infamiæ indicium. Bias ibid.
Peculiare ingenij est, elicere ex rebus sermones accommodatos. Socrat. apud Diog. lib. 2.
Dicenda sunt, quæ vtilia futura sunt, & dicenti, & audienti. Diog. lib. 2.
Citius credendum equo insidenti, quàm verbo incõposito. Theop. apud Diog. lib. 8.
Hominibus non conuenit vnquã, facẽtis linguam valere plus. Eurip. in Hecub.
Incontinens lingua, turpissimus morbus. idem in Orest.
Celeritas non habet iustitiã, tardi verò sermones multum proficiunt ad sapientiam. idem in Phœniss.
Omnia efficit oratio, & ferrum hostile efficere potest. idem.
Directam sermonum seca viam, nec duplex sis vir. idem Rheso.
Facinorum malorum sermones quoque sunt cauendi. Socrat. apud Stob.
Nulla est oratio, quæ longa videatur, quando res ordine proferuntur. ibid.
Duo tibi dicendi tempora præscribe: vel do rebus indubiè tibi perspectis, vel necessarijs verba facias. ibid.
Aut silere oportet, aut afferre meliora silentio. Pyth. apud Stob.
Sermonis vitium in lingua est, factis verò in animo. Antiph. ibidem.

EX LATINIS.

ERuditus sermo non ostendit verũ robur animi: est enim oratio etiam timidissimi audax. Senec Epist. 26.
Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur. idem Epist. 27.
Nullis, nisi audituro dicendum est. idem Epist. 29.
Verba etiam si adsint, & possim sine vllo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt. nam quemadmodum sapienti viro incessus modestior cõuenit, sta

oratio pressa, non audax. summa ergo summarum hæc erit, tardiloquum te esse iubeo. idem Epist. 40.
Hæc sit propositi nostri summa, quod sentimus, loquamur, & quod loquimur, sentiamus: cõcordet sermo cum vita. idem Epist. 72.
Consuetudinem verborum vocabu consensum eruditorum: sicut viuendi consensum bonorum. Quint. lib. 1.
Eos alloquamur potissimum, quos cõciliare nobis studemus. Quint. lib. 4.
Quidam & nimium dicunt, nec tamen totum. idem lib. 5.
Quorũdam elocutio res ipsas effœminat, quæ illo verborum habitu vestiuntur. curam ergo verborum, rerum volo esse solicitudinem idem lib. 8.
Otiosum sermonẽ dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. ibid.
Nisi maxima rerum versantur momenta, non debemus de rebus esse soliciti. ibid.
Vim rebus aliquãdo ipsa verborum humilitas affert ibid.
Verba honesta moribus perdidimus. idem lib. 8.
Dandi sunt ei, cui vocem accommodamus, sui mores. idẽ lib 11.
Sonu hominei, vt æra timitu dignoscimus. ibid.
Et si vtile est, subito sæpe dicere, tamẽ illud vtilius, sumpto spa-

tio ad cogitãdum paratius atque accuratius dicere. Cicer. 1. de Orat.

Verba inuenta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. Cicer. pro Cec.

Interpres mentis est oratio, verbis discrepans, sententijs congruẽs. idem 1. de leg.

Sermone vti eo debemus, qui notus est nobis. idem 1. Offic.

In primis prouideamus, ne sermo indicet vitium aliquod inesse moribus, quod maximè tũc solet euenire, cùm studiosè de absentibus, detrahendi causa, aut seuerè, aut malediçè, contumelioséque dicitur. ibid.

Quoties de nobis aut dicimus, aut loquimur: toties de nobis iudicatur. idem 1. de Orat.

Sæpe grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia apertè dicunt, quàm qui committunt. Cicer. in Sallust.

Cauendum est, ne quid agendo, dicendoq; facias, cuius imitatio rideatur. idem de clar. Orat.

Oratio debet esse ornatior sententijs, quàm verbis. idem.

Non tam copia, quàm modus in dicendo est quærendus. idem pro lege Manil.

Difficile est dictu, quantopere conciliet animos comitas, affabilitásque sermonũ. Cic. 2. Offi.

Fieri potest, vt rectè quis sentiat, & id quod sentit, politè eloqui non possit. idem 1. Tusc.

In his linguis, quas non intelligimus surdi profectò sumus. idem 5. Tusc.

Verba neminem mouẽt, nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. idem 3. de Orat.

Vine moribus præteritis, & vtere verbis præsentibus. Gel. lib. 1.

Tanquam scopum, sic fugias inauditum, atque insolitum verbum. ibid.

Qui facta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint, vt prædicent, facta creduntur. Plin. Iuni. libro 1. Epist.

Multo magis viua vox affici. idem lib. 2.

Melius eadem pronunciat, qui peregit. idem.

Nescit vox missa reuerti. Horat. de arte Poët.

EX SACRIS.

PRo signo sunt interiora hominis verba erumpentia: nam moribus enim maiora monstrantur. vultu enim, & oculis dissimulari non potest conscientia. Hier. sup. 12. Proph. lib. 2.

Colloquium familiaritatis indicium. Tert.

Si alicuius sermo non pungit, sed oblectat audientes, iste sermo non est sapiens. idem.

Diu considera, quid loquendum est, & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. idem.

Sæpe doctori dominus verbum pro gratia tribuit auditorio. nonnunquam verò propter auditoris culpam subtrahitur sermo Doctori. Greg. in Past.

Cibus mentis, est sermo Dei. idem Homil. 5.

Praui sicut in sensu leues sunt: ita in locutione præcipites, quia quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit. idem 3. mor.

Lingua sub magni moderaminis moderatione frænanda est, non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitium desluat, aut restricta etiam ab vtilitate torpescat. idem 8. mor.

Cùm intentionem bonam locutio cauta non sequitur, ipsa pietatis propositio in transgressionis vitium vertitur. idem 5. Moral.

Bonum verbum per humilitatem dicendum est, vt beneficium per pietatem exhiberi debet. idem.

Verba instituta sunt propterea, vt nõ se inuicem homines fallant, sed vt ad alterius quisque notitiam cogitationes proferat. verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Greg. in Mor.

Quod in genere dictum est, ad nullius contumeliam pertinet. Erasm. in Epist.

Bonus sermo secreta non quærit. Hier.

Quicquid dicere volueris, ex ipsa prius nostri sermonis qualitate colligamus. ibid.

Loca in quibus vana, & superflua dici debeant, inuenire non possunt. ibid.

Est tempus, quãdo nil, & est tempus, quando aliquid est dicendum: nullum verò tempus est, quando sunt omnia. ibid.

Loquentem conscientia non præpedit, cùm vita linguam antecedit. Greg. 6. mor.

Modus loquendi in tribus consistit: quo gestu, quo sono, quæ significatione aliquid dicatur? disciplina autem iubet, vt loquentis sit sermo modestus, & humilis: sonus demissus, & suauis: significatio verax, & dulcis. Hieron. de discipl. monaster.

Quamuis quis vitam fide muniat, scientia regat, castitate, & sobrietate componat, nihil est, quod in homine placeat, si in tota lingua displiceat. Valer. Epist. in quod. serm.

Periculum est dicere non solùm falsa, sed etiam vera, si ea non quibus oportet, insinuet. Amb. sup. Beat. immac.

Quàm plures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quempiam tacendo, adeò tacere, quàm loqui difficilius est. Amb. 1. Offic.

Sermones proferamus libra iustitiæ examinatos, vt sit granitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus. idem Offic.3.

Frequenter in longum protractus sermo caret intelligẽtia. Aug. de doct.Christ.

Dicens aliud, quàm vult, videtur non dixisse. apud iurisconsl.

Cæco lumen, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre, labor irritus. Cypria. libro 4. Epist.

Loquimur imitatione. Aug. de quant.anim.cap.18.

In verbis amanda sunt vera, non verba. idem. 4. de doct. Christ.

Verba sunt signa rerum. idem de magist.

Verba per res illustrantur. ibidem.

Verbrum quæstionibus immorari, turpe est. idem lib. 11. cont. Acad.

Verbum scriptum, non est verbum, sed verbi signum. idem in princip. Dialect.

Pauca propriè loquimur, plura impropriè. Aug. lib. 11. conf. cap.20.

Quotidiana fornax, nostra est quotidiana humana lingua. Aug.10.conf.cap.37.

Linguarum cognitio ad interpretationem scripturarum necessaria est. idẽ lib.2.de doct.Christ.

Lingua Dei, est spiritus sanctus. idem de essent.diuinit.

Linguarum diuersitas hominem alienat ab homine. idem.

Lingua coërcita dies bonos affert. idẽ de verb.domini. serm.40.

Ream linguã non facit, nisi mens rea. August.de verb.Apost. serm.26.

Linguis omnium gentium loquitur ecclesia. idem serm.187 de temp.

Vocabula nobis cum Deo sunt cõmunia, sed discrepant in affectu idem in quæst.ex vtroque test.

Diuinus sermo potio est. Bern.sup. Cant.serm.59.

Vox operis validior, quàm ens. idem sup.Cant.serm.59.

Lingua etsi multa mala faciat, tamen est optima. idem de triplı. serm.1.

Lingua parum membrum inmeras contrahit. Sordes.ibid.

Lingua, quàm litera efficacior. idem in Epist.

Lingua quintuplex: dissoluta, impudica, vaniloqua, dolosa, maledica. idẽ de triplit.gener.bon.

Lingua modicũ membrum si refrænata non fuerit, totum corpus corrumpit. idem ad soror.

Lingua tenuis est, & lata, enarrandis cordibus aptũ instrumentum. ibid.

Os nostrum ostium est cordis nostri. Bern.de pass.domin.

Verba generalia debent generaliter

generaliter intelligi. apud iurisconsl.

Verborum geminatio, vel actus reiteratio denotat firmitatem propositi, voluntatis, & consensus. ibid.

Linguæ vnitas facit cohabitationem. Chrysost.sup.Genes. Homil. 30.

In lingua habere robur, muliebre est. idem sup.act. Apostol. Homil.3.

Lingua stomachum non seducit. idem serm. 10. sup. Epistol. ad Roman.

Narratio sæpe doctrinæ loco est. idem sup. Act. Apostol. Homil. 4.

Silentium.

EX GRÆCIS.

Silentium mulieri præstat ornamentum. Arist. Poli. 1.

Nunquam me pœnituit tacuisse, quod locutus sim, sæpe Simonid. apud Plut. de tuend. bon. valet.

Silentium sapientibus responsi loco est. Eurip. apud Plut. de vitio. verec.

Obsigna verba silentio, silentium autem occasione. Demetr. Phaler.

Magna est sapientiæ tempestiuum silentium, & omni certè est sermone præstantius. Plut. de Educ. liber.

Pauca sequentibus. paucis legibus opus est. ibid.

Nemo stultus tacere potest. Solon apud Diog. lib. 1.

Est vbi silentium, sermone potius est: est vbi sermo, silentio. Eurip. in Orest.

Silentij nõ opus est in malis. idem in Hippolyt.

Silentium cum vbiq; culpa vacet: tum maximè in aliorum conuitijs, nescio quid egregium Socraticum, aut potius herculeum præse fert. Plut. de loquacit.

Multis hominibus pharmacũ malorum est taciturnitas. apud Stobæum.

Silentij præmium periculo vacat. ibid.

Silentium, obscurus est interpres sermonis. Theognid. apud Stobæum.

Nullus stultorum in conuiuio silentium præstare potest. ibidem.

EX LATINIS.

Quid prodest totius regionis silentium? si affectus fremunt. Senec.

Res omnium difficillima, tacere, & audire. Gell. libr. 1.

Interdum non minus oratorium est tacere, quàm dicere. Plin. Iun lib. 6.

Mire silentio, & tenebris animus alitur. idem lib. 9.

Lingua grauis castigatur, quàm vllum probrum: nec magnæ

res sustineri possint ab eo, cui tacere graue est. Curt. lib. 4.

Cùm indicamus imprudentibus, & cùm tacemus, suspecti sumus. idē. li. 6.

Loqui ignorabit, qui tacere nescit. Pitac. per Ausen.

Tacere, consensus species. in histo. Sax.

EX SACRIS.

NOnnunquam contra officiū est, salutare: tacere verò, officiosum. Erasm. in Epist.

Si vindicare vis, sile, & funestam ei dedisti plagam. Chrysostom.

Malam hominem tacendo potius, quàm respondendo superabis. idem.

Quàm plures vidi loquēdo in peccatū incidisse, vix quenquam tacendo. Amb. 1. de Offic.

Silendi patientia, opportunitas loquendi, & contemptus diuitiarum, sunt maxima fundamenta virtutum. ibidem.

Diu considera, quid loquendum sit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœnitcat. Hieronym. in Epistol.

Taciturnitas est quandoq; habenda pro confessione. apud iurisconsul.

Tacēs verum, ita incurrit crimen falsitatis, sicut si falsum diceret. ibidem.

Rectè scit dicere, qui scit ordinatè tacere. Greg. 3. mor.

Silentium est quoddam verbi nutrimentum. idem sup. Ezech. Homil. 10.

Silentium sentitur non audiendo. August. lib. 11. de ciuit. Dei. cap. 7.

Tacitè multa fieri possunt, quæ nō possunt fieri expressa. apud iurisconsul.

Taciturnitas domini nobis ad exemplum facta est. Bern. in Epiph. domini. sermo. 2.

Spectare debemus dominum cùm silētio. Bern. sup. Cant. serm. 63.

Loquacitas.

EX GRAECIS.

MVlta cognoscendi studium comitatur garrulitatis vitium. Plut. de curiosit.

Multarū rerum cognitio aut valde lædit, nunat quidem virtutem dextrum, & modestum, & commodum. lædit autem eum, qui facilè quemuis sermonem, & apud quemuis loquitur. Socrat. apud Stobæum.

Nulla fides linguæ est. Eurip. ibid.

Garrulitas est deambulatio linguæ. ibid.

Si continuè, & multa, & celeriter loqui, signum esset prudentiæ, hirundines diceremur multo sapientiores nobis. ibid.

Decorum silentium, corona est verò loquacitas autem nec inciēdum aliquid habet, & mala est

est conuersationi, & inutilis ciuitati. ibid.

Nec ex manu dimittentis ponderosum lapidem facile est colubere, nec ex lingua sermonem. ibidem.

Tyrannicum quiddam est, multa scire loqui. Æsch. ibidem.

Dicendi modus nō penes loquentem, sed audientem est. ibid.

Auaritia quædā est, omnia velle dicere, & nihil audire. Philem. ibid.

Intempestiua inter potandū garrulitas plerosq; dum nugātur, transuersum rapit, & animi libidini obsecundare compellit. Plutar. Prob. 7.

Fieri non potest, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. Plut. de curiosit.

EX LATINIS.

MAllem indiscretam prudentiam, quàm stultam loquacitatem. Gel. lib. 1.

Non iteratum dicitur, quod facilè esse nescitur. Aurel. apud Plat.

EX GRAECIS.

LInguosus vir amat mendacia. August. in Psal. 139.

Verbosi inepti amici. idem de Amicit.

Est tempus, quando nil, & est tempus, quādo aliquid, nullum autem est tempus, in quo dicenda sunt omnia. Hugo de disciplin. monast.

Adolescens verbosus, insitiæ hostis. Bern. libr. 4. de consid.

Loquacitas inter epulas valde est fœdus. Greg. lib. 1. mor.

Loquacitas, impudicitiæ argumentum est. Bernar. de Passio. domini.

Multiloquium rarò absque peccato. Chrysost. ad popul. Antioch. homil. 21.

Secretum.

EX GRAECIS.

FAcilius in lingua carbo ignitus contineri poterit, quàm secretus sermo. Socrat. apud Stobæum.

Nihil interest, aliquid mulieri, an omnibus præconibus in foro narres. ibid.

Mira vis est melioris fortunæ in occultandis hominum peccatis, at si quid acciderit simile, cuncta ista omnia protinus detegentur. Demosth. ibid.

EX LATINIS.

HOnesta bona, non occulta quærunt. Cicer. 3. Offic.

Commune sit vitio naturæ, vt non visis, atque incognitis rebus magis confidamus. Cæsar de bell. ciuil. lib. 2.

Credo

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisq; manere suam. Ouid.3.de tristib.
Vel ne facias tegenda, vel solus facias. Publ. Mim.

EX SACRIS.

SEcretum si tribus est manifestatum, omnibus est diuulgatum. *Augustin.*
Occultum non est, quod conscientiæ teste committitur. Chrysost.
Nihil occulti in intestina discordia esse potest. Erasm. in Epist.
Per hoc, quod foris agitur, quicquid intus latet, aperitur. Gre.
Occultum penè est, quod per paucos probari potest, et quod pauci sciunt. apud iurisconsul.
Quod non apparet, præsumitur non esse. ibid.
Colloquium secretum, ad aures factum facit præsumi mandatū, si statim sequatur maleficium. ibidem.
Abscondi Deo nil potest. Grego. in regist.
Latere, criminosa est conscientia. Ambr. de Virg lib.3.
Ama nesciri, & laudet te os alienū. Bern. serm.6. in Nat. domi.
Occulta Dei iudicio committenda, nec de illo temere iudicandum. Augustin. Epist.137.
Occulta non debet esse doctrina: sicut nec Euangelium occultū est. Bern. sup. Cāt. serm. 44.

Interrogatio.

EX GRAECIS.

NEcesse est, interrogantē interrogatū sequi, quocūq; ducit. *Plat. de sanct.*
Singulos interrogo, paucis respondeo. idem de scient.
Qui litigatione interrogat, prauè disputat. Arist. Top. 8.
Ad interrogationes multas non est danda vna responsio. idem Elench. 2.
Cæci interrogatio est quærere, cur amētur, quæ pulchra sunt. Aristo. apud Stob.
Calumniatores conuincere oportet, interrogantes autem docere. Chrysost.
Proximus cognitioni est, qui quod debet inquirere, prudenter agnoscit. in Coll. 2.
Interrogādo docemus alios. Augustin. lib. 1. de magist. cap. 1.
Interrogare multa, non est scire. idem de duab. anim. cap. 8.
Interrogant multi, quæ ipsi explicare non possunt. idem de pecc. & merit.

Responsio.

NOn respondere, rusticorum est. *Plat. de scient.*
Singulos interrogo, paucis respondeo. ibid.
Ignorantia causa est respondendi varia

varia, & non eadem. idem de Nat nom.
Cùm respondenti proponitur multiplex, quod non intelligit, concessum est ei dicere: non intelligo. Arist. topic. 8.
Ad interrogationes multas non est dāda vna responsio. Arist. elench. 2.
Sapientibus responsi locus est silentium. Eurip. apud Plutarc. de vitios. verec.
Omnibus respondere, seruile: omnes despicere, stulti. idem de Poēt.

Consilium, & opinio.

EX GRAECIS.

INter sapientiam, & ignorantiam media res est opinio. *Plat. de Amor.*
Consilium res sacra est. Plat. de Sapient.
Quoties quis aliquid alicuius gratia quærit, de illo ipso consultatio est, cuius gratia aliquid quæritur, nō de eo, quod quæritur alterius gratia. idem de Fortit.
Consilium non est de fine, sed de ijs, quæ sunt ad finem. Arist. Rhet. 2.
Consiliū vincit manus. apud Stob.
De necessarijs, & impossibilibus consultandum non est, sed de contingentibus, & aliter se habere potentibus, quàm in nostra potestate sunt. ibid.
Consulta oportet operari velociter, consulere autem tardè. Arist. Eth. 6.
Consilium mulieris est inualidum, pueri verò est imperfectum. idem Polit. 1.
Opportunitas non obseruata cum omnibus in rebus affert malū, tum verò in admonendo detrahit vtilitatem. Plut. de Amic. & adulat.
Inter pocula non est admonendum. ibid.
Quidam solicitatem rem esse putant, ad quam admonitio non possit accedere. ibid.
Plerique mortales opus habent alienā prudentia consiliōq; ibid.
In admonendo ne contentiosi, & contumaces simus. ibid.
Istud haud quaquam sieri connit, vt qui admonetur, vicissim admoneat, & libertatem opponat libertati. ibidem.
Facillimum omnium est, ab alio admoneri. Thal. apud Laērt.
Principi consule non dulciora, sed optima. Solon apud eundem lib. 1.
Duo maximè sunt contraria consilio: ira, & festinatio. Bias ibidem.
Sana consultatio ex eruditione, rerūmq; peritia, & experimento contingit. idem.
Victoria tota posita est in bona consultatione. Eurip. in Phen.

Inops consilij, fœlicitas. idem in Con.

Noctu consilium à sapientibus initur. idem.

Aliud deliberationis tempus, aliud accusationis. Demosth. Exord. 12.

Nihil decernendum ante rem bene cognitam. idem Exord. 19.

Sapiens sapientum est consilium.

Praua consilia statim reprehendi maximè expedit. idè exord. 56.

Caute admonenda, quæ lege aliqua sunt interdicta, aut populo ingrata. idem exarg. lib.

In magnis deliberationibus magno emendum est fidele consilium, & prudens. idè 1. Olynth.

In deliberationibus Reipubl. alijs affectibus repudiatis, bonum publicum duntaxat est spectandum. ibid.

In arduis consultationibus attentè cupidèq; audiendi sunt, qui consilium dare volunt. ibid.

Graue est consilium coëundi societatem belli, cum ijs præsertim, qui statim armis defendendi sunt. idem 1. Olynth.

Optabile est deliberantibus vel à meditatis, vel ab impræmeditatis afferri vtile consilium. ibid.

Non temere irruere, sed aliquid vtile præmeditati accedere debemus ad consilium. ibid.

Malum maximum hominibus, opinio falsa. idem de Rhet.

Fortunæ etiam in deliberationibus est quædam habenda ratio. Demosth. 1. Olynth.

In exhortando prodest auditoris prædicare virtutem, & fœlicitatem. ibid.

Prudentes ex omnibus consilijs vtile facilè deligunt. ibid.

In deliberationibus animus in omnes partes est versandus, omnia persequenda sunt tam commoda, quàm incommoda, quæ eis sunt. ibid.

Facilius est inuenta consilia comprobare, quàm inuenire. ibid.

Inuentio consiliorum est prudentis oratoris, electio autem prudentis auditoris. ibid.

Res ipsa vltro monet, quid oporteat, consiliumq; attentis longè melius suppeditat, quàm perplexæ orationis concionet. ibid.

Exhortandi cunctantes optima ratio est, apponere, æmulum, qui quod ipsi dubitant accipere, alij intercipere studeant. Demosth. 1. Olynth.

Sunt, qui alijs melius consulunt, quàm sibi, salutémq; suam negligant, alienam curent. ibid.

Dura conditio est eorum, qui in dandis consilijs, & in gerendis rebus solent versari, quorum fides ex euentu solet æstimari. idem 1. Olynth.

Diuersitas opinionum est causa litis. Arist. Metaph. 5.

Opinio diuiditur in verum, & falsum. electio verò in bonum, & malum. idem.

Veritas apud sese vincit: opinio autem

autem apud exteros. Epict. apud Stob.

Perturbant homines non res ipsæ, sed rerum opiniones. ibid.

Opportunitas non obseruata cum omnibus quidem in rebus ingens affert malum, tum verò maximè in admonendo detrahit vtilitatem. Plut. de Amic. & adulat.

EX LATINIS.

Gladiator in arena consilium capit. Senec. Epist. 22.

Honesta bonis suadere, facillimè est. Quint. lib. 3.

Nulla sunt meliora cõsilia, quàm quæ ignorauerit aduersarius, antequam facias. Veg. lib. 3.

Non est consilium in vulgo. in lust. Sax.

Mala consilia pares euentus sequuntur. Liuius lib. 6. Dec. 1.

Priuatæ res semper offecere, officiémq; publicis consilijs. idem lib. 2. Dec. 2.

Consilia mala plerunq; vincunt. idem lib. 5. Dec. 3.

Multa, quæ natura impedita sunt consilio expediuntur. idem lib. 10. Dec. 3.

Ab nullo genere non periculum est, si cautus, & consilia, & secretas consultationes esse sinas. idem lib. 3. Dec. 4.

Nemo melius cõsilium dat, quàm ipse facturus est. idem lib. 7. Dec. 4.

Qui fortunæ aut euentui sua consilia aptat, nusquam inuenit gratiam. idem lib. 2. Dec. 4.

Ad exhortationem præcipuè valent imperia. Quint. lib. 5.

Consilium non habet scelera. idem lib. 7.

Semper apud solicitos in deterius prona persuasio est. idem Declam. 11.

In rebus magnis memoriâq; dignis consilia primùm, deinde acta: posthea euentus spectantur. Cicer. 2. de Orat.

Hoc plerunq; facimus, vt consilia euentibus ponderemus, & cui bene quid processerit, multum illi præuidisse, cui secus: nihil sensisse dicamus. idè pro Rab.

In persuadendo nihil est optabilius, quàm dignitas. idem 2. de Orat.

Summi gubernatores in magnis nonnunquam tempestatibus solent à vectoribus admoneri. idem Philip. 7.

Successus bene consultorum in manu est. Erasm. in Epist.

Nullo consilio quicquam magnæ rei aggredi, tyrannicum est. ibidem.

Humana cõsilia castigatur, quando cœlestibus præferuntur. Max. lib. 1.

Timet, atq; ei omnia deficere videtur, qui in ipso negotio consilium capere cogitur. Cæs. de Bell. lib. 5.

Consultantes de rebus dubijs odio

atq;

atq; amicitia vacare debent. Sallust.in Coniur. Catil.

Quorundam consiliorũ autoritas, pro ratione est. Plin.Iun.lib.1. Acer,& ad palmam per se cursurus honoris,
Si tamen horteris, fortius ibit equus. Ouid 2.de Ponto

Granior,& validior est decẽ virorum bonorũ sententia, quàm totius multitudinis imperitæ. Cic.pro Planc.

Non exitus rerum tantum, sed & hominum consilia legibus puniuntur: minus quidem dolendum est re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus. Cicer.pro Milone.

Quot hominum, tot sententiæ, suus cuiq; mos. Terent.in Phorm.

Quæ volumus,& credimus, libenter; sentimus ipsi, reliquos quoq; sentire speramus. Cæs.de Bell.ciuil.lib.2.

Vereor de viri doctiꝰ iudicare, ne quorum opinionem improbo, illos videar improbasse. Gell.lib.9.

Quod primũ deserit insælices, bona opinio est. in hist. Sax.

Opinio infinitos perdit. apud Stob.

Opinio stultos distendit. ibid.

Nihil opinionis causa omnia conscientiæ facito. Senec.de Vita beat.

Granior,& validior est decem bonorum virorũ sententia, quàm totius multitudinis imperitæ. Cic.pro Planc.

EX SACRIS.

SOlet recta opinio pravam corrigere consuetudinem, & prava opinio rectam depravare naturam. Aug.

Plerunq; contingit, vt qui per negligentiam de se malè opinari permittant, per semetipsos nulla vnquam mala faciant, sed tamen per eos, qui se imitati fuerint, multiplicius delinquunt. Greg.

Earum rerum non est scientia, sed opinio, quæ pro ingenijs varia est. Lact.

Vbi abfuit consilium, abest culpa. Greg.

Nisi per consilium fulciatur, valde fortitudo destruitur, quia quo plus se prodesse conspicit, eò virtus sine moderamine deterius in præceps ruit. idem in Mor.

Dare stulto consilium, charitatis est: dare sapienti, ostentationis: dare verò tempore pernecessitatis, sapientiæ. ibid.

Admonitio modica sufficit timentibus deum. Basil.

Modesti hominis est, à quocunq; velle admoneri. Eras.in Epist.

Plures sanat tempestiua admonitio, quàm sana obiurgatio. ibi.

Ea est hominum corruptela, vt sæpenumero bonum consilium atq; sanum damno sit consultori. ibid.

Consilium bonis datur, correctio errantes coërcet. Amb.

Quid tibi prodest habere sapientiam? si consilium neges, si consulendi copiam includas, clausisti fontẽ, vt nec alijs influat, nec tibi prosit. idem lib.1.Offi.

Siut multi necessarij, vnus tamen consiliarius Bern.

Inducere consultationem, est tollere dubium consultationis. Tertul.

Plus vtilitatis afferunt duo fidi monitores, quàm multa laudantium milia. Eras.in Epist.

Consilia callida,& audacia prima fronte læta, tractatu dura, euentu tristia. ibid.

Ex abundantia pietatis est, lubricam ætatem monuisse. Hieron. ad Saluinam.

Plurimũ laudis iuuenes moribus suis applicãt, quoties de negotiorum meritis ambigentes, ad peritorum consilia decurrunt. Cas.part.2.lib.1.Epist.9.

Cõsilium imitari negligit improuidus, sapiẽtiam verò ille quærit in altero, penes quem est scientiæ magnitudo. ibi.3.lib.

Quidam omnia imprudenter agunt,& ipsis pro voto succedunt, quidam ad omnia consilio se disponunt,& semper in contrarium eis cedunt. ibid.

In magnorum discriminum angustijs vbi domestica consilia remedium non inuenerunt, eorũ suffragia implorantur, quorum prudentiam in altioribus negotijs experientia diuturna approbauit. ibid.

Vbi publica iactura est,& dispẽdium commune, sicut dolor in vniuersitatem se porrigit: ita communi cõsilio,& auxilium est vtendum. Pet.Rau.

Consiliarius bonus est, qui sibi consulit. Amb.1.Offic.

Consilium peritorum ex apertis obscura æstimat, ex paruulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota, scit enim qua via egredi debeat,& citò singula & distinctè videt. Petr. Rau.in Epist.

Consilium mutare in melius, non est turpe. apud Iurisconsult. ibid.

Monitio præceptũ importat. ibid.

Nouum factum, nouum cõsilium expetit. ibid.

Bonorum iudiciũ negligenda, Ambr.1.Offic.

Consilia nostra viribus nostris non tribuamus. Greg.1.mor.

Consilia Dei occulta super nos timenda sunt. idem Homi.3.sup. Euang.

Consilium religionis ab irreligiosis petere, non est consilium accipere. idem 1.Reg.

Consilium in rebus arduis non debet esse præceps. idem Epist.5.

Consiliorum gubernaculum, lex diuina. Cypr.lib.2.Epist.

Consiliũ Dei nemo, nisi spiritualis intelligit. Aug.in lib.expos.quæst.quart.

Consiliũ misericordibus congruit

Aug.

Augustin. lib. 1. de serm. domin. in monte.

Consilium omne à Deo est, à quocunque proficiscatur. August. lib. 1. de doct. Christ.

Consilia perfecta non sunt absque prudentia, & benevolentia. Bern. in Epist.

Opinio communis habet vim consuetudinis. apud Iurisconsl.

Consulentem dominum qui non audiunt, audient finaliter condemnantem. Bern. serm.

Persuasio certa per fidē est. Chrysost. super Epistol. ad Colossē. Homil. 4.

Fraus.

EX GRAECIS.

OPortet eum, quicunque decepturus sit alium, ipse minimè decipiendus, similitudinem & dissimilitudinem rerum cognoscere. Plat. de pulch.

Qui ab alio facilè decipitur, & hoc non sentit, ipse etiam à se patitur sæpe. Arist. Elench. 2.

Omnes homines non decipiuntur, nisi in eo, quod nesciunt: aut in eo, cuius cognitio non est valde manifesta. idem Metaph. 4.

Nequior est, qui decipit, quàm qui decipitur. Demost. Exor. 54.

Nemo mirari debet, ab improbo homine esse deceptum, magis mirandum est, non esse deceptum. Demosth. 1. Olynth.

EX LATINIS.

ET fera, & pisces, spe aliqua oblectata decipitur, quæ putantur fortunæ munera, insidiæ sunt. Senec. Epist. 7.

Sunt homines, qui rationem bene cōsilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiámque convertūt. Cic. 3. de nat. Deor.

Fallacia alia, aliam trudit Terent. in And.

Quosdā decipere pro moribus temporum, prudētia est. Plin. Iun. lib. 8.

Fraus fidē in paruis sibi perstruit. Livius 3. Dec. lib. 8.

Inter dormientem, & simulantem non est, nisi conscientia. Quint. Declam. 8.

Nihil à moriētibus fingitur. ibid.

Nulla pernicies vitæ maior inueniri potest, quàm cùm in vita inest simulatio. Cicer. 3. Offic.

Fit plerunque, vt bi, qui boni aliquid afferre volunt, affingant aliquid quo faciant id, quod volunt. Iuuenis. idem Philip. 1.

Ingeniosior est ad excogitandum simulatio veritate. Plin. Iun. in Panegy.

Ficta ad naturam citò redeunt suam. Pub. Mim.

Quàm plurimum natura valet: tamen in paucorum mensium spacio simulatio naturam vincere solet. in Hist. Sax.

Semper auidius nefanda fingūntur. Quint. Declam. 18.

Dissi-

Dissimulata actio melius subrepit. Quint. lib. 4.

Simulatio amicitiæ repugnat maximè, delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiæ valere non potest. Cicer. in Lælio.

EX SACRIS.

SVspicione quod caret, fraudi est opportunius. Nazanz.

Seductio semper habent boni colorem. Chrysost.

Si castū me simulo, & aliud sum in conscientia, habeo gloriam mercenariam, sed supplicia peccatoris, & in cōparatione duorum malorū, leuius est in alīū peccare apertè, quàm simulare, & fingere sanctitatē. Hier. sup. Esaiam.

Nulla res sic exterminat bonum, sicut simulatio. nam malū sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, nō cauetur. Chrysost. super Matth. 7.

Vtinam tam facile esset præstare, quàm facile est simulare bonitatem. Lact. lib. 6.

Quod maximè dissimulas, frequētius exit in lucē. Hier. in Epist.

Simulata æquitas non æquitas est, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simulatio. Aug. sup. Psal. 63.

Simulationem falsitatis nemo, nisi subtilioris ingenij facit. idem 26. mor.

Fingimus aliquando sine menda-

cio. Aug. lib. 2. quæst. Euang.

Miserius est mentiendo fallere, quàm mentientibus credendo falli. idem.

Artes inimici sunt præcauendæ. Ansel. sup. Epist. ad Corinth.

Non multum in vitio, aut decipere, aut decipi posse. Hier.

Non meretur audire veritatem, qui fraudulenter interrogat. idem.

Calumniatores conuincere oportet, interrogantes aliē docere. Chrysost.

Falsum exprimere detestabilius est, quàm verum tacere. apud Iurisconsl.

Nullius calūniæ subijcienda sunt ea, quæ dij cōprobauēre. Eras. in Epist.

Vbi nullæ insidiæ, virtus vera vincit. ibid.

Falsitatis mater, similitudo. August. lib. 2. Soli.

Falsitas non est in rebus, sed in sensu. ibid.

Quæ simulātur, duplex sunt peccatum. Aug. in Psal. 63.

Calumniator iniuriam facit hominibus. Basil. in Epist.

Consensus.

CVm proponitur obscurū, non est concedendum simpliciter. Arist.

Ipsa consuetudo assentiēdi periculosa est, & lubrica. Cic. 2. Offi.

Impedire bonam rem est melius,

quàm consentire male. Cicer. 3. de leg.

Qui consentit, opus perficit. Aug. de continent. cap. 1.

Nihil interest, vtrum scelus admittas ipse, an propter te admitti velis. idē lib. 2. de morib. Manich.

Non vincitur, sed consentit, qui facilè vincitur. idē in lib. quæsti. Noui & Vet. test.

Stulti est hominis rebus incertis temerè assentiri. Lact. lib. 3.

Consensus species, tacere est. in Histor. Sax.

Occidit & faciens, & consentiēs. Aug. sup. Psal. 56.

Posito, vel concesso toto, censetur posita, vel concessa quælibet pars totius. apud Iurisconſ.

Reprehensio.

EX GRÆCIS.

REbus malè succedātibus iracundè succensere nō conuenit. Plut. de tranq. anim.

Non modo peccantes castiga, sed peccaturos etiā cohibe. Periād. apud stob.

Temerarium est, vmbram hominis mortui affligere. viuos castigare decet, nā mortuos, & ipsa iustitia mortuos vindicat. ibid.

Amor simpliciter obiurgās, magis præmit. Eurip. apud Plut. de amic. & adulat.

Cùm verecundè reprehendit amicus, verecundiam gignit in amico. ibid.

Exagitamur verecundia, & dolore, cùm arguimur apud eos, quibus probari cupimus. ibid.

Laus obiurgationi est admiscenda. ibid.

Reprehensio initium est bonæ frugu. ibid.

Optimè ac iustissimè viuemus, si quæ in alios reprehendimus, ipsi non faciamus. Diog. lib. 1.

Amicum ad amicū conuenit liberè dicere, reprehensiones autem non clanculū dicere. Eurip.

Reprehensio, alienum bonum est. apud Stob.

EX LATINIS.

ALiena vitia quisq; reprehēdi mauult, quàm sua. Quint. lib. 2.

Sunt qui magis emendare volunt deos, quàm se. Senec. Epist. 108.

Nulla sapientia naturalia vitia animi aut corporis ponuntur, quicquid insixum & ingenitū est, leuiter arte non vincitur, alioquin haberet sapiētia rerū naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. Sen. Epist. 11.

Quātum potes, teipsum coargue, inquire in te, accusatoris primum partes fungere, deinde iudicis, nouissimè deprecatoris, aliquando etiam te offende. idem Epist. 28.

Obiurgationes etiam nōnunquam incidunt necessariæ, in quibus vtendum est fortè & vocis cōtentione maiore, & verborum granitate acriore. Cicer. 1. Offic.

Nulli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Plin. Iun. lib. 7.

Non satis est reprehēdisse peccantem, si non doceas recti viam. Colum. lib. 7.

Aliena vitia in oculis habemus, nostra à tergo sunt. Senec. de ira lib. 2.

EX SACRIS.

NOn putes te amare seruum, quando eum non cædis. aut tunc amare filium tuum, quando eum non corripis, non est ista charitas, sed languor. Aug. de charit. serm. 7.

Quæ peccantur coram omnibus, coram omnibus corripienda sunt, vt omnes timeant. qui secretò peccauit in te, secretò corripe, nam si solus nosti, & eum vis coram alijs arguere, non es corrector, sed proditor. idem de ver. domi.

Qui potest emendare, & negligit, participem procul dubio se cōstituit, qui alterius bonum iuuat, suum facit. Greg. in reg.

Correctio errantes corripit, consilium bonis datur. Amb.

Dulcior est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. idem.

Malum si comprimas tuum, reputabitur tibi ad iustitiam, si alienum, ad gloriam. idem.

Tūc proteruos melius corrigimus, cùm ea, quæ bene egisse credunt, male acta demōstramus, & vnde adepta gloria creditur, inde vilis confessio subsequatur. idem in psal.

Iuuenes plerunque scueritas admonitionis ad profectum dirigit, senes verò ad meliora opera deprecatio blanda componit. ibidem.

Si is, qui corrigere nititur, ira superatur, opprimit antequā corrigat. nā dum pluſquam debet, accenditur, sub iustæ vltionis obtentu, ad immanitatē crudelitatis effrænatur. idē. 21. mor.

Si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere derisionis odia formidamus, iam non lucra Dei, sed nostra quærimus. ibid.

Nonnunquā qui inter flagellorū duriciem remanent incorrepti, dulci sunt admonitione mulcēdi: nam plerunq; quos cruciamē ta non corrigunt, leuia blandimenta compescunt. idē in psal.

Sicut decretum, laudabileque est, reuerentiā debitam, & honorē exhibere maioribus: ita rectitudini, & Dei timoris est, si quid in eis correctione indiget, nulla dissimulatione postponere, ne totum corpus (quod absit) incipiat morbus inuadere. si languor non fuerit curatus in capite. ibid.

Coërceri omnino non potest animus, mala semel voluntate vitiatus, quia zelus sapere nescit, & ira consilium non habet. Chrysost.

Mutare rerum statum, procliue est: mutare in melius, difficillimum. Erasm. in Epist.

Non amat, qui sinit impune peccare, si queat obsistere. ibid.

Quicquid lacerato animo dixerit, punientis est impetus, nõ charitas corrigentis. Dilige, & die, quicquid voles. August. sup. Epist. ad Galat.

Non vniformiter secundum mensuram delictorum increpationes quoque inferri debent, sed diligenter aspiccre eorum, qui deliquerunt, viret atque propositum, ne fortè volens rupta sarcire, maiorem operetur diruptionem, & cupiens erigere collapsa casum inferat grauiorẽ. Chrys. in suo Dial. lib. 2.

Circa vitam tuam esto austerus, circa alienã benignus. audiant te homines parua mãdantem, & grauia facientem. Chrysost. sup. Matth. 18.

Malum si perseuerat, augetur, & remediabile bonum est in peccato, accelerata correctio. Cas. 3. Epist.

Castigare videtur, quicunque dissentit. Lact. lib. 5.

Correctionem perdit, qui fallaciter viuit. Greg. 17. mor.

Mãsueti benignè corripiẽdi sunt, inquieti seuerè. Bern. sup. Cant. serm. 37.

Ex reprehẽsione nascitur confusio. Ansel. sup. Epist. ad Timoth.

Reprehensio generalis non vnius personæ iniuria est. Hier. sup. Esaiam. lib. 7.

Vt nunquam ferè non nocet laudator: sic semper prodest reprehensor. Erasm. in Epist.

Altius vitijs indormientes asperius inclamare necesse est. ibid.

Reprehensio fieri debet, postquam perscrutatio facta est. apud iurisp.

Corripiant boni malos, ne cum eis hic flagellentur. Aug. serm. 143. de tempor.

Corripi debet frater à fratre etiã repugnans, & inuitus. idem Epist. 50.

Correctio inuidiosa res est. ibid.

Iustè alios reprehendit, qui non habet, quod in se alius reprehendat. Aug. in Psal. 5.

Correctio igne, & ferro vehementius operatur. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Homil. 31.

Corripere, vt prosit, Dei est. idem sup. Matth. Homil. 13.

Corripere peccantẽ plus est, quàm orare. idem sup. Act. Apost. Homil. 24.

Reprehensurus alios à temeritate sit longissimus. Chrysost. contra Gentil.

Difficilius malũ corrigitur, quod perfectionis etiam prosperitate fulcitur. Greg. 33. mor.

Error.

EX GRAECIS.

PArvus error in principio, in fine sit maximus. Arist. 1. de cœl. & mund.

Non est in bello bis peccare. Lamachus apud Plut. in Apoph.

Fortiter, ac rectè factis errata condonentur. ibid.

Error duorum in vnum cùm cõuenerit, maximũ malum. Eurip. in Phœniss.

Quisnam sagittarius artis suæ tam peritus est, vt non aliquando erret ab scopo! Demosth. 1. Olynth.

EX LATINIS.

RECti apud nos nomen obtinet error, vbi publicus factus est. Senec. in Epist.

Nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa, & autor est. idem de vit. beat.

Nihil sentire est melius, quàm praua sentire. Cicero pro Cluen.

In hoc errore vel prudentissimus quisque versatur, quòd plures amicos suos quàm sunt, arbitratur. Plin. Iun. lib. 3.

Nulla disciplina est, in qua non peccando discatur. nam si quid perperam administratum cesserit improsperè, vitatur quod fefellerat, illuminatq; rectam viam docentis. Colum. lib. 1.

Et mala sunt vicina bonis errore sub illo.

Pro vitio virtus crimina sæpe tulit. Ouid. 1. de rem. amor.

EX SACRIS.

NOnnullis errare profuit, sed in via pedum, non in via morum. Aug. in Epist.

Nimis peruersè seipsum amat, qui aut alios vult errare, vt error suus lateat idem de Marcel.

Diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores. ibid.

Nihil grauius, quàm errantem adeo deserere, vt se reuocare nõ possit. Amb. de Cain. et Abel.

Libenter errat, qui se errare nescit. Lact. lib. 2.

Error in pluribus est: correctio autem in paucis. Amb.

Aberrare nũquam, magis diuinum, quàm humanum. Tert.

Error intolerabilis est à iure reprobatus. apud iurisp.

Errores etiam fortissimi viri non potuerunt cauere. Amb. in Apolog. David.

Errores propriũ, vt quod tibi, etiã Deo displicere cogitet. Aug. lib. 2. de Genes. cont. Manich.

Errare non potest, qui nihil appetit, aut appetit, quod debet: idẽ lib. 2. de liber. arbitr.

Errandi occasio, mens crassa. idem de morib. Eccles. cap. 17.

Non errare, angelicum est: errorẽ defendere, diabolicum. idem lib. 2. de baptis.

Error ex eo est homini, quòd sibi est incognitus. idẽ lib. 1. de ord.

Omnis erroris principium est de scripturis non intellectis. idem in lib. 83. quæst. quæst. 69.

Emẽdatio, & profectus.

EX GRÆCIS.

QVod si tibi non facilè fortè fuerit, vniuersa omnino quæ sunt animi vitia extergere, ac pœnitus emaculare, illa certè tibi tollẽda, minuendáue sunt, quæ apparent maxima, primoque conspectu occurrunt. Plut. de Polit.

Non desperandum deceptos oratione falsa emendari posse. Demost. Exord. 35.

Primum indicium profectus est, amor vehemẽs: secundum asperam non habere viam: tertium reclamare prauis animi suggestionibus: quartum, præstare animũ placabilem, miniméque irritabilem: quintum, virtutem cognoscere ex collatione ad vitia: sextum, cum iudicio omnia legere, & ad bonam frugẽ traducere: septimum, quacumque videris exempla virtutum facere: octauum, ostentationẽ & rixas fugere: nonum, non captare applausum: decimũ, veneris neglectus, undecimũ præfricťam deponere frõtem: duodecimũ, si pecces, correctionem admittere: tertiumdecimũ, peccati etiã leuis suspicionẽ tollere: quartumdecimũ, hostes in gratiã reducere: quintumdecimũ, animũ infractũ gerere aduersus fortunæ insultus: sextũdecimum, in somnis nihil flagitiosi videre: septimũdecimũ, affectus noxios in se videre sedatiores: decimumoctauũ, virtutẽ, quã admiraris, æmulari, & vitiũ illaudatũ fugere: decimũnonũ incommoda virtuti iuncta non formidare: vicesimũ, apertũ & constans gerere pectus: vicesimũprimũ, cauere peccata etiã minima. Plut. de profect. moru.

EX LATINIS.

ARgumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. Senec. Epist. 6.

Tunc scito te esse omnibus cupiditatibus solutum, cum cõ peruenerit, vt nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. idem Epist. 10.

Agamus bonũ patrem familiã, faciamus ampliora, quæ accepimus. maior ita hæreditas à me transeat ad posteros, multumq; adhuc restat operis, multúmque relabit, nec vlli nato post mille secula præcludetur occasio aliquid adijciẽdi. idem Epist. 65.

Magna pars est profectus, velle proficere. idem Epist. 7.

Profectum tuum vitã æstima, & tanciũ scire, quãtum non cupiti, non

non times. idem Epist. 116.

Plus proficit, si præponatur spes vtilitatis futuræ, quàm præteriti beneficij recordatio. idem 2. de Orat.

Non deprehẽdes quemadmodũ tibi vir sapiens profit, prosuisse deprendes. Senec. Epist. 47.

Sunt qui prodesse non nisi pretiosa putant. Plin. sen. libr. 29.

Pòt videri satis emendatus, qui in odiũ eorũ in quibus erraverat, ipse vẽuersus est. Quint. lib. 11.

Quædam emendatio, pœnitentia est. Quint. declam. 8.

Multos vidi & audiui non modo qui primoribus labijs gustassent genus hoc vitæ voluptarium, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent, sed qui totam adolescẽtiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad bonũ frugẽ (vt dicitur) recepisse. Cicer. pro Marc. Cal.

Optimum, & emendatissimum existimo, qui cæteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet: ita peccatis abstineat, tanquam nemini parcat. Plin. Iunior. lib. 8.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum. Pub. Mim.

EX SACRIS.

NOuit Deus mutare sentẽtiã, quando tu noueris mutare delictum. Ambr. sup. Luc.

Non præcedere potest ad vitam, quem nouissimum reputamus. Pet. Rauen. quad. Epist.

Malum cum perseuerat, augetur. remediabile bonum est in pectato, accelerata correctio. Cass. 3. Epistol.

Emendatio vitæ non differenda. Aug. de verb. domi. sup. Matt.

De manu fugit feriẽtis, q̃ suã corrigit prauitatẽ. Greg. 18. mor.

Molesta non debent esse, quæ prosunt. Chrysost.

Saluum est, quicquid pluribus profuit. Lact. lib. 3.

Virtutis sinus est, in vsus multorũ diffundi. Erasm. in Epist.

Nullam ætatem serã arbitror ad id vt, seipso, quisq; melior euadat. ibidem.

Non placere pluribus, sed prodesse omnibus studendum. ibidem.

Qui fratri prouidet, seipsum curat. Hier.

Nemo quãtum proficit, nisi inter aduersa, cognoscit. Greg. 24. mor.

Non omnia omnibus prosunt. August. lib. 1. cont. Cresconium.

Sicut cuiq; à Deo est parata mensura fidei, sic proficit. Augu. sermon. 44. de temp.

Proficere non semper in bono accipitur. idem in Psalm. 118.

Prodesse studeat, qui prodesse cupit. Bern. sup. Cant serm. 23.

Proficere, proficisci est. idem in vigil. nat. domin. sermon. 2.

Profectus hominis, donum Dei est. Bern. ad soror.

Vtilitas, & Commoditas.

EX GRAECIS.

VTilitas quauis ratione oblata, repudianda non est. nisi pugnet cum honestate. Demosth. 1. Olinth.

Multa speciem habent vtilitatis, sed vnum expedit. ibidem.

EX LATINIS.

OMnes expetimus vtilitatem, ad eámq; rapimur, nec facere aliter vllo modo possumus. nam quis est, qui vitia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosè persequatur? Cicer. 3. Offic.

Nemo est quin putet expetendam esse maximè dignitatem, sed vincit vtilitas plerunque. idem. 2. de Orat.

Cùm vtilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare ad se videtur, sit, vt distrahatur deliberando animus, afferátque anceps cogitandi curam. idem. 1. Offic.

Nostræ vtilitates nobis omittendæ non sunt, cùm iis ipsis egeamus, sed suæ cuiq; vtilitati, quod sine alterius iniuria fieri possit, seruiendum est. idem. 2. de Offic.

Nihil tã vtile est, quod in transitu prosit. Senec. Epist. 2.

EX SACRIS.

NOn solùm liberalitatis, sed etiam commoditatis est, aliquid de suo iure relaxare. Ambr.

Qui inutilis est omnibus, sibi vtilis esse non potest. idem.

Commodè sit, quod sine difficultate fit apud iurisconsl.

Publica vtilitas est cuilibet primi legio præferenda. ibid.

Vtilia non omnia, quæ profutura videntur. Chrysost. sermon. 14. super Epistola, ad Roman.

Damnum.

EX GRAECIS.

NEquaquam facile est, vt qui multa aliis inferunt damna, ipsi non multa vicissim ab aliis patiantur. Plat. Epistio. 8.

Damnũ præstat turpi lucro. apud Stob.

Tum demiq; homines nostra intelligimus bona, cùm quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Plaut. in Capt.

EX LATINIS.

DAmnum est, id perdidisse, quod si voluerit, emendum est. Quint. declam. 3.

Non tam cumulus bonorum iucundus esse potest, quàm molesta discessio. Cicer. 2. Tusc.

Malè parta, malè dilabuntur. idem. 2. Philip.

Non possunt in vna ciuitate multi rem, atque fortunam amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant. Cicer. pro lege Manil.

Parta amittere minus dedecus est, quàm nihil paraui sse. Sallust. in bell. Iugurth.

Semper grauior est in paucitate iactura. Curt. lib. 4.

Iudex, Iustitia, Iudicium.

EX GRAECIS.

AMor, & odiũ, & proprium commodum faciunt sæpe iudicem non agnoscere veritatem. Aristo. Rhet. 1.

Qui magnis in rebus se iustitiæ cultorem exhiberi vult, eum ius aliquando in paruis violare necesse est. Plut. de Polit.

Nemo potest simul esse & accusator, & Iudex, Sap. apud Plut. in Apophth.

In seueritate iudicis sita est legum autoritas. Demost. cont. Mid.

Etiam religiosus iudex potest præuè iudicare. Demosth. aduers. Arist.

Iudicantes eadem mente præditos esse oportet, quæ legislatores. Lysias apud Stob.

Præstat parum bene, quàm multa insufficienter determinare. Plat. de Scient.

Difficile est, nobis iudicare id nõ esse bonum, in quo naturaliter delectamur. Arist. Eth. 2.

Melius est iudicare secundum leges & literas, quàm ex propria scientia, vel sententia. idẽ Polit. 2.

Mallem inter inimicos iudicare quàm inter amicos. quippe ex inimicis alterum futurum inimicum. Bias apud Laër. lib. 1.

Nunquam decernas, audias nisi iu

tu prius ambos. apud Plat. de consult.

Nihil magis contrariũ est iudicio, quàm sine iudicio perscribere aliquẽ. Demost. aduers. Arist.

Tum in omnibus iudicijs præteritam vitam cõsiderare oportet, tum in illis causis maximè, in quibus ipsa vita accusatur. apud Stob.

Præclarissima virtutum est iustitia. Arist. Eth. 5.

Sine iustitia impossibile est habitari ciuitatem. idem Polit. 3.

Ad iustitiam exercendam vtile est nonnunquam, & quod iustum est prætermittere. Plut. de curios.

Iugum staterámque ne transcendas. id est, plurimum fac iustitiã, nec eam vllo modo transcẽdas. Pyth. apud Plut. de educ. liber.

Iustitia est virtus animi, vnicuiq; secundum dignitatem distribuẽs. Arist. apud Diog. lib. 5.

Summo iure vtere moderatè: nauis enim summa vi tensis rudẽtibus mergitur, erigitur iterum, si laxaueris rudentes. Enuip. in Orest.

Iustitiæ seruant lucem, multos effugiet hominũ sermones. idem in supplic.

Iustitiæ est, distributiuum esse eius, quod est secundum cuiusq; dignitatem, & tueri patrias consuetudines, & instituta, & seruare scriptas leges, & vtile iudicium esse in controuersijs, & stare conuentionibus, sectatur autem iustitiã, & sanctitas, & veritas, & fides, & vitiorum odium. ibidem.

Iustitia harmonia, & concordia est totius animæ cum conciuitate. apud Stob.

EX LATINIS.

ODit iudex litiganti securitatem Quint. lib. 4.

Quod prudentior sit iudex in deprehendẽdo scelere, quàm reus in admittendo, hoc esse in causa puto, quòd alter tantùm pro se cogitat, alter pro parte vtraque. idem Declm. 1.

Prætoris non solùm manus à pecunia, & lucro, sed etiam oculi à libidinoso: aspectu continentes esse debent. Max. libro. 4.

Ad pœnitentiam properat, citò qui iudicat.

Cùm iudici dicenda sententia est, meminerit se Deum habere iudicem, id est, mentem suam, quæ nihil homini dedit ipse Deus diuinius. Cicer. Offic.

Est sapientia iudicis in hoc, vt nõ solùm quid possit, sed etiam quid debeat, Ponderet: nec quantum sibi permissum meminerit, sed etiam quatenus commissum sit. idẽ pro Rabir.

Nec cõtra rempub. nec contra iusiurandum amici causa vir bonus

nus faciet, nec si iudex quidem erit de ipso amico, ponit enim personam amici, cùm induit iudicis: nam si omnia facienda sunt, quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed conjurationes putandæ sunt. idem 3. Off.

Iudex bonus nemo esse potest, qui suspicione certa non mouetur. Cicer. in Verrem.

Scriptum sequi calumniatoris est: bonæ verò iudicis autoritatem, voluntatémq; defendere, quæ lex enim, quod senatusconsultum, quod magistratus edictũ non infirmari, aut conuelli potest? Si aduerba delectere volucrimus: consilium autem qui scripserãt, & rationem, & autoritatem relinquamus, non enim ex verbis pendet ius, sed verba seruiunt hominum consilijs, & autoritatibus, nec verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba in leges coiecta sunt. idem pro Cæcina.

Tanto melior speratur magistratus, quanto sæpius fuerit. Plin. Iun. in Paneg.

Magistratuum delicta iudicanda grauius, quàm plebeiorũ.

Æstima iudicia, ne numeres. Senec. Epist. 29.

Maximum bonæ sententiæ præmium est, bene iudicasse. Plin. Iun. in Paneg.

Grauissima est iustitiæ vindicta, cum facimus mensuræ penè est. Quint. declam. 2.

Iustitia sine prudentia, plurimũ poterit, sine iustitia nihil valebit prudentia. Cicer. 2. Off.

Primũ iustitiæ munus est, vt nulli noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde vt cõmunibus pro communibus vtatur: priuatis autem vt suis. idem 1. Off.

Solitario homini, atq; in agro degenti iustitiæ opinio necessaria est, atq; ijs etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendúsq; negotijs implicantur, iustitia ad rem gerendam necessaria est: cuius tanta vis est, vt ne illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. idem Off. 2.

Totius iustitiæ nulla est capitalior pestis, quàm eorũ, qui tunc cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri videantur. idem 2. Off.

Officijs scientiæ anteponẽda sunt officia iustitiæ. Considerate enim agere plus est, quàm considerare prudenter. ibid.

Nihil aliud iustitia est, quàm iniustitiæ priuatio. Gel. lib. 5.

Egregium in primis est vt foris, ita domi, vt in magnis, ita in paruis, vt in alieno, ita in suis agitare iustitiam. Plin. Iun. lib. 7.

Ius laborat, non extinguitur. Liuius lib. 2. Dec. ad. 3.

Omnia sunt incerta, cum à iure discessum est. Cic. ad Papir.

Nihil

Universidad de Deusto Biblioteca

Nihil est iuri tam inimicum, quàm vis. Cicer. pro Cæcin.

Maximè ducuntur quidam, vt eos iustitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum honorem, gloriaue cupiditatem inciderint. Cicer. 1 Off.

EX SACRIS.

IVstum est homines propter iustitiam diligere, non autem propter homines iustitiã postponere. *Greg. in Reg.*

Iustitia vincit odiũ. in hist. Sax.

Facilè deuiat à iustitia, qui in causis non deum, sed homines pertimescit. Chrys.

Iustitia sine misericordia non est iustitia, sed crudelitas: sicut & misericordia sine iustitia, non est misericordia, sed fatuitas. idem.

Iustitia est animi libertas, tribuens vnicuiq; suam propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosam misericordiã. Ans. cur Deus homo.

Iustitia temperata sit. Ambr. de Vid.

Vigor iustitiæ semper feruidus sit, sed nunquam præceps. Bern.

Iustitiæ actio, libertas dicitur. Ansel. sup. epist. ad Rom.

Non sufficit Christiano, vnam partem iustitiæ implere, cùm vtraq; præcipitur. Hier.

Sicut nonnunquam grauius est peccatum diligere, ita nequius est, odisse iustitiam, quàm non fecisse. Greg. 5. mor.

Iustitia regis, pax est populorũ, tutamen patriæ, immunitas plebis, tẽperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, cura languorum, gaudium hominum, hæreditas filiorum, & sibimet ipsi spes futuræ beatitudinis. idem.

Regula iustitiæ manifestæ est, quòd à vero non deceat declinare bonum virum, nec damno iusto afficere quenquam, nec aliquid dolo amittere rei suæ. Amb. de Off.

Iustitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens, non quãtum ad actum, sed quãtum ad effectum. apud Iurisconsul.

Vera iustitia compassionem habet, & non ex odio, sed ex bono Zelo coërcenda. apud eosd.

Iuris præcepta tria sunt, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuiq; tribuere. ibid.

Iustitia etiam hostibus debetur. Amb. in Epist.

Ius commune natura, priuatum vsurpatio facit. idem 1. Off.

Iustitia præponenda est pietati. Greg. 19. mor.

Bonorum causa, iustitia est. idem 26. mor.

Vnde agnoscitur, quid est iustitia,

inde eruditur, vt videat, quid est culpa. idem Mor. 31.

Summum in regibus bonum est, iustitiam colere. idẽ epist. 119.

Iustitiam diuinam post peccatum non timere, periculosum. in 1. Reg.

Non sensus, sed animus in falsè iudicando fallitur. August. lib. 12. de Genes.

In paupertate æquitatem seruare, noua ac perfecta iustitia est. idem in Quæst. ex vtroq; test.am.

Sine iustitia ne Iupiter quidem principem agere potest. Lud. Viues sup. Aug.

Iustitia sola respub. sustentatur. Aug. 2. de Ciuit. Dei.

In iustitia sua inflatus, Deo odibilis est. idem sup. Psal. 41.

Humana iustitia, iniustitia, si diuinitus districtè iudicetur. idem 21. Mor.

Iustitiam falsam habentes, alios despiciunt. Gregor. in Euang. Homil. 34.

Iustitia via est, per quam ad iustitiam venitur. Ber. in Epiph. dom. Serm. 4.

Iustitiæ prima portio, non peccare: secunda, per pœnitentiam damnare peccatum. idem in Annunc. beat. Mar. Ser. 1.

Iustitiam cùm fecerit, sac & pacem. idem de Verb. Apost.

Modum iustitia quærit. Bern. de Consid. lib. 1.

Iudicium vendi non debet. Augst. epist. 54.

Damnatur vbiq; præceps iudicium, sed potissimum in exitiũ.

Iudicium absolutum nõ debet esse in rebus dubijs. Greg.

Dines citò iudicium corrũpit muneribus, pauper autem dum nõ habet, quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. idem 3. de summo bono.

Iudicium temerarium maiis nocet iudicanti, quàm iudicato. August. lib. 2. de Serm. domi. in monte.

Non firmum decretũ potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum. Cypr. Epist. lib. 2.

Quicunq; cõsanguinitate, aut amicitia, aut è diuerso hostili odio, inimicitijs in iudicando ducitur, præuertit iudicium dei christi, qui est iustitia. Hier.

Iudicium Dei imprecari, maledicentis est. Aug. sup. Psal. 53.

Sine indicio nemo debet condemnari. Greg. in Reg.

Iudicium in alium non ferimus, nisi quia illo nos honoratiores reputamus. Bernard. sup. Cant. Serm. 16.

Iudicij censuram ira enecuat, mollior affectus præcipitat. idem de Consid. lib. 3.

Ignorantia iudicis, sæpe sit calamitas innocentis. August. lib. 9. de Ciuit. Dei.

Mitigat iudicem pudor reorum: excitat

excitat autem pertinacia denegantium. Ambros. de Cain, & Abel.

Iudicis non est, sine accusatore damnare. Amb. 1. ad Corint.

Mitigat vim doloris considerata æquitas ferientis. Greg.

Corruptio est, quicquid offertur lite pendente. Chrysost.

Apud bonos iudices satis habent firmitatis vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimoniis. Lact.

Iudex peccatis veniam dare non potest, quia voluntati seruit alienæ, deus autem potest, quia est legis suæ dispensator, ac iudex. Lact. de ira Dei.

Iniquum iudicem dicimus, non qui iniustè iudicat, sed qui rigidus est, & parum reo fauet. Erasm. in Epist.

Vos non attenditis merita causarum, sed personarum, non iura, sed munera, non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet: non quod sentiat, sed quod mens cupiat: non quod liceat, sed quod lubeat: nunquam in vobis est, ita simplex oculus, vt totum corpus sit lucidum, sed aliquid semper admittitis fermenti, quo totam massam corrumpitis. Innoc. lib. 2.

Pauperum causam cum mora negligitis, diuitum causam cum instantia promouetis, in illis rigorem ostenditis: in istis ex mansuetudine dispensatis: illos cum difficultate respicitis: istas cum facinore tractatis: illos negligenter auditis: istos subtiliter auscultatis. ibid.

Alienum te à personis omnium redde iudicio, ac propter iustitiam in iudicio pauperem non defendas, nec propter gratiam diuiti indecenter assistas, aut si non potes facere, cognitionem respue causarum. Hier. ad Damas.

Non vos iudicetis malevolos esse, quando alterius crimen iudicatis, magis quippe nocentes estis, si fratres vestros, quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire permittatis. August. de Comm. vit. cler.

Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Greg. in Homil.

* Lucem debet aspicere, qui de tenebris vult iudicare. idem.

Facilius est de alienis iudicare, quàm de suis. Lact. lib. 2.

Aduocatus potest vendere patrocinium suum: consultus potest vendere consilium suum: iudex autem non potest vendere sententiam suam. apud Iurisconsul.

Apud misericordē iudicem nunquam sine venia culpa relinquitur. Greg. 27. Mor.

Iustus iudex transfert se in personam proximi. idem 19. Mor.

Iudicem aditurus, patronū conquirat. idē in Euang. Hom. 35.

Iudex vtrique parti litiganti se exhibeat cōmunē. idē in regist.

Iudex habeat actionē districtā, & linguam mitem. ibid.

Iudex citius ad preces flectitur, si à prauitate sua petitor corrigatur. ibid.

Nemo bene iudicat, quod ignorat. idem 27. mor.

Qui quos vult iudicat, iudicari ferat. Aug. Epist. 174.

Apud iustum iudicem sola conscientia propria timenda est. idem sup. Psalm. 37.

Iudices criminum suorum memores misericorditer agere possūt. idem Epist. 54.

Iudex noster, sit Deus. Augu. in orat. de quinque hær.

Iudex per præconem loquitur. idē tract. 13. expos. Euang.

Iudicis potestas non potest excedere vltra, quod in iudicium deductum est. apud Iurisconsul.

Iustitia, radix est vitæ. Chrysost. sup. Epist. ad Rom.

Publicum ius est, quod principaliter spectat ad communē vtilitatem. apud Iurisconsul.

Iniustitia, & maleficium.

EX LATINIS.

NVllum nefas est sine exēplo. Senec. Epist. 76.

Tuta esse scelera possunt, secura non possunt. idem Epist. 98.

Nullum scelus impunitū est, quia sceleris in scelere supplicium est. ibid.

Dignum est odio scelus, quod non habet causam. Quint. lib 7.

Difficillima est cuiusq; grauissimi sceleris fides. idem lib. 4.

Scelera non habent consiliū. idem lib. 7.

Præter animum nihil virium habet parricida. idem Declam. 1.

Omnia facinora causas aut de cupiditate, aut de simultatibus trahunt. idem Declam. 15.

Nemo parricidæ supplicio misericordia commouetur. Cicer. 4. Tusc.

Summorum facinorum ipsa immanitas, innocentia est. Quint. Declam. 19.

O superbiam inauditam, in facinore gloriari. Cic. ad Brutum.

Eo quisq; sceleratior est, quò minore causa ab honesto abducitur. Erasm. in Epist.

Facinore admisso, ad sanitatē reuerti pudet. Cæsar de bell. Gall.

Vnius hominis aut temporis scelus toti nationi perpetuam labem, & dedecus immittit. Demosthe. 1. Olynth.

Homo sacra res, iam per iocum & ludum occiditur. Senec. Epist. 96.

Mors per omnes it, qui occidit, consequitur occisum. idem Epistol. 94.

Felicius est palàm occidisse, quem timeas. Quint. Declam. 4.

Occidi non est pœna, sed exitus. idem Declam. 11.

Lucrifacit mortis atrocitatẽ, quisquis laudatus occiditur. ibid.

Nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit. ibi.

Cædes manifesta expiatur saltem pecunia. Liuius 1. Dec. lib. 1.

Inuidiosa res est fœminas occidere. Eurip. in Polid.

Quisnam hominum est? quem tu contẽtum videris vno flagitio, Iuue. Sat. 10.

Iniustitia, vitium est animi, quo amplius, quàm par sit, sibi sumunt. Arist. de virtu. & vit. diui. Sion.

EX SACRIS.

QVi sine publica administratione maleficum occidit, velut homicida iudicabitur. Aug. 1. de Ciuit. Dei.

Nihil interest vtrũ ferro, an verbo occidas. Lact. lib. 6.

Tot occidimus, quot ad mortem quotidie tepidi & tacentes videmus, Greg. sup. Ezech.

Qui bonum odit in homine nunquid homicida poterit appellari? adhuc viuit homo, & iam est reus mortis. Bern. in quod. serm.

Maleficium nullum sine formidine est, quia nec sine cõscientia. Tertul.

Maleficio præda cõiũcta est. Lac.

Non est immunis à scelere, qui vt faceret, impetrauit. Cypr. lib. 2. Epist.

Scelus vindicta sequitur. Cypr. lib. 4. Epist.

Non est magni negotij occidere. Erasm. in Epist.

Ita scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione præualeant. Cypr. Epist. 1.

Lædere nemo non potest. Erasm. in Epist.

Parricidis legem nullam solon constituere voluit. Aug. lib 3. de Ciuit. Dei. cap. 6.

Homicidij radix, iracundia est. Chrysost. sup. Matth. Hom. 17.

Homicidium, diaboli opus. ibid.

Magister autor factus malitiæ, maius meretur supplicium. idem sup. Epist. ad Cor. Homi. 9.

Nocens est, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcit. Chrys.

Iniustitiam satius est ferre, quàm facere. Aug. lib. 2. confess.

Ciuitati nihil tam inimicum, quàm iniustitia. idem lib. 2. de Ciuit. Dei. cap. 21.

Lex.

EX GRAECIS.

LEgum latio ad regem pertinet. Plato de regno.

Lex est veritatis imitatio. ibid.

Lex est veritatis inuentio. ibid.

Sicut optimũ animaliũ homo lege fruens, sic pessimum animalium est homo à lege & iustitia separatus. Arist. Polit. 1. Senec.

Sententia communis, quæ vim suã in plures potest extendere, non est despicienda, sed dum vni negotio propriè conuenit, ad similia nihilominus traducenda est. Plut. de Poët.

Vtere legibus antiquis: obsonijs verò recentibus. Demetr. Phal.

Optima ciuitas est in qua omnes legem nõ minus, quam tyrannum timent. Bias apud Plutl. in conu. 7. Philos.

Ciuilia iura violari possunt, naturæ non possunt. idẽ in Apoph.

Paucis legibus opus est pauca loquentibus. ibid.

Leges hominum, non homines legũ esse dominos oportet. Paus. ibid.

Lex est hominibus temperatis Deus, intemperatis verò voluptas. Plat. Epist. 9.

Si quis omne genus legum proponeret hominibus, & optimas sibi consideratis omnibus diligere iuberet singuli suas recepturi essent. ita quilibet omniũ longè præstantissimas suas leges existimant. Herod. apud Stob.

Qui paucis vtuntur legibus, non habent opus legibus. ibid.

Qui legibus seruit, dijs seruit. Plato de legib. Dial. 6.

Necessarium est, naturæ condolere: legi autem suffragari. Bias ibid.

Oportet leges aceriter statui: mitius autem, quàm ipsæ iubẽt, pœnas sumere. Sene. apud Stob.

EX LATINIS.

NOn agnoscunt leges aut iura miseros. Quint. Decla. 11.

Legibus proposita sunt supplicia vitijs: præmia autem virtutibus. Cicer. 1. de Orat.

Principio leges tales sint, quæ non ad opes, pecuniásq; comparandas, nec ad libidines mẽtes conuertant, sed cùm tria sint: anima, corpus, pecunia, virtutem animi maximè anteponãt. secũdo verò, virtutẽ corporis, tertio, vltimóq; gradu pecuniarũ pretium collocẽt, animo, corporiq; minist̃rant. Plat. Epist. 9.

Leges sunt inuentæ, quæ cùm omnibus vna, eademque voce loquerentur. idem 2. Offic.

Nihil est tam ad ius cõditionémq; naturæ, quàm lex, sine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. idem 3. de leg.

Maior hæreditas venit vnicuiq; nostrũ à iure, et legibus, quàm ab ijs, à quibus illa bona relicta sunt, nam vt perueniat ad nos fundus testamẽto opus est, vt retineamus, quod nostrum factum est, sine iure ciuili non potest. idem pro Cæcin.

Silẽt leges inter arma. idẽ p Mil.

Hoc spectant leges, hoc volunt: incolumem esse ciuium coniunctionem. idem 3. Offic.

Vt corporæ nostræ sine mẽbris: ita ciuitas sine lege. idẽ pro Cluent.

Vt ex medicina nihil oportet expectare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectat, quoniam eius causa est instituta: sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod reipu. cõducat, proficisci, quomiã eius causa sunt comparata. idem 1. de inuent.

Publica instituta priuata pietate præferenda iudico. Max. lib. 2.

In minimis quoque rebus, omnia antiquæ consuetudinis momẽta seruanda sunt. idem lib. 2.

Non aliquid in vniuersum, quod quasi certam formam habeat, cõstitui potest. Pli. Iun. lib. 10.

Respice quid moneant leges, quid curia mandet. Iuuen. Sat. 8.

Legibus solui licet in casu opportuno. Liu. lib. 10. Dec. 1.

Legum imperia potentiora, quàm hominum. idem lib. 2. Dec. 1.

Lex noua semper abrogat antiquæ. idem lib. 3.

Res fortis, lex est, si principem habeat. Pub. Mim.

Improbus orator leges subuertit. idem.

Legum finis est conseruatio bonorum. Demosth. in Epist.

In legibus sita est iudicum autoritas. idem Cont. Mid.

Legum autoritas sita est in seueritate iudicii. ibid.

Legũ autoritas prauitati cõsuetudinis anteferẽda. idẽ cont. eũd.

Non quantum valeat decretum, sed voluntas scriptoris attendenda est. idem aduers. Arist.

Non indulgendum leges de industria violãti. Demosth. aduersus Theoc.

Si esset ista cognitio iuris magna, ac difficilis, tamen vtilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum dicendi laborem impellere. Cicer. 2. de Orat.

Veri iuris germanæq; iustitiæ solã dã, ac expressam imaginẽ nullam habemus, vmbra, & imaginibus vtimur. idẽ 3. de Offic.

Iura inuenta metu iniusti. Horat. lib. 1. serm.

EX SACRIS.

QVi lege accepta nati sunt, pleriq; lucem nõ viderũt. Greg. lib. 4. mor.

Lex omnium artiũ, ipsa veritas. Aug. de verb. relig.

Leges multa concedunt, quæ diuina prouidentia puniuntur. idem lib. 1. de lib. arbit.

Legibus mali boni probantur: bonis mali emendantur. idẽ lib. 3. contr. Cresc.

Puniuntur acrius, qui sub manifesta lege peccant. idem in quæst. ex vtroque test.

Ratio legem commendat. Tert. de corona milit.

Patrum instituta non temerè deserenda. Basil.

Leges conscientiam punire non possunt. Lact. de ira Dei.

Lex

Lex pauciloqua est, personarum autem infinitæ circunstantiæ. Erasm. in Epist.

Factæ sunt leges, vt earum metu coërceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocẽdi facultas. Isidor. 2. Ethym.

Qui legem carnaliter accipit, insulsum cibum comedit. Grego. lib. 6. mor.

Laborem legis Christus mutauit in libertatem. idem. 28. mor.

Lex à loco vim habet. idem aduersus. Orat. 4.

Erit lex iusta, possibilis, secũdum naturam, secundum consuetudinem patriæ loco, temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatẽ in captione cõtineat, nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuium ascripta. ibid.

Lex est cõstitutio populi, qua maiores nati, simul cum plebibus aliquid sanxerunt. apud iurisconsul.

Lex est testatoris voluntas. ibid.

Ratio legis, est anima legis. ibid.

Ratio naturalis sufficit pro lege. ibidem.

Constitutio nona publicata, non ligat absentes, & infirmos tempore publicationis. ibid.

Lex natura maior est, quam legũ perscriptio. Amb. 1. de Abrah.

Metu legum coërcenda vitia. Augustin. Epist. 54.

Legibus terrenis etiam aliquando sancti vtuntur. idem lib. 2. cont. Polic.

Leges sunt instrumenta mundatoria. idem serm. 22. de verb. Apost.

In plebem vim habent leges, in potentes mutæ. Pius Papa apud Platinam.

Res grauiores armis, non legibus definiuntur. ibid.

Iura humana per reges Deus gẽtibus tribuit. August. tract. 7. exposit. Euang. Ioann.

Lex vniuersalis est, nemini faciẽdum, quod pati non vis. idem lib. 2. de ordine.

Lex habens plures intellectus, non potest præcisè ad diuisionem causarũ allegari. apud iurisconsul.

Lex malitiæ hostis est. Chrysost. sup. Epist. ad Roman. serm. 12.

Leges communes sunt, etiamsi solũ ad viros videantur tendere. Chrysost. sup. Matth. Homil. 17.

Lex legislatori subiecta est. idem sup. Matth. Homil. 21.

Legis exercitia corrigunt animam. ibid.

Lex non inuenitur absque pœna. idẽ sup. Act. Apost. Homil. 5.

Violentia.

EX GRAECIS.

NVllum violẽtũ est perpetuũ. Arist. de cœl. & mund.

Vi nihil agendum. Cleob. apud Diog. lib. 1.

Violentia comites habet, inimicitiam, atque periculum. apud Stob.

EX LATINIS.

NOn qui iussus aliquid agit, miser est, sed qui inuitus. Senec. Epist. 62.

Longam facit operam, quod repugnamus. Quint. lib. 12.

Multo plura sunt, quæ negantur, cùm præstant inuiti. Quintil. declam. 5.

Quicquid in alicuius honorem inuentum est, desinit priuilegium vocari, si cogas. Quint. declam. 7.

Genus seruitutis est, coacta libertas. ibidem.

Nulla pœna est, nisi inuito. idem declam. 11.

Non modo quod nõ possumus, sed neque quantum possumus quidem cogimur. Cat. maior.

Quicquid imperio cogitur, exigẽti magis, quàm præstanti acceptum refertur. Max. in Epist.

Violento similiter resisti solet. apud Terent. in Eun.

Nihil tam facile est, quod non fiat difficile, si inuitus feceris. in Hist. Sax.

Nihil iuri tam inimicum, quàm vis. Cicer. pro Cæcin.

Vi opus est, vt vim repellamus. Curtius lib. 8.

EX SACRIS.

INuitus, & volens, & nolens potest esse. August. de duab. anim.

Inuitus qui facit, etiam voluntate fecisse videtur. idem de Spir. & anima.

Nemo inuitus bene egit, etiamsi bonum est, quod agit. Aug.

Violẽtorum nõ est adiutor Deus. Greg. lib. 10. mor.

Violentia est cœlis inferẽda. idem sup. Psalm. 7.

Non omne, quod vi sumitur, iniurioſe aufertur. August. Epist. 54.

Cogi homines, & non docere inutile est. Epist. 127.

Vsus, & consuetudo.

EX GRAECIS.

MVlta, quæ naturaliter non sunt delectabilia, cùm assuefacta sunt, delectabilia fiunt. Arist. Rhet. 1.

Omne consuetũ est delectabile. ibi.

Quod consuetum est, velut innatum est. ibid.

Omne inconsuetum est obscurum. idem Top. 6.

Cõsuetudo est altera natura. idem Physi. 2.

Consuetum semper est notius. idem Metap. 2.

Quam vim habeat consuetudo, legeſ oſtendunt, in quibus plus valent fabuloſa, & puerilia cognitione de ipſis propter conſuetudinem. ibid.

Non parum differt à iuuentute, ſic, vel ſic aſſuefieri, ſed multum. idem Eth. 2.

Optimam tibi viuendi rationem elige, eam tibi iucundam reddet conſuetudo. Plut. de vtil. cap. ab inim.

Non tam durum est non accipere, quàm ſolitum non accipere. Xenoph. apud Volat.

Quicunque non conſueuit guſtare mala, fert quidem, ſed dolet cernicem imponens iugo. Euip. in Hecub.

EX LATINIS.

TArdum est & rarum, quod vſus docet, quicquid natura tradit, & æquale est omnibus, & ſtatim. Sen. Epist. 122.

Res ſordida est, trita, & vulgaria via viuere. idem Epist. 123.

Inter cauſas malorum noſtrorum eſt, quòd vimimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. idem Epist. 124.

Conſuetudinis magna vis est, pernoctant venatores in niue, in montibus vri ſæpatiuntur. Cicer. 2. Tuſcul.

Conſuetudo laborum perpeſſionem efficit faciliorem.

Conſuetudo peccandi maleficij remouet dubitationem. Cicer. 2. ad Herenn.

Alienis magis, quàm noſtris vtimur. Plin. Senior lib. 29.

Placet aſſuetudine vultus.

Qui ſemel imbuerit, nugas nutricis amabit,

Qui refugit matrem. Auſon.

Quod malè fers, aſſueſce, feres bene multa vetuſtas.

Lenit. Ouid. 2. de art. amand.

Graniſſimum est imperium conſuetudinis. Pub. Mim.

Gutta cauat lapidem, conſumitur anulus vſu,

Et teritur preſſa vomer aduncus humo. Ouid. 4. de Pont.

Quæ ex vſu ſunt, non timentur. Veg. lib. 3.

Cõſuetudo domina est verborum. in Hiſt. Sax.

Vſus & inuentorum ab alijs ſcietia, & diſpoſitio, puta, relicta nobis medicamenta, quibus ſanarẽtur oculi. Senec. Epist. 65.

Quæcunque attribuit cõditio naſcendi, & corporis temperatura, cùm multum ſe diuque animus compoſuerit, hærebunt. Liuius 3. Dec. lib. 3.

EX SACRIS.

IPſa mutatio cõſuetudinis, etiam quæ vtilitate adiuuat, nouitate perturbat. Aug. lib. 1.

Facilè cor humanum omnibus, quæ frequentat, adhæret. Bern.

Conſuetudo debitores facit. idem.

Ægrè reprehendas, quod finis conſueſcere. Hier. ad Latam.

Consuetudo, quasi secunda, & quasi affabricata natura dicitur. Aug. lib. 6. de musica.

Solet recta opinio prauam deprauare consuetudinem, & prauа opinio rectam depraуare naturam. idem. de doctr. Christ.

Peccata quamuis magna, & horrenda cùm in consuetudinem venerint, aut parua esse, aut nulla creduntur, vsqueadeò vt non solùm non occultanda, verumetiam prædicanda, diffamandáque credantur. Aug. in Ench. cap. 82.

Vincere consuetudinem, dura est pugna. idem sup. Psalm. 30.

Consuetudo est ius quoddam moribus constitutũ, quod pro lege suscipitur, & tenetur, cùm ea deficit. Isid. lib. 2. Eth.

Consuetudo autoritati cedat: prauum vsum lex, & ratio vincat, cùm verò nec sacris canonibus nec humanis legibus cõsuetudo obuiare monstratur, inconcussa seruanda est. Isid. in Synon. lib. 2.

Consuetudo sine veritate, vetustas erroru est. Cypr. in Serm.

Consuetum quicquid est, semper præsumitur. apud iurisconsl.

Consuetudo est optima interpres. ibidem.

Consuetudo, quæ sine peccato seruari non potest, non valet. ibi.

Cõsuetudo habet potestatem principii. ibidem.

Consuetudo facit cõtractũ vsurariũ haberi pro nõ vsurario. ibi.

A consuetudine non est recedendum, nisi rationi aduersetur. Aug. lib. 2. Music.

Consuetudo cedat, veritate manifestata. idem lib. 6. de Bapt.

Nihil firmius, si consuetudini veritas suffragetur. idem lib. 4. de Bapt.

Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. Greg. sup. 1 Reg.

Non bene olet, qui bene semper olet. Hier. ad Demet.

Vsus citò commutat naturam. Amb. 1. de off.

Vsus artẽ fecit. idem sup. Psal. 37.

Cœpit esse licitum, quod publicum. Cypr.

Vsus facit virtutes, non natura, tuum est autem abutendo facere vitia, aut bene vtẽdo virtutes. Bern. de consid. lib. 2.

Communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli, etiam in scriptura diuina, & in materia odiosa, & stricta, seu pœnali. apud iurisp.

Consuetudo contemptum affert. Chrysost. sup. Ioann. Hom. 34.

Consuetudo secunda natura est. idem sup. Epist. ad Corinth. Hom. 7.

Cõsuetudo iura naturæ immutat. idem de milit. spirit. Homil.

Consuetudo pessima non statim abũcitur. idem de pœnit. Homil. 3.

Abusio.

EX SACRIS.

Magna abusio, parcitas putatur auaritia, sobrietas, austeritas creditur, silentium tristitia reputatur. Bern. in Apolog.

Dominari ancillam, & ancillari dominã, magna abusio est. idẽ.

Res quidem monstruosa est, Philosophus curialis, & dum vtrunque esse affectat, neutrum est eo, quòd curia philosophum excludit, & ineptias curiales philosophus vsquequaque non recipit. Chrysosto. de nug. Cur.

Cæco lumen, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre, labor irritus. Cypr.

Duodecim sunt abusiones claustri, quibus tota religionis summa corrumpitur: scilicet prælatus negligens, discipulus inobediens, iuuenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus causidicus, habitus pretiosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerẽtia iuxta altare. Hug. lib. 2. de Claust. anim.

Ridicula res est, aut magis periculosa, speculator cæcus, præcursor claudus, prælatus negligens, præco mutus. Gilbert.

Duodecim sunt abusiones seculi: scilicet sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, dines sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dominus sine virtute, Christianus contentiosus, pauper sine disciplina, populus sine lege. August. de 12. abus.

Inter abusiones huius seculi solæ maior est, senis obstinatio. Hugo de claust. anim. lib. 2.

Abusus lugẽdus, quo vitia reputãtur virtutes. Bern. in Apolo.

Locus.

EX GRAECIS.

Maximum omnium, locus est, capit enim omnia. Thales apud Diog. lib. 1.

Viri loca faciunt honorata, non loca viros. Agesil. apud Plut. in Apophth.

Forum ad fallendum inuicem, & ad dãdas auaritiæ manus destinatus locus est. Anach. ibid.

Angustiæ, & incommoditas locorum rixas parit. Demosth. in arg. lib.

Homini felicitatem locus nullum: sicut nec virtutem, nec animi præstantiam aufert. Democr. apud Stob.

Quibus in locis calamitosus aliquis fuit, ad istos accedere nequaquam gaudet. ibid.

EX LATINIS.

Magis quis venerit, quàm quo interest. Sen. Epi. 28.

Omni loco bene viuere positum est.ibidem.

Non tantùm corpori, sed etiam moribus saluber locus eligendus est.idem Epist.51.

Multum ad tranquillitatem locus confert.idem Epist.53.

Veteres inquilinos indulgentia loci, & consuetudo etiam inter iniurias detinet. idē Epist. 71.

Apertiora sunt ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aër sit purus, ac tenuis, quàm eorū, qui vtuntur crasso cœlo, atque concreto, quin etiam cibo, quo vtrūq; interest ad mētis actem. Cicer. 3. de nat. deorum.

Salubritas loci non incolarum colore detegitur, quoniam assueti in pestilētibus durant. Plin. senior lib. 18.

EX SACRIS.

NOn locus consuetudinem, sed consuetudo locum exornat. Grego.

Medius locus, tutus est. Bernar.

Castitas etiam loci abolet infamiam, non locus infamat castitatem. Ambr. 1. de Virg.

Locum appetens indebitè superiorem, in vltimo est constituendus. Greg. in reg.

Locus iustorum bona conuersatio est, idem in 1. reg.

Locus prædicatoris, non iacendi, sed stadi officium habet. ibid.

Ciuitas, & resp.

EX GRAECIS.

VT ciuitas bene regatur, aut philosophos regnare oportet, aut reges philosophari. Plat. de rep.

Quot mores hominū, totidem respub. ibidem.

Ciuitas, & libera, & prudens, & sibi amica sit. idē de legib.

Vbi præses erit philosophus, ibi ciuitas erit fœlix. Arist. Eth. 2.

A mulieribus malè regitur ciuitas. idem Polit. 1.

Ciues sunt socij vnius ciuitatis. idē Polit. 2.

Maximum ciuitati bonū est amicitia. ibidem.

Omnis ciuitas artificibus indiget. ibidem.

Ciuitas est ciuiū multitudo. idem Polit. 3.

Ciuitas non est vna propter eosdem muros, sed propter eandem Politiam. ibid.

Melius est ciuitatem regi à viro optimo, quàm à lege optima. idem Polit. 3.

Non est idem bonus vir, & bonus ciuis. ibid.

Oportet optimam ciuitatem de virtute esse solicitam. ibid.

Politia est ordo quidam habitantium ciuitatem in principādo, & subijciendo. ibid.

Quicunque politicè inuendunt vtilitatem communem, rectè sunt iusti. ibidem.

Sine iustitia impossibile est habitari ciuitatem. ibid.

Ciuitas non constat ex vna parte tantùm, sed ex multis, quarum vna sunt agricolæ, alia artifices manuales, alia qui negotiantur circa forum, alia mercenarij, vltima propugnatores, & armigeri, quos in ciuitate necessarium est existere, si non debeat inimicis seruire. Arist. Polit. 4.

Bona fortuna est ciues mediocrem substantiam habere, tanquam sufficientem eis, quia per tales bene regitur ciuitas. ibid.

Magnæ ciuitates magis sunt cum seditione, quàm paruæ. Arist. Polit. 4.

Non solùm oportet Politiā è principio instituere, sed etiā oportet ipsam corrigere. ibid.

Sine principibus impossibile est, esse ciuitatem. ibid.

Politiæ maximè dissoluuntur, propter iustitiæ trāsgressionē. idem Polit. 5.

Necessarium est in ciuitate omni aliquid emi, & aliquid vendi. idem Polit. 6.

Optimus populus est, qui terræ colendæ deditus est. ibid.

Ciuitas est domorum pluralitas, agro, & pecunijs sufficienter abundans ad bene viuendum. idem Oeconom. 6.

Nulla ciuitas est, quæ non aluerit intra se inuidiam, æmulationem, contentionem, quibus ex affectibus simultas potissimùm nasci consueuit. Plut. de vtil. capiend. ab inim.

Optima mihi videtur ciuitas, in qua omnes, non minus legem, quam tyrannum timent. Bias apud Pluth. in conuiu. VII. Sap.

Ciuitates tunc intereunt, cùm boni nequeunt discerni à malis. Antist. apud Diog. lib. 6.

Non est culpanda ciuitas malè audiens propter gubernatorē malum. ibid.

Colonia in barbaras prouincias deducendæ, vt nostræ inopiæ consulatur, tum vt illæ ad veram religionem, & humanitatem perducantur. Demosth. in arg. lib.

Vt coniugatorum, ita etiam vrbium dispar est fœcunditas. ibidem.

Vrbes ac regiones in medio potentium sitæ materiæ sunt bellorum. ibid.

Resp. societatem potius rerumpub. quàm principum quærit. ibid.

Coloniæ tāetsi rebus secundis oblitæ veteris coniunctionis, tamen in periculis ad Metropolim, tāquàm filij contumaces ad parentes confugiunt. ibidem.

Vnius imperium liberis ciuitatibus præsertim finitimis timendum. ibidem.

Arcium extructio in vrbibus non

non tam firmamentum est salutis, quàm monimentum seruitutis. ibid.

Ciuitas, vt animam, quæ rectè victura sit, scientiam complectatur: quemadmodum, qui ægrotat, medicum: & qui prosperè nauigare vult, gubernatorem. Plat. in Alcib.

Multo melior est status ciuitatis, quæ licet deterioribus, firmis tamen legibus vtitur, quàm illius, quæ bonis quidem, sed irritis. Tucyd. apud Stob.

Primùm luxuria ciuitates ingreditur, deinde saturitas, posteà contumelia, posteà exilium. ibidem.

Optima ciuitatum est, quæ viros bonos habet. Pyth. ibidem.

Si ciues magistratui obediãt: magistratus autem legibus, ciuitas in optimo statu erit. ibidem.

Optimus eius ciuitatis status mihi videtur, in qua inuriarum autorem ad ius trahunt, accusant, puniunt, etiam illi, qui iniuriam passi non sunt. ibid.

Ille populus bene compositus est, vbi remp. administrantes magis infamiam, quàm legẽ metuant. Cleob. apud Stob.

Bene ciuitati est, vbi malis imperare non licet. Pitt. ibid.

Optima ciuitas est, quæ maximè leges, minimè rhetores audiat. Cleob. ibidem.

Ciuitas virum docet. Simonid.

EX LATINIS.

NVnquam boni ciuis inutilis est opera auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacita, incessuque ipso prodest. Senec. de tranq. anim.

Proprium est ciuitatis, vt sit libera, & non solicita suæ cuiusq; rei custodia. Cicer. 2. Offic.

Ciuem ab hoste, non natura aut loco, sed animo factisq; distinguimus. Cicer Par. 4.

Respub. nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in quæ omnia nostra ponere debemus. idem. 2. de legib.

Nihil est in rebus humanis præclarius, quàm de republ. bene mereri. idem ad Planc.

Magnus est in republic. campus, multis apertus cursus ad laudem. idem Philipp. 4.

Duabus rebus continetur respub. præmio, & pœna, Solon apud Cicer. ad Brutum.

Vt corpora nostra sine membris: ita ciuitas sine lege. idem pro Planc.

Necesse est in republ. vt plus in ea valeat, qui plus sapit, pareatq; qui minus. Erasm. in Epist.

Nullum oppidis firmius ornamentum, quàm ciuium numerus. Plin. Iun. lib. 7.

Nulla prouincia est, quæ non peritos, & ingeniosos viros habeat. idem. lib. 8.

Si in

Si incolæ bene morati sunt, bene munitum est oppidum. Plaut. in Pers.

Fortuna vrbis vrbem tutatur. Liuius lib. 1. Dec. 2.

Populus vltus, aut ciuitas nõ diutius, quàm necesse est, permanebit in ea conditione, cuius eum pœnitet. idem lib. 8. Dec. 1.

Nulla magna ciuitas quiescere diu potest, si foris hostem non inuenit, quærit domi. idem lib. 10. Dec. 3.

Respub. incolumis, res priuatas seruat. Liuius lib. 6. Dec. 3.

Vir virum, & ciuitas seruat ciuitatem.

Sua cuiq; ciuitati religio est: nostra nobis officia, non eadem disparibus ætatibus tribuuntur: aliaq; sunt iuuenum, alia seniorum, alia constantis ætatis, sunt & extrema quædam senectutis studia. Cat. mai.

EX SACRIS.

CIuitas à conuiuentium conuersatione dicitur. Greg. lib. 12. Mor.

Vnaquæq; ciuitas, ac prouincia suos habet mores, suos sensus, qui tolli sine perturbatione rerum subitò non possunt. apud Platiuam,

Vrbanus suam domum ciuitati, ciuitatem regioni, regionem mundo, mundum Deo subiecit Pius secund. apud Plat.

In bene ordinata ciuitate etiam carnifex suum locum tenet. Augusti. lib. 2. de Ordine. cap. 4.

In ciuitate concordia idem est, quod harmonia in musica. idẽ lib. 2. de Ciuit. Dei. cap. 22.

Ciuitatis suæ Deus ipse vita, & victus est. idem lib. 21. de Ciuit. Dei. cap. 11.

Ciuitatis Dei finis, est vita æterna in pace. idem lib. 19. de Ciuit. Dei.

Ciuitati nihil tam inimicũ, quàm iniustitia. idem lib. 2. de Ciuit. Dei.

Ciuitates quò maiores eò deteriores. Chrysost. de Orat. dom. Serm.

Tunc totum Reipubl. corpus roboris sui integritate vigebit, tunc optimæ compositionis suæ specie venustabitur, & elegantis pulchritudinis decorem induit, si singula quæq; locum teneant sortita decenter, si fuerit officiorum non confusio, sed distributio. Chrysost. in Polic. lib. 1.

Multò gloriosius est ciuitates condere, quàm euertere. Erasm. in Epist.

Ager, & agricultura.

EX GRAECIS.

AGricolæ magis appetunt lucrum, quàm honorem, & ideo delectabilius est eis laborare,

rare, quàm principem agere, & dominari. Arist. Polit. 5.

Ignauæ sunt ad agros colendum manus bene educatæ. Eurip. in Rhe.

Viuēdi pater est hominibus ager. apud Stob.

Dum pacis amans, intueor agrū, odi ciuitatem. ibid.

Iustissima hominibus possessio est ager. ibid.

Agricola semper in proximū annum dives est. ibid.

Agriculturæ suauitas nonnihil amari mixtum habet. ibid.

Agricultura res est infinita, & nunquam absoluitur. idem.

Agricultura aliarum artium parens. ibid.

EX LATINIS.

OMnium rerū ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homini libero dignius. Cic. 1. Offi.

Vita rustica maximè disiunctа est cupiditate, & cum officio coniunctа. idem pro Rosc.

Vita rustica, quam nos agrestem vocamus, parsimonia diligentiæ, iustitiæ magistra est. ibid.

Agricolæ semper ita viuunt, vt quæstum nosceant nullum: fructum autem eum solum, quem labore pepererint.

Ipsa ratio arandi spe magis, & iocunditate quadam, quàm fructu, & emolumento tenetur. idem 5. act. in Verrem.

Malus est ager, cum quo dominus luctatur. Plin. Seni. lib. 18.

Falluntur, qui segnitiem prioris agri domini pro emptore esse arbitrantur, nihil est damnosius deserto agro, itaq; Cato de bono domino potius emi, nec contemnendam alienam disciplinam. ibid.

Agricolam vendacem esse oportet. ibid.

Frons domini plus agro confert, quàm occipitium. ibid.

Aruа alternis annis cessare cupiunt.

Minimè inuidiosi, minimèq; male cogitantes sunt, qui in agro occupati sunt. Cat. de re Rust.

Villicus non plus sentiat sapere se, quàm dominus. ibid.

Villicus primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. ibid.

Res rustica sic est, si vnam rem sero feceris, omnia opera sero facies. ibid.

Vtilior ager est, qui salubrior. Varro de re rust.

Agricola ad duas metas dirigere debet: ad vtilitatem, & voluptatem: vtilitas quæritur fructum, voluptas delectationem. ibid.

Nemo eadem vtilitate, non formosius quod est agrum emere vult pluris, quàm si est fructuosus turpis. ibid.

Non est prudentis, credere tellurem, quæ diuinam, & æternam iuuentam sortita, cōmunis omnium parens dicta sit, quia & cuncta peperit semper, & deinceps paritura sit, velut hominem consenescere. Col. lib. 1.

Sola res est, quæ sine dubitatione proxima, & quasi consanguinea sapientiæ est, tam discentibus eget, quàm magistris. ibid.

Agriculturæ opus non solū scientiam, sed & viridem ætatem cum robore corporis ad labores sustinendos desiderat. ibid.

Vulgaris existimatio est, rem rusticam sordidum opus esse, & id negotiū, quod nullius egeat magisterio præceptoris. ibid.

Procul vero est, quod pleriq; crediderunt, facillimam esse, nec nullius acuminis rusticationē. ibidem.

In agricultura voluntas facultasq; citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam, cùm imprudenter facta opera frustrantur impensas. Colum. ibid.

Si præsentia domini deest in agricultura, vt in exercitu cùm abest Imperator, cuncta cessant officia. ibid.

Qui agrum parabit, domum vendat, nec magis vrbanum, quàm rusticū larem colat. idem lib. 1.

Pessimè mulctatur ager, cuius dominus, quid faciendum sit, non docet, sed audit villicum ibid.

Nemo sanus debet facere sumptus in cultura sterilis soli, nec rursus pestilenti quamuis feracissimo pinguiq; agro dominus ad fructus peruenit. ibid.

Laudato ingentia rura, exiguum colito. Virg. in Bucol.

Non maior, quàm calculorum ratio exigit, ager emendus est. ibidem.

Imbecillior ager, quàm agricolæ esse debet. ibid.

Non dubium est, quin minus reddat laxus ager non bene cultus, quàm angustus eximiè. Col. lib. 1.

Emendus est ager, quo potiamur, non quo oneremur. ibid.

Non satis est possidere vel, si colere non possis. ibid.

Ager, quem mercari volueris, sæpius remensus est. Columel. lib. 1.

Cùm sit sapientis, non vbiq; emere, nec aut vbertatis illecebris, aut ex deliciarum concinnitate decipi: sic verè industrū patrumfamilias est, quicquid emerit, aut acceperit facere fructuosum. ibid.

Paterfamilias vendax sit, non emax. Cato de re Rust.

Prima adolescentia patrisfamilias agrum conserere oportet. ibidem.

Patrem familiæ claritatem spectare, & rei, & virtuti, & gloriæ est. ibid.

Ventos, & varium cœli perdiscere morem

Cura sit, ac patrios cultúsq; habitúsq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæque recuſet. Vergilius.

Nullus ager ſine profectu colitur. Colum. lib. 1.

Nusquam experimentorum varietas omittenda eſt, longéq; etiam in pingui ſolo magis audendum eſt, quoniam nec laborem nec fructum fruſtratur effectus. ibid.

Eleganter ædificet agricola, nec ſit tamen ædificator, atq; agri tantum complectatur, quantũ ne villa fundum quærat, néue fundus villam. ibid.

Quod inchoatur ædificium, ſicut ſalubri loco: ita ſaluberrima parte regionis debet conſtitui. ibid.

Paterfamilias comiter agat cum colonis, facilem ſe præbeat, & auarius opus exigat, quàm pensiones, quoniam & minus id offendit, & tamen in vniuerſum magis prodeſt. ibid.

Nulla eſt maior vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quàm operum exactio. ibid.

Dominus non vnaquaque re, cui colonum obligauerit: tenax eſſe ſui iuris debet, ſicut in diebus pecuniarum, in lignis, & cæteris paruis acceſſionibus exigendis: quarum cura maiorem moleſtiam, quam impenſam ruſticis affert, nec nobis eſt vindicandum, quicquid licet: nam ſummum ius antiqui ſummam putabant crucem: nec rurſus in totum remittendum, quoniam vel optima nomina non appellando ſiunt mala. ibid.

Res mala eſt, frequens locatio fundi: peior tamen vrbanus colonus, qui per familiam manuſt agrum, quàm per ſe colere, ab eiuſmodi enim homine pro mercede lis redditur. Columel. lib. 1.

Cum mediocris adeſt, & ſalubritas, & terræ bonitas, nunquam non ex agro ſua cuique cura reddidit, quàm colonî, nunquam non etiam villici, niſi ſi maxima vel negligentia ſerui, vel rapacitas interuenit: quæ vtraque peccata plerunque domini vitio vel committi, vel foueri non dubium eſt, cùm liceat cauere, ne talis præficiatur negotio, aut iam præpoſitus vt ſubmoueatur curare. ibid.

Paterfamilias pareat etiam minus bonis, ita vt potius timeant eius ſeueritatem, quàm crudelitatem deteſtentur: id contingere poterit, ſi maluerit cuſtodire ſubiectos, ne peccẽt, quàm negligentia ſua committere, vt puniat delinquentes. idem lib. 2.

In vniuerſum hoc magis obtinendum eſt magiſtro pecoris, ne quid

quid ſe putet ſcire, quod neſciat: quærátque ſemper addiſcere, quod ignorat. ibid.

Nonnunquam cum operarijs iocetur dominus, & aliquid ipſis iocari permittat. ibid.

Cùm multum prodeſt peritè quid facere: tum multum obeſt perperam feciſſe. ibid.

Non fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec ſenio, ſed noſtra inertia minus benignè nobis arua reſpondent. ibid.

Seu ſponte, ſeu quolibet caſu deſtituta humus cùm eſt repetita cultu, magno fœnore ceſſationis colono reſpondet. ibid.

Nihil aliud eſt colere, quàm fouere, & fermentare terram. ibid.

Studioſi agricolationis hoc primum docendi ſunt: vberrimum eſſe fructum vinearum. idem libr. 3.

Quocunque præſentis domini oculi, frequenter acceſſere in ea parte maiorem in modum fructus exuperat. ibid.

In omni genere impenſarum plerique noua opera fortius auſpicantur, quàm tuentur perfecta. ibid.

Sunt qui ſumptum annuum refugientes, & hoc primum reditum certiſſimum exiſtimantes, impendere nihil audent, quaſi planè fuerit neceſſe vineas facere, quas mox auaritia deſererent. idem lib. 4.

Vinea, res eſt tenera, infirma, iniuriæ maximæ impatiens, quæ plerunque nimio labore, & vbertate conſumitur, perijtq; ſi modum non adhibeat fœcunditate ſua. Colum. lib. 4.

Arboris perpetua cultura eſt. ibid.

Diligentis patriſfamilias eſt, primam quamque arborem ſenio confectam tollere ibid.

Omnes arbores quãto altius arantur, & circunfodiuntur, maiore fructu exuperant. ibid.

Omnis arboris ſimplicior cultus eſt, quàm vinearum, longéque ex omnibus ſtirpibus minorem impenſam deſiderat olea. ibid.

Qui arat oliuetum, rogat fructum, qui ſtercorat, exorat: qui cædit, cogit. Colum. lib. 5.

Celeriter locupletari poteſt, qui bene paſcit: vel qui mediocriter paſcit, veletiam qui male paſcit. Cato apud Colum. libro 5.

Ex domitis bubus valentiſſimum, eundémq; placidiſſimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem detrahat, & cunctantem producat. Colum. lib. 5.

Quia pervicax contumacia plerunque ſæuitem fatigat, vtilius eſt citra corporis vexationem fame potius, & ſiti bonem emendare. nam eum ve-

hementius afficiunt naturalia desideria, quàm plagæ. ibid.

Custodiendum est, ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar bos cum valentiori jungatur, nam vtraque inferiori celeriter affert exitium. ibid.

Non prodest cibis satiari pecora, nisi omnis adiuuentur diligentia, vt salubri sint corpore, virésque conserunt. ibid.

Post maiores quadrupedes secunda ratio est ouilis pecoris, quæ prima sit, si ad vtilitatis magnitudinem referas. ibid.

Exiguus ouiũ numerus, cùm pabulo satiatur, plus domino reddit, quàm maximus grex, si senserit penuriam. ibid.

Sæpe frigoris, atq; hyemis sæuitia pastorem decipit. idem lib. 7.

Pastor duci propior sit, quam domino: & in cogendis recipiendisque ouibus acclamatione, ac bacula minetur, nec vnquã telum immittat in eas. ibid.

Pastor non alterius generis sequatur pastores, sed suum semper antecedat agmen. ibid.

In omni genere quadrupedum species maris diligenter eligitur, quoniam similior patri frequẽtior est progenies, quàm matri. ibid.

Vbi est vbertas pabuli, submittere prolem semper expedit. ibid.

Villicum fundo, familiæq; præponi conuenit ætate nec primæ, nec vltimæ, nam seruitia sic tyrunculum contemnunt, vt senem, quoniam ille nondum nouit opera ruris: hic exequi iam non potest. ibid.

Præstat villicum magistrum esse operariorum, non discipulum. ibid.

Malè agitur cum domino, quem villicus docet. ibid.

Docendus est à pueritia, rusticisq; operibus educandus, multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus villicus. ibid.

Tam docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus, aut faber, & haud facilè dixerim, num illa tanto expeditiora sint discentibus artificia, quanto minus ampla sunt, rusticationis autem magna, & diffusa est materia, partésque si velimus eius percensere, vix numero percensemus. ibid.

Villicus somni, & vini sit abstinentissimus, vtraque enim sunt inimicissima diligentiæ. idem lib. 2.

Plurimum refert colonos à prima mane opus aggredi, nec lentos per otium pigrè procedere. ibid.

In agresti negotio dici vix potest, quid gnauus operarius ignauo, & cessatori præstet. ibidem.

Colonus, vbi crepusculum incesserit, neminem post se reliquat, sed omnes subsequatur more optimi pastoris, qui è grege nullum bouẽ patitur relinqui. ibi.

Frequens cognitio seruorum nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet. ibid.

Villicus non coloniæ suæ terminos debet egredi, ne absentia suæ familiæ aut cessandi aut delinquendi spatium det, hospitem non, nisi ex amicitia domini quam rarissimè recipiat. ibid.

Credat villicus prætermissas non duodecim horas, sed annum perijsse, nisi sua quæque die, quod iussit, effecerit. ibid.

Satis prouidus erit agricola, cui licebit ante multos dies suspecta cauere tempora. Col. lib. 11.

Inertiæ est agricolæ, expectare dici breuitatem, præsertim in his regionibus, in quibus brumales dies horarum nouem sunt, noctésq; horarum quindecim. ibid.

Villicus hortorum quoque curam suscipiat, vt & quotidiani victus leuet sumptum, & aduenienti domino præbeat inemptas ruris dapes. ibid.

Vinis autem fodiendi vineas nullus est, nam quanto sæpius foderis, tanto vberiorem fructum reperies. idem lib. 12.

Agricola ex scientia siderũ tempora arandi, seminãdi, & colligendi agnoscit. Chrysost. sup. Genes. Homil. 6.

Agricolæ magna sapientia prædicti. idem sup. Gen. 12. Hom. 11.

Agricultura à diuina gratia pendet. idem sup. Epist. ad Corinth. Hom. 15.

Agricultura sine imperatoria constare non potest. idem sup. Epist. ad Cor. Homil. 16.

Domus, & ædificium.

EX GRÆCIS.

OMnis domus debet regi à seniore. Aristo. Polit. 1.

Domus partes sunt: homo, & possessio. idem Oeconom. lib.

Regna, & ciuitates pauci gubernant, focus verò, & domus ad paucos pertinet. Plutar. in comm. 7. Sap.

Optima illa domus, est in qua talẽ se præstat dominus, qualem suos leges cogunt. Bias apud Plut. ibid.

Priusquã domo quis exeat, quid actũrus sit, apud se pertractet, rursus cùm redierit, quid egerit, recogitet. Cleob. apud Diog.

Inopsconsiliũ, calamitosa domus. Eurip. in Oreste.

Vnius potestas sit, & in re domestica, & in republi. idem in Andro.

Facilius est destruere, quàm construere. Arist. Pol. 6.

Ædificãt homines vt immortales: obsonant tanquam parum victuri. apud Plut. de cup. dini.

Domus sine nuptijs, manca est. apud Stob.

Optima est domus, in qua domino plurimum otij agere licet. Thal. ibid.

Optimè constituta est domus, in qua superfluum nihil abundet: & necessarium nihil desit. Pit. ibid.

Omnis actio in bene recta domo ac moderata quanquam ab vtroq; vnaniniter geritur, apparet tamen, atque extat imperium, atque voluntas viri. Plut. de præcep. connub.

EX LATINIS.

NOn domus dominum, sed dominus domum exornat. Cicer. 2. de diuinit.

Domum paternam vendere, antiquitus infame erat. idē cont. Sallust.

In re familiari laboriosior est negligentia, quàm diligentia. Colum. lib. 12.

Quod inchoatur ædificium, vt salubri loco: ita saluberrima parte regionis debet constitui. idem.

EX SACRIS.

DOmus desertæ, sunt cogitationes prauæ. Gregor. 13. mor.

Domus Dei, domus orationis est. idem in Euang. Hom. 39.

Domus regis alia est, alia populi. idem in 1. Reg.

Vna domus bonos, & malos habet. Cypr. lib. 4.

Domus fœlix, in qua de Maria Martha conqueritur. Bernar. in assumptio. beat. Mar. serm. 3.

Domum Dei se esse cognoscat, qui non in carne, sed in spiritu ambulat. idem super Cant. sermo. 47.

Domus nostræ curam geramus in primis. Chrys. sup. Act. Apost. cap. 21.

Domus cuiusque propria, sit ecclesia. ibid. Hom. 26.

Peregrinatio, & absentia.

EX GRAECIS.

QVibus domi nihil boni vsui est, dulcis est peregrinatio. Plut. de Polit.

Peregrinus vir iustus non modo ciue, sed etiam cognato maioris faciendus est. Pyth. apud Stob.

Peregrinus accommodet se ciuitati. Menand. ibid.

Peregrinatio docet frugalitatem. ibid.

Peregrini deo curæ sunt. ibid.

Distantia loci non separat amicitiam, sed operationē. Arist. Eth. 8.

Non

Non vna, eademque est molestia rerum præsentium, & absentium. Eurip. in Ion.

EX LATINIS.

PEregrinantibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias. Sen. Epist. 2.

Tutissimum iter est, quod suspectissimum. idem Epist. 60.

Nullum sine exitu iter est. idem Epist. 78.

Omnibus peregrinantibus gratum est, minimarū rerum, quæ domi geruntur, fieri certiores. Cel. ad Cic.

In externis locis minor est ad facinus verecundia. Cicero ad Marc.

Externa vt auctoritatis minus habent,

Sic aliquid gratæ veritatis asserre videntur. Max. lib. 1.

Peregrinis succurrens paria obtinebit aliquando. Pub. Mim.

Cum improbo viro non facias iter. idem.

Quidam etiam præsentibus absunt. Senec. Epist. 56.

Omnia, quæ absunt, vehementius homines perturbant. Cæs. de bell. Gall. lib. 7.

EX SACRIS.

CVi peregrinatio dulcis est, non amat patriam. si dulcis est patria, amara est peregrinatio. Aug. sup. Psalm.

Peregrinatio, est vita nostra. Aug. serm. 1. de consol. mort.

Peregrini hospitio suscipiēdi sunt. idem serm. 6.

Peregrinos accipiendo sæpe Christus accipitur. idem serm. 62. de temp.

Absens dicitur, qui tantum distat, vt verba loquentis non possit audire. apud iurisconsl.

Absens causa reipub. restituitur ad omnia commoda, quæ habuisset præsens. ibid.

Absens præsumitur scire, etiam illud, de quo est publica fama. ibidem.

Absentia computatur à die præparationis ad iter arripiēdum, non à die recessus. ibid.

Constitutio nouæ publicatæ non ligat absentes, et infirmos tempore publicationis. ibid.

Delectatione, & spiritu absentes coniungimur. Cypr. lib. 3.

Patria, & vicinitas.

EX GRAECIS.

NOn sufficit patriam, parentes, & ciues amauisse, sed amare. Plut. an seni sit gerend. resp.

Quibusdam est patria dedecori, quidam sunt patriæ dedecori. Cleob. apud Diog. lib. 1.

Nemo gloriatur, quòd magnæ vrbi ciuis sit, sed quòd sit dignus

magna, & illustri patria. Arist. apud Diog. lib. 6.

Sic erga patriam ingratum: vt erga matrem nos gerere debemus. apud Stob.

Quicquid patriæ prodest, id etiam singulis ciuitatibus prodest. ibidem.

Vnicuique natura generis est patria. Eurip. ibid.

Si claudo vicinus habitaueris, vt ipse claudus ambulare disces. Plut. de lib. educ.

Prædium vendens Themistocles proclamari iussit, bonum quoque vicinum habet. apud Plut. in Apophth.

Nihil tuarum rerum facilè interibit, si habeas vicinum bonum, qui statim in periculo succurrat. Hesiod.

Ipsa vicinitas lites, & controuersias, & bella parit. Demosth. 1. Olynth.

Vicini alendi sunt in fame. apud Stobæum.

EX LATINIS.

Laudanda est, vel amanda potius vicinitas retinens illum officij morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendacijs, non fucata, non fallax. Cicer pro Planc.

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet,

Et neglecta solent incendia sumere vires. Horat. 1. Epist.

Nunc ego illud verbum experior vetus, aliquid mali esse propter vicinum malum. Plaut. in merc.

Patriam tuam mundum existima. Senec. de vit. beat.

Malo à ciue spoliari, quàm ab hoste venire. Quint. lib. 12.

Patria est, vbicunque bene est. Cicer. 5. Tusc.

Bono viro non minori curæ esse debet, qualis respubl. post mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit. idem in Lælio.

Æquæ virtutis est, & bona patriæ auxisse, et mala in se trãsferre voluisse. Max. lib. 1.

Patria communis omnium parens. Cicer. in Catil.

Patria est, vbicunque vir fortis sedem elegit. Curt. lib. 6.

Patriæ memoria dulcis. Liuius lib. 5. Dec. 1.

Graue est, patriam perdere: grauius, timere: grauissimũ vtrumque. Senec.

Non potest cognatio vlla esse propior, quam patria. Cicer. 1. de Orat.

Commune patriæ solum charum est, & iucundum, & delectabile. ibidem.

Quoniam sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est. ibid.

Si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes

elpes sunt, patria, & parentes, quorum beneficijs maximè obligati sumus. idem. 2. de Offic.

Sapientis est, carere patria: & duri, non desiderare. idem ad Marc.

EX SACRIS.

Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam: si dulcis est patria, amara est peregrinatio. Aug. sup. Psalm.

Patria parentis loco nobis est. idem lib. 1. de liber. arbitr.

Est aliquid in patria viuere. Erasm. in Epist.

Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam quis possit acquirere. Cas. lib. 1. Epist.

De loco peregrinationis proprij domicilij crescit affectus. idem sup. Psalm.

Delicatus est adhuc, cui patria dulcis est. fortis autem, cui iam omne solum patria est, perfectus autem, cui mundus exilium est. Hug. in Dida. lib. 3.

Patria sapientis, mundus est. Amb. de Offic. 2.

Virtutis splendor nescio quo pacto, in sua cuique patria obscurior obtigit. Eras. in Epist.

Bonus nullus est finis consulendi patriæ. Aug. Epist. 202.

Vicinum amare est, illum corrigere. August. tract. 8. ex pos. Euang.

Exilium.

EX GRAECIS.

Peregrinari patria, magnum malum est, & maius re, quàm sermone. Eurip. in Phœniss.

Maximum exilij malum est, carere libertate loquendi. ibid.

Spes pascunt exules. ibid.

Turpe est exilium filiæ cum cæco patre. ibid.

Exilium nos bonis non priuat. apud Stob.

Exilij nulla iactura, nisi cùm improbis habitetur. ibid.

Exules multi, ditati. ibid.

Exilium multis profuit. ibid.

EX LATINIS.

Exilium est, sceleratorum pœna. Cicer. 4. parad.

Exilium est ibi, vbi virtuti non est locus. idem pro Milone.

Omnes scelerati, & impij, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etsi solum non mutent. idem Par. 9.

Exilium terribile est ijs, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, non ijs, qui omnem orbem terrarum, vnam vrbem esse dicunt. ibid.

Si abesse à patria miserum est, planè miserorum sunt prouinciæ, ex quibus admodum pauci in patriam reuertuntur. idem 5. Tusc.

Exilium non supplicium est, sed profugium, portúsque supplicij. Cicer. pro Cæcina.

Exilium, id quod sit, propter alienam, & offensam populi voluntatem, malum est. Cicer. 5. Tusc.

Fortitudo, & audacia.

EX GRÆCIS.

NEc Hercules quidem contra duos. Plat. de amicit.

Robur exíti: in neruis, & ossibus. Arist. Topic. 3.

Fortitudo corrumpitur à superabundantia, & defectu, à medio verò saluatur. idem Ethicor. 2.

Fortitudo non eget ira, siquidem à ratione tincta est. Plut. de cohib. ira.

Nulla fortitudinis vis est absente iustitia. Plut. in Apophth.

Fortem mansuetum esse oportet, vt proximi non tam metuant, quam reuereantur. Diogen. lib. 1.

Fortitudine cùm sumus iuuenes valemus, & cùm senescere incipimus, prudentia vtimur. idem lib. 4.

Nullus vir fortis dignatur eàm occidere hostem, sed congressus palam. Eurip. in Rhes.

Fortitudo virtus est animosæ partis, per quam mortis metus non facilè ingruit. Arist. de vir. & vit. diu.

Fortitudo est, inconcussum à mortis metu, & constantem in malis, & intrepidum ad pericula esse, & malle honestè mori, quam turpiter seruari, & victoriam causa præstare præterea autem fortitudinis est, & laborare, & in animo instituere, & posse: accedit autem fortitudini, & audacia, & animi præstantia, & fiducia, & confidentia: adhæc industria, & tolerantia. ibidem.

Fortuna corporis, & animi comitatur fortitudinem. Xenoph. apud Stob.

Fortitudo nemini inesse potest, qui in morte, ac labore aliquid mali inesse persuasum habuerit. apud Stob.

Robur cum imperitia sæpius damnosum est. ibid.

Fortitudinis non est parare diuitias, sed continentiam animi. Arist. Polit. 1.

Audacia principium actionis est. fortuna enim dominatur fini. Democr. apud Stob.

Sapientiam iunctam habere audaciæ, plurimum conuenit. ibidem.

Nullum est vitæ maius, quàm audacia, viaticum. ibid.

Omnis audacia virium mensuram excedit. Isocr. apud Stobeum.

EX

EX LATINIS.

COntemptum periculorũ assiduitas periclitandi dat. Senec. de prosp.

Tutiorũ audaciæ est, tentare, quibus paratior venia est. Quint. lib. 12.

Nihil est tam sanctum, quod non aliquando violet audacia. Cicer. pro Rosc.

Fœlicius cedunt audacia, quàm moderata consilia. Erasm. in Epist.

Crescit audacia experimento maximè. Plin. Iun. lib. 9.

In audaces non est audacia tuta. Ouid. 10. Metamor.

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito. Virg. 6. Aenid.

Audaces fortuna iuuat. Ouid. 2. Fast.

Animus veteri qui scit: scit tutò aggredi. Pub. Mim.

Audentes fortes; Venúsq; iuuat. Ouid. 2. Fast.

Clausis ex desperatione crescit audacia: & cùm spei nihil est, sumit arma formido. Veg. libro 3.

Audaciæ, & temeritati potius serò, quàm nunquam obuiandum. Liuius 1. Dec. lib. 4.

Quædam tam fortiter tuenda, quàm facta sunt. Quint. lib. 6.

Fortitudo est virtus pugnans pro æquitate. Cicer. 1. Offic.

Fortes, & magnanimi habendi sunt non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. idem.

Est viri quidem fortis, ne supplicijs quidem moueri, vt fortiter feciſſe pœniteat. ibid.

Quasi abnuit natura vtriusque bonæ largitionem, sic supra humanam fœlicitatẽ sit, eundem, & sapientissimum esse, & valentissimum. Max. lib. 9.

Fortitudo non est ea, quæ contra naturam monstri vice fungitur. Gell. lib. 12.

Amplius valet virtus, quàm multitudo. Curt. lib. 7.

Quid prodest foris esse strenuum, si domi malè viuitur? Max. libr. 2.

EX SACRIS.

FOrtitudo corporis, imbecillitas animi: & rursus imbecillitas corporis, fortitudo animi est. Auguſt. in origin. sup. Euang.

Virum fortem iniuriæ probant. idem.

Fortitudo atque constantia, viæ regia est, à qua declinat ad dexteram, qui temerarius est, & pertinax ad sinistram, qui formidolosus est, & pauidus. idem in orig. sup. Esaiam.

Valde fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur. quia quo plus se posse conspicit, eo

Virtus sine moderamine in deterius ruit. Greg. 5. mor.

Fortitudo si nulla necessitate co-

gente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem conuertitur. Lact. lib. 6.

Fortitudo rerum contemptu constat. Ambr. 1. Offic.

Fortitudo sine iustitia, iniquitatis materia est. ibid.

Fortitudo, quæ per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena iustitiæ est. ibidem.

Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Bern. in Epist.

Fortitudinis est, in audendis considere. Nazian.

Viri fortes semper in pace modesti sunt, & iustitiam nimis diligunt, qui frequenter pericula tractauerunt. Cas. lib. 5. Epist.

Hæc est vera fortitudo, quæ naturæ vsum, sexus infirmitatem, mentis deuotione transgreditur. Aug. de vid.

Qui vera virtute fortis est, nec temere audet, nec inconsultè timet. idem sup. Epist. ad Heb.

Grandis violentia est in terra nasci, & cælum rapere, & habere per virtutem, quod non possumus habere per naturã. Chry sost. hom. sup. Matth.

Nulla tanta vis, quæ non ferro, & viribus debilitari queat. Lact. lib. 6.

Fortis omnibus bene vtitur. August. de ver. relig.

Fortis viri non est, dicere: hoc non patiar, sed hoc non faciam. Ludou. Viues sup. Aug. 1. de Ciuita. Dei.

Fortes aliquando infirmitatis verba suscipiunt. Grego. 12. mor.

Manus fortitudinem significat. Aug. lib. 6. music.

Christiana infirmitas, fortitudo est. Amb. serm. 22.

Timor, & Turbatio.

EX GRAECIS.

VEi timor, ibi & pudor. Plato de sanct.

Metus, & pudor sunt custodes sufficientes. idem de repub.

Res timoris planè comunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. Arist. Eth. 2.

Boni viri color non mutatur, nec timet nimiũ. Homer. apud Plutharc. de virt. morum.

Pauor non solùm (vt Tucydides inquit) excutit, sed quodam etiam constitutum quemuis connatum, quemuis mentis impetum. Plut. de virt. & fortitud. Alex.

Mali semper timent. idem de fortun. vind.

Quod timent, facilè oderũt omnes. idem de odio, & inuid.

Quod in præsens nil perturbat, expectatum nil conficit. Epic. apud Diog. lib. 10.

Omnia

Omnia meticulosa suadẽtur, cùm per hostilem pes graditur terram. Eurip. in Phœniss.

Timiditas est, & quod maius est, amittere: & quod minus est capere. ibid.

Nemo beatus est, nemo fœlix, qui in metu est, qui suspectam habet vitam. idem in Ion.

Qui habent, vnde viuant, grauatim militatum abeunt, & pericula formidant. apud Demost. ex arg. Dt. lib.

Agricolæ, & mercatores ab admittendo bello melius deterreri non possunt, quàm si eu negotationis euersio, illu agrorum vastatio proponatur. ibid.

Ad terrorem inculiendum quædam vltra fidem, verecundè tamen amplificantur. ibid.

Timor orationis est vinculum. Hiper. apud Stob.

Metus adulationem parit, sed benevolentiæ expers est. Democri. ibidem.

Homines perturbati, minus conseruant orationes. Aristotel. Elench. 13.

Alteratio subita non habet principium. idem Physic. 2.

Sapiens non omnino perturbationibus caret, verùm perturbatur modicè. idem apud Diogen.

Animal magni cordis naturaliter est pauidum: parui verò, est audentius. idem de anim. 12.

EX LATINIS.

IMbecillæ mentis est, formidare inexperta. Senec. Epist. 61.

Omniũ animos mala aliena, atq; repentina solicitãt, nec ad illũ tantum, sed ad crepitum exagitamur. idem epist. 74.

Quicquid expectatum est diu, leuius accidit. idem Epist. 79.

Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. ibidem.

Necesse est multos timeat, quem multi timent. Idẽ de ira lib. 2.

Non est innocentiæ metus, cùm timentur aliena tormenta. Quint. declam. 7.

Vt aliquid crudele, sæuúmq; sit, metus facit. idem declam. 11.

Vtrunque timidi est velle, & nõ velle mori. Senec. in Troa.

Sunt qui quod sentiunt, etiamsi optimum sit, inuidiæ metu non audent dicere. Cicer. 1. Offic.

Benevolẽtiæ vis est maxima, metus imbecillis. Cicer. 2. Offic.

Timor non diuturni officij est magister. Idem Philipp. 2.

Malus custos diuturnitatis est metus. contráque benevolentia fidelis est ad perpetuitatem. id igitur amplectamur, vt metus absit, charitas retineatur. idem 2. Offic.

Plus metuendo est mali, quàm in eo, quod metuatur. idẽ ad Torq.

Exercitus maximi sæpe fusi, ac fugati sunt terrore ipso, impetuq; hostium, sine cuiusdam nõ modo

do morte, verumetiam vulnere. idem pro Cæl.

Magna est stultitia, id ipsum, quod vereari, ita cauere, vt cùm vitare possis, vltro accersas & attrahas Cicer. ad Brut.

Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quod possit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quam quid debeat facere. idem pro lege Manil.

Si laus nos ad rectè faciendum alicere nõ potest, nec metus quidem à fœdissimis factis potest auocare. idem pro Milone.

Natura docet, quæ timenda sunt, Plin. Seni. lib. 8.

In summo periculo timor misericordiam non recipit. Cæs. de bell. Gall. lib. 7.

Verecundia liberi est, serui verò metus. apud Terent. in Andr.

Primus metus admittit consilium, recogitatio verò reddit confidentiam. idem in Eunuch.

Apud alios timor timorem, apud alios ratio vincit rationem. idẽ libr. 5.

In pauore simile prudẽtiæ est alienum consilium suo præferri. idem lib. 6.

Timor est emendator acerrimus. ibidem.

Dolendi modus est, timendi non est. Plin. Iun. lib. 8.

Ingeniosior est ad excogitandum metus amore. idem in Paneg.

Omnem sensum territis fortuna excutit. Cicer. lib. 5.

Trepidatio conscientiæ indicium est, nõ memoriæ vitiũ. idẽ lib. 7.

Canis timidus vehementius latrat, quàm mordet. ibid.

Strenuus metus est: velocior tamen spes. ibid.

Nemo ei satis fidus est, quem metuit. Curt. lib. 10.

Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. idem libro 11.

Vires subtrahit ipse timor. Ouid. Epist. 13.

Stultum est timere, quod vitari non potest. Pub. Mim.

Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Aeneid.

Non timentur, quæ ex vsu sunt. Veg. lib 3.

Dum metus languet, audacia crescit. in Hist. Sax.

Metus, periculúmque exhortationem audire nõ sinunt. ibid.

Iustiorem causam fortes metuũt. ibidem.

Prudentius est timere, quàm sperare. ibidem.

Externus timor, maximum in vrbe cõcordiæ vinculum. Liuius 1. dec. lib. 2.

Metus semper malus interpres. idem 3. Dec. 7.

Metus verecundiam vincit. ibid.

Vitium est, omnis animi perturbatio. Quint. lib. 5.

Paruulis noctium turbamur offensis: excitant nos exigui pleríq; motus, non incerta lege qua,

qua, & aliquando ipsum silentium. idem Declam. 2.

Non est innocentiæ metus, cum timentur aliena tormẽta. Quint. declam. 7.

EX SACRIS.

Timor præsens securitatem gignit sempiternam. Aug. sup. Psalm.

Expedit multo bene timere, quàm male fidere, & vtilius est, vt infirmum se homo cognoscat, vt fortis existat, quàm fortis videri velle, & infirmus emergat. idem.

Emendatio nulla, vbi nullus est metus. Tert.

Metus est necessarius ijs, quibus ad honestam vitam deest ratio. idem.

Timor iustus nullus est periculi dubij. idem.

Timor hominis, Dei honor est. idem.

Ingenia liberaliter educata facilius verecundia, quàm metus vincit. Hier.

Quando timore pœnæ, non amore iustitiæ fit bonum, nondum bene fit bonum, nec fit in corde, quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. August. cont. Pelag. lib. 2.

In via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinẽ veniatur. Gregor. in Mor.

Facilè deuiat à iustitia, qui in causis non deum, sed hominem perhorrescit. Chrysost. in Serm. de Ioan. Baptist.

Humanus timor diffidentiam tribuit: diuinus autem spes firmamenta concedit. Cas. sup. Psal. 14.

Metus est instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. apud Iuriscons.

Timere cogitur, qui timet: exigit pariter pœnas de potentiore sublimitas. Cypr. lib. 2.

Plerique deum non metuunt, quem videre non possunt. Gregor. 16. Mor.

Humani terrores fumo sunt similes. idem Epist. 36.

Quidam nisi territi, Deum timere nesciunt. idem 7. Mor.

Qui timere se Deum cognoscit, se sapientiam Dei habere intelligit. idem 19. Mor.

Timendum est indicium diuinũ, ne timeatur. idem in Euang. Homil. 26.

Timor est testis nequitiæ impiorum. idem 12. Mor.

Timor diuinus est fidei fundamentum. idem 28. Mor.

Timor sine pietate nullus est. idem sup. Ezech. Hom. 19.

Timor sine spe in desperationem præcipitat. idem in 1. Reg.

Timor temporalium multa mala operatur. Aug. Epist. 180.

Timendum non est, quod vitare possumus. August. serm. 43. de

de Verb.dom.

Timor, animæ tortor est. idem in Psal.48.

Timor Dei est humilium. idem de Sermo.dom.in monte.

Pars victoriæ est, inimicum turbare antè, quàm dimicet. Veg. lib.3.

Diffidentia, timoris est. Veg.de fide.

Timor seruilis bonus est, & vtilis, licet insufficiens & imperfectus. Bern.Serm.7.

Timor pœnam habet, amor suauitatem. idem sup.Cant.ser.22.

Turbari, bonum: sed non perturbari. idem sup. Miss. est. Homil.4.

Timor Dei doctrinæ opus habet. Chrysost. sup. Epist.ad Hebr. Homil.7.

Seueritas.

EX LATINIS.

REipub. causa adhibenda est clementiæ seueritas, sine qua administrari rectè ciuitas non potest. Cic.2.Off.

Turpe est, valdèq; vitiosum in re seuera comitio dignum, aut delicatum aliquem inferre seruorem. idem 3.Off.

Necessaria est ad res gerendas hominum benevolentia, austeritas verò solitudinem amicorũ parit. Plat. Epist.4.

Iudicijs acerbis ciuitas magis plectatur, quàm corrigitur. Sallust. ad Cæs. de Rep. ord.

Arcum intentio frangit, animum remissio. Pub. Mim.

EX SACRIS.

SEueritas nisi intra congruentes nocentium pœnas se cõtineret, sit sæua crudelitas. Lact. lib.6.

Temperanda est seueritas, ne veniatur ad deteriora. Cypr. lib. 4. Epist.

Regat disciplinæ rigor mansuetudinem: & mansuetudo ornet rigorem, & sic alterum cõmendetur ab altero: vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Greg.

Nimia seueritas extorquet sæpe terrore mendacium. Ambros. de Off.

Beatus, qui rigorem, & mansuetudinem tenet, vt altero disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur. idem.

Rigor iuris obseruandus est in duobus casibus: scilicet cum populus inde scandalizatus esse secundo, quando multis grauissimis opus est exẽplo. apud Turisconsultos.

Seueritas, quasi sæua veritas dicitur. Aug. Serm. 27. de Verbo domini.

Sententiæ iustæ seueritatis plerunq; per clementiam temperantur. Greg. sup. 1. Reg.

Seueritas apud Deum benigna est. Chrysost. de Interdict. arbitr. ad Adam.

Benignitas, & humanitas.

BEnevolentia peccatum contigit. apud Stob.

Malo diu benignus, quàm breui tẽpore dominus appellari. Philip. apud Plut. in Apophth.

Humanitas est morum habitus, ad hominũ amicitiam valde propensus, habitus in omnes beneficia conferens. Plat. de Fin.

Benevolentia facit, vt inimici vulnera, quàm amici oscula vtiliora sint. Amb.1.de Off.

Benevolentia præstat liberalitati. ibid.

Humanitas lege naturæ docetur. Amb.1.Off.

Nihil honestius culpa benignitatis. Plin. Iun. lib.7.

Necessaria est ad res gerendas hominum benevolentia: austeritas verò solitudinem amicorũ parit. Plat. Epist.4.

Scientia.

EX GRAECIS.

ALiud est scientiam habere, aliud vti, & possidere. Plat. de Scient.

Nemo laditur à scientijs cæteris, qui tenent primas. idem de summo bon.

Scientiarũ possessio noxia absq; optimi cognitione. idem de Vero.

In his, quæ sapimus, gloriamur, & superbimur. idem de Amic.

Dignoscit, qui inuenit: inuenit, qui quærit: quærit, qui putat se ignorare. idem de Nat. nom.

Scientia est præsentium & futurorum: reminisci autem præteritorum est. Arist. top.2.

Vna scientia est melior altera: vel quia certior, vel quia de meliori. idem Top.8.

Quod scimus, sæpe transpositum ignoramus. idem Elench.2.

Quibusdam magn est opere præpretium videri sapientes, & non esse, quàm esse, & non videri. idem Elench.1.

Scientes vniuersale, sæpe ignorant ipsum singulare. idem.

Tunc scimus, cùm causas cognoscimus. ibid.

Scientiarum alia est perfecta, quæ est per causam, alia imperfecta, quæ est sine causa. idem Physic.2.

Scientia est bonorum honorabilium. idem de Anim.1.

Sicut conseruantium corpus est sanitas: ita conservantium animæ est eruditio. idem in Epist. ad Alex.

Scientiæ sibi vendicant præstantiam. idem de Animal.10.

Omnes homines natura scire desiderant.

derant. idem Metaph. 1.

Signum scientis est, posse docere. ibidem.

Absurdū est simul quærere scientiam, & modum sciendi. Idem Metaph. 2.

Finis scientiæ speculatiuæ, est veritas: practicæ verò est opus. ibidem.

Eiusdem scientiæ est opposita considerare. idem Metaph. 4.

Licet omnes scientiæ nobiles sint, tamē diuina est nobilior: quia eius subiectum est nobilius. idem Met. 5.

Sapiens meliora in votis habet, deteriora in expectatione, vtrunq; autem temperamento vtitur, in neutram partē nimius. Plutarch. de Tranq. ani.

Quicquid sapiens agit, id omne ex virtute agit. idem de Fort. Alex.

Sapientem odi, qui sibi non sapit: idem an bene lateat viuens.

Cùm' reliqua omnia tempore diminuantur, scientia sola senectute augescit. idem de Liber. educand.

Studiorum liberalium amaræ radices sunt, fructus autem dulces. Arist. apud Diogenem lib. 4.

Eruditio inter prospera est ornamentum, inter aduersa refugium. ibid.

Sapiens ipse sibi sufficit, ipsius enim sunt, quæ aliorum sunt bona. Arist. ibid.

Sapiens non secundum constitutas leges viuat, sed secundū virtutis normam. ibid.

Sapienti nihil nouū, aut peregrinum est. ibid.

Docti tegunt suas iacturas.

Literarū expers, non videt vidēs.

Baculus est eruditio vitæ.

Duplum, quàm alij, vident, qui literas didicerunt.

A sapiente conuenit sapientiam discere. Eurip. in Rhes.

Omnes ex æquo varia scimus. Theog. apud Stob.

Nimis sapere, non est sapientia. ibidem.

Scientia quæuis, remota iustitia, aliáq; virtute, non sapientia, sed calliditas est. ibid.

In bello ferrum auro præstat, in vita autem eruditio diuitijs. Socr. ibid.

Sentire, ac sapere illustre aliquid stude. Cleob. apud Diog. lib. 1.

EX LATINIS.

NEmini, nisi sapienti sua placent: omnis stultitia laborat fastidio sui. Sen. Epist. 9.

Sapiens non semper eat vno gradu, sed vna via. idē Epist. 20.

Vnus dies hominum eruditorum plus patet, quàm Imperatorum longissima ætas. ibid.

Sapiens est artifex domādi malorum, egestas, ignominia, carcer, exilium, vbique horrenda, cùm

cùm ad hūc peruenerint, mansueta sunt. idem Epist. 87.

Stude, vt non plus alijs scias, sed melius. idem Epist. 90.

Est insita in omnibus, vel potius innata cupiditas scientiæ, natique sumus ad congregationem, & societatem, ad communitatem generis humani. Cicer. 4. de finib.

Exempla omnia iacerent in tenebris, nisi literarum lumen accederet. idē pro Arch. Poët.

Si ex literis delectatio tantùm quæreretur, tamen hanc animaduersionem humanissimam, ac liberalissimā iudicaremus. nam cæteræ nec temporū sunt, neque ætatum omnium, nec locorum: hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis refugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediūt foris, pernoctant nobiscum, peregrinātur, rusticātur, quod si ipsi nec attingere, nec sensu nostro gustare possimus, tamē ea mirari debemus, cùm in alijs videmus. ibid.

Multi cùm in potestate essent hostium, ac tyrannorum, multi cùm in custodia, & exilio, doctrinæ studijs dolorem suum leuauerunt. idem 5. de finib.

Literæ posteritatis causa reperta sunt, quæ obliuionis subsidio esse possent. idē pro Scylla.

Non tam præclarum est scire latinè, quàm turpe, non scire. Cicer. ad Brut.

Nihil est, quod quisquam magnitudinem artium ex eo, quod senes discant, pertimescant. nam aut senes ad eas accesserunt, aut vsque in senectutem in studijs detinentur, aut sunt tardissimi. idem 3. de Orat.

Sapientia est rerum diuinarum, humanarumque scientia, cognitióque: quæ cuiusque rei causa sit, ex quo efficitur, vt diuina imitetur: humana omnia inferiora virtute ducat. idem 4. Tusc.

Sapientia est, sanitas animi. idem 3. Tusc.

Sapientia ars viuendi putanda est, quæ mœstitiam pellit ex animis, quæ exhorrescere metu non sinit, qua præceptrice in tranquillitate viui potest, cupiditatum ardore restincto. idem 2. de fin.

Sapientia hominis est custos, & procreatrix. idem 4. de finib.

Nihil est turpius, quàm sapiētum vitam, ex insipientum sermone pendere. idem 2. de finib.

Ignobilitas, aut humilitas, aut etiam populare offensio non prohibet sapiētē esse. idē 5. Tusc.

Sapientissimus est, cui quod opus est, venit in mentem. idem pro Cluent.

Non est sapientis: dicere, non putabam. idem 3. de finib.

Si sapientia oculis videri posset, omnes in amorem sui compellaret. ibid.

Nihil est dulcius otio literarum. idem 5. Tusc.

Eruditus oportet semper ex se aliquid premat, quo alios delectet, aut seipsum laudibus illustret. idem.

Docti non solùm viui, ac præsentes studiosos discendi eruditè, atq; docent, sed hoc etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. idem 1. Offic.

Non parùa nobis solùm, sed fere da sapientia est. idē 1. de finib.

Sunt qui se ita literis abdiderunt, vt nihil prosint ex ijs nec ad communem fructum afferre, nec in aspectum, lucemq; proferre. idem pro Arch.

Sæpe sub sordido palliolo latet sapientia. idem 3. Tusc.

Scientia aliena sibi quidam famam aucupatur. Plin. Sen. in præfat.

Quasi abnuit natura vtriusque boni largitionem: ne supra mortalem sit solicitatem, eundem & valentissimum esse, & sapientissimum esse. Max. lib. 9.

Quicunque sunt habiti sapientissimi, dicuntur multa scisse, non omnia. Colum lib. 12.

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros. Ouid. 2. de Pont.

Non datur ad musas currere lata via. Propert.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit. Iuuen. sat. 14.

Scientiam amasse, propemodū parasse est. in Hist. Sax.

Vsus me genuit, mater peperit memoria. Afran. apud Gel.

Plus scire velle, quàm sit satis, intemperantiæ genus est. Senec. Epist. 89.

Studiorum salutarium etiam citra effectum laudabilis tractatio. Sen. de vit. beat.

EX SACRIS.

NOn aliam putes sapientiam, nisi veritatem, in qua tenetur, & cernitur summū bonum, nullo loco est, nusquam deest, foris admonet, intus docet, demētes in se omnes in melius commutat, à nullo in deterius commutatur: nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat. Aug. de lib. arbit.

Hæc tota scientia magna hominis, scire, quia ipse nihil est per se, & quod quicquid est, ex Deo est, & propter Deum est. idem sup. 1. Psalm. 70.

Sapiens nusquam minus solus, quàm cùm solus. Amb.

Sapient vbiq; ciuis. idem Epist. 36.

Sapiens nūquam solus esse potest, habet enim omnes secum, qui sunt, & qui fuerunt boni, & animum liberum quocunque vult profert, & transfert, & quod

quod corpore non potest, cogitatione complectitur & si hominum penuria fuerit, loquitur cum Deo, nunquam bonus solus erit. Hier. cont. Iouin.

Sapiens est, qui cum sapientibus congreditur. Amb.

Ad veram sapientiam peruenire non possunt, qui falsæ suæ scientiæ fiducia decipiunt. Gregor. in mor.

Vera sapientia afficit, sed non extollit. ibid.

Stulti student, plus alta sapere, quàm apta proferre, & erubescunt plana & humilia, vt hæc solùm scire videātur. Bernard.

Sapientiæ otia negotia sunt: & quo otiosior est sapientia, eo exercitatior in suo genere. idē.

Non probatur multa sciens, si modum sciendi nesciat. idem sup. Cant. serm. 36.

Sunt, qui scire volunt eo fine tantum, vt sciant, & turpis curiositas est, & sunt qui scire volunt, vt scientiam suam vendant: & turpis quæstus est, & sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Sed sunt quoque qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est, & sunt qui scire volunt, vt ædificentur, & prudentia est. ibid.

Posito in altum, non altū sapere, difficile est. Bern. in Epist.

Sciendi modus potius quærendus, quàm scientia. idem sup. Cant. serm. 36.

Sapient nullus, nisi seculo stultus fiat. Tert.

Scire nihil, est omnia scire. idem.

Sapientiæ coniuncta simplicitas est. idem.

Sapere plus, quàm oportet, superbia est. Ansel.

Nulla est scientia, si vtilitatē pietatis non habet: & inutilis est pietas, si scientiæ discretione careat. Greg.

In modico sermone sapientiæ plus laudatur rusticus, quàm in magno philosophus, & puer si aliquid dixerit sapienter, laudatur, vbi perfectior non auditur. Chrysost.

Præcedit scientia virtutis cultum: quia nemo potest fideliter apparere, quòd ignorat: & malum nisi cognitum fuerit, non timetur. idem in Policr. lib. 3.

Sapientes alij stulti, alij dementes. Ansel.

Primus gradus sapientiæ est, falsa intelligere: secundus, vera cognoscere. Lact. lib. 1.

Plus sapit interdum vulgus, quia tantum, quantum opus est, sapit. idem lib. 2.

Non est scientia, sed opinio earum rerum, quæ pro ingenijs varia est. ibid.

Non in lingua, sed in corde sapientia est. idem lib. 3.

Sapientia, animæ alimentū. ibid.

Citò inueniri debet scientia, vt citò accipiatur. ibid.

Quis omnibus horis sapuit vnquã? Erasm. in Epist.

In comparatione Dei scientia nostra, ignorantia est. Greg.

Non parum est scire, quod nescias. Hieron.

Qui se diligit stultum, non parum proficiet ad sapientiam: nec fiet quisque qualis esse cupit, nisi oderit qualis est. August. de ver. relig.

Qui se dicit scire, quod nescit, temerarius est: qui se negat scire, quod scit, ingratus est. idem in serm. de ascens.

Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ erigit mentes, quàm cùm eos, quos in sapientia clarescere miramur, aliquando paruulos, & indoctos fuisse meminimus. Hieron. sup. Prouer.

Ad maiorem culpæ cumulum pertinet, scire quenquam, quid sequi debeat, & sequi nolle, quod scit. Isido. de summo bon. lib. 2.

Otium stultitiam, labor scientiam generat. Hug. de claust. anim. lib. 2.

Scientia literarum, quod primum est in homine, mores purgat, quod secundum, verborum subministrat gratiam, & ita vtroque beneficio & tacitos ornat, & loquentes, cuius est facere de irato benevolum, de suspecto placatum: de austero mitem: de aduersante propitũ Cass. 1. Epist.

Scientia violentia non auferetur: antiquitate non corrumpitur: absconsione non minuitur, communitate multiplicatur. idem in Epist.

In literis prudens inuenit, vnde sapientior fiat, ibi bellator inuenit, vnde virtute animi roboretur, vnde princeps accipit, quomodo populos sub æqualitate componat. nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quæ literarum non augeat gloriosa notitia. ibid.

Sunt quatuor scientiæ præ cæteris scitu dignæ: Theologia, quæ est animæ pabulum: leges, quæ sunt egenis remedium: decreta, quæ sunt sublimatio humilium: physica in morbi subsidium. apud Iurisconsultum.

Scientia est de diuinis, sapientia de humanis. ibid.

Sapientia in homine longo rarò reperitur. ibid.

Scientia doloris adiectio est. Ambro. de bon. mor.

Sapientis patria, mundus est. idem Offic. 2.

Sapiens omnis, diues est. idem lib. 2. Epist. 8.

Sapientia in omnibus sese ostendit rebus. Aug. lib. 2. de liber. arbit. cap. 16.

Sapientia egere, miserrima egestas est. idem de beat. vit.

Sapie

Sapientia legem, & misericordiam in lingua portat. idem de spirit, & anim. cap. 9.

Ad sapientiam ordine peruenitur. idem lib. 2. solil. cap. 13.

Sapiens nemo, nisi beatus. idem de beat. vit.

Sapiens nemo miser. idem lib. 1. cont. Acad. cap. 5.

De sapiente solus sapiens iudicare potest. idem lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 8.

Sapientibus credere, est tutissimũ. idem de vtilit. cred.

Sapiens sine operibus, sapientiæ abusus est. idem de. 12. abus.

Scientia rerum falsarum esse non potest. August. lib. 14. de Trinit.

Scientia nostra ex visis, & creditis constat. idem Epist. 112.

Sapiens est, cui res sapiunt, prout sunt. Bern sup. Cant. serm. 50.

Sapientia victrix singula vitia eradicat, & singulas inserit virtutes. Bern. de sept. don. spirit. sancti.

Scientia literarum bona, scientia propriæ infirmitatis melior. idẽ sup. Cant. serm. 36.

Scientia mundi docet vanitatem, scientia carnis voluptatem. ibidem.

Scientia sine operibus cibo indigesto comparatur. idem sup. Cant. serm. 36.

Initium sapientiæ, timor domini: medium, spes: charitas, plenitudo. Bernar. in die sancti And. serm. 1.

Discere Iesum omni scibili est salubrius. idem in Epist.

Scientia sui timorem Dei generat in anima: scientia Dei eius amorem. idem sup. Cant. sermo. 37.

Sapientia, armatura orii est. Chrysost. de spirit. sancti. Homil.

Scientiæ pars est, obscura cognosci. idem super Matth. Homilia. 1.

Scientia sine charitate dementia est. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 29.

Scire, omnium: facere, paucorum est. idem sup. Ioann. Homil. 70.

Scire non omnia neminem pudeat. idem serm. 2. sup. Epist. ad Roman.

Scientia temporum multas huius vitæ commoditates affert. Chrysost. super Genes. Homilia. 6.

Scientiam amasse, propemodum parasse est. in Hist. Sax.

Sapientiæ coniuncta simplicitas est. Tertull.

Plebeis argenti, nobilibus auri, principibus gemmarum loco literæ sunt. Pius. 2. apud Platinam.

Vinci literis amant docti. Basil.

Multos hoc decipit, quòd ante tẽpus sapientes videri volunt, vt iam & simulare incipiant, quod non sunt, & quod sunt, erubescãt. Hugo lib. de Didasc.

Doctrina in'diuite duplici causa commendabilis. August. in quæst. ex vtroque test.

Nec auarum pecunia, nec doctum cognitio rerum vnquam replenit. Pius 2. apud Plat.

Cui plura datum est nosse, eo maiora sequuntur dubia. ibid.

Ignorantia.

EX GRAECIS.

NEscivti quid laudet, vel quid vituperet, non est adhibenda fides. Plat. de scientia.

Ignorantia potentum, teterrima est. idem de summ. bono.

Ignorantia causa est respondendi varia, & non eadem. Plat. de nat. nom.

Argumentum insciliæ est, à sapientibus dissentire. idem de mendac.

Turpe est nescire, quæ necessaria sunt. idem de legibus.

Turpe est ignorare, quod omnibus scire conuenit. Aristot. Rhet. 2.

Imperiti velut distantes à longe spectulantur. idem Elench. 1.

Quod scimus, sæpe transpositum ignoramus. idem Elench. 2.

Qui nescit, quantum quærit, nescit quando inuenerit eum. Arist. Metap. 3.

Ignoratio eorum, quibus cum tibi viuendum est, vt opinione ac spe frustrerit, ac cœptis sæpenumero decidas, sæpe in causa est. ibid.

Insipienti sapientia loquens decipere videtur. Eurip. in Bacch.

Ignorare turpia melius est, quàm scire ea. Aristotel. Metaphy. 11.

Imperitis, ac rudibus nullus præcipitationis finis est. Senec. Epist. 173.

Multa sunt imprudentiæ genera. Plat. de voto.

Imperitia maiore ex parte omnibus dominatur. Cleob. apud Diog. lib. 1.

Vnicum est bonum, scientia: & malum vnicum, insciti a. Socrates apud Diog. lib. 2.

Insipienti sapientia loquens decipere videtur. Eurip. in Bacch.

EX LATINIS.

IMprudentes non sibi reliquendi sunt. Senec. Epist. 12.

Hoc est maximum ignorantiæ malum, quod credit eum scire, qui moneat. Quintilia. lib. 12.

Optimus ac grauissimus quisque confitetur se multa ignorare, & multa sibi etiam atque etiam esse discenda. Cicer. 3. Tuscul.

Nescire quod anteà, quàm natus sis, acciderit, id est, semper esse puerum. idem in Orat. ad Brut.

Ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare ignoramus. idem.

Homines imperiti facilius, quod stultè dixeris, reprehendere, quàm quod sapienter tacueris, probare possunt. Cicer. 2. de Orat.

EX SACRIS.

MElius est nescire, quàm errare. melior est fidelis ignorantia, quàm temeraria scientia. August. serm. 22. de verb. Apost.

Ignorans, quæ sciri nequeunt, culpa vacat. idem.

Ignorantia Dei plerunque desperationem parturit. Bernard. super Cantic. sermone 27.

Ignorantia sui, initium omnis peccati: ignorantia Dei, consummatio omnis peccati. ibidem.

Rescindenda insipienti potestas est, non adijcienda libertas. Ambro.

De duobus imperfectis, melius est rusticitatem sanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. Hieron. in Epist. ad Nep.

Non omnis ignorans immunis est, sed is solum, qui non habuit, vnde disceret. Aug. in quæst. ex vtroque test. quæst. 67.

Indoctum esse minus malum est, quàm esse indocibilem. Augustin. lib. 3. cont. Acade. cap. 8.

Multa nobis vsu veniunt, quæ ignara relata fidem perdunt. Apul.

Infirmi tanto quempiam iustiorem putant, quanto facilio rem. Greg. 16. mor.

Prauitatis causa ignoratio sui. Lact.

Ignorantiam confiteri, pulchra temperantia est. August. 5. confess. cap. 7.

A luce veritatis in tantas ignorantiæ tenebras corruimus, vt nos ipsos ignoremus. Gregor. 11. mor.

Tolerabilius est Deo quempiam cum ignorantia in humilitate iacere, quàm cum elatione alta sapere. idem. 17. moral.

Deus per ignorantiam nostram nobis absconditur. ibid.

Ignorans in nocte est. idem sup. 1. Reg.

Quantumcunque rectum agere credimus, sit ne rectum ignoramus. Greg. 4. mor.

Disciplinarum ignari, diuinarum rerum quæstiones non attingant. August. lib. 2. de ord. cap. 6.

Omnis indoctus, est curiosus. August. lib. 2. de mirab. sacr. scrip.

Ignorantia infidelitatis peccatum non excusat. idem de grat. & lib. arbitr.

Ignorantia sui, superbiam causat. Bern. sup. Cant. serm. 27.

Ignorantiæ filiæ, falsitas, & dubietas. ibid. serm. 28.

Ignoratur periculosè, quando veniat, aut vadat spiritus, non ita, vnde veniat, aut quò vadat. idem sup. Cant. serm. 18.

Imperitiam comitatur temeritas. Naxanz.

Præceptor, & doctrina.

EX GRÆCIS.

Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem, secundum operationes, quas habet doctor ad discipulum. Arist. Polit. 1.

Docentes alios mentiri nõ debent. idem de mort.

Hi solùm docẽt, qui causas de singulis dicunt. idem Metaph. 1.

Signum scientis est, posse docere. ibidem.

Omnis doctrina est ex præcognitis. idem Eth. 6.

Ei qui non docet, non illi, qui non didicit, peccatum est imputandum. Dioge. apud Plut. de curiosit.

Præceptoris opera ad hoc prodest, vt honesta faciat pueris iucunda. ibidem.

Loci autorum ita exponendi, vt honestas patitur. idem de Poët.

Socordia naturæ vires pereunt, doctrina tollit ignauiam. ibid.

Qui regem erudit, atque ad virtutem instruit, eos & subditos quoque instruere ad fortitudinem, & probitatem certum est. Antig. apud Diog. lib. 7.

EX LATINIS.

Optimus quisque præceptor, frequentia gaudet. Quintil. lib. 1.

Præcipiamus omnia, vt saltẽ plura faciant. ibid.

Præceptor nec habeat vitia, nec ferat. idem lib. 2.

Tradi omnia, quæ ars efficit, non possunt. idem lib. 7.

Parum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. Cicer. 3. ad Herenn.

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina: & quæ nõ optima, acui tamen, & corrigi aliquo modo possunt. idem. 2. de Orat.

Quò quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet tractãd. us, & laboriosius: quod enim ipse celeriter arripuit, id cùm tardè percipi videt, discrutiatur. Cicer. pro Rosc.

Nullum munus melius, maiúsve reipub. afferre possumus, quàm si docemus, atque erudiamus iuuentutem, ijs præsertim moribus, ac temporibus, quibus ipsa

ipsa prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda, atque coërcenda sit. idem. 3. de diuinat.

Non facile est inuenire, quid qui sciat, alteri non tradat, ita non solum ad discendum propensi sumus, sed etiam ad docendum, Cicer. 2. de finib.

Facile est cuiuis, in genere præcipere. Erasm. in Epist.

Doctrina proficit, vt politiora, nõ vt meliora sint ingenia. Max. lib. 5.

Nihil aliud præcipere debemus, nisi quod prius nobis imperauerimus. idem lib. 8.

Pars est prima scientiæ, ipsam, quam præcepturus sis, æstimare personam. Palad. de re rust.

In hoc gaudeo aliquid scire, vt do eam, si cũ hac exceptione detur Sapientia, vt illam inclusam teneam, reijciam. Senec. Epist. 6.

Qui se ad discendum pauperẽ credit, ad docẽdum se locupletem inuenit. Max. lib. 6.

EX SACRIS.

Doctor vnus, solus, & verus, *Basil. ad diuit.*

Tutior est discentis, quàm docentis cõditio. Aug. in sent. 355.

Mihi propemodum donatum credo, quicquid lectorem meum melius sentire cognosco. Greg. in mor.

Doctrina cum omni imperio docetur, quando prius agitur, quàm dicatur, nam doctrinæ subtrahit fiduciam, quando conscientia præcedit linguam. ibidem.

Quantacunq; doctrina mens polleat, grauis eius imperitia est, velle docere meliorem. idem. 6. mor.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre, quæ doceant: & recta quæ sapiunt, etiam rectè ministrare non possunt. idem 24. mor.

Frequenter de malo homine bona doctrina procedit: sicut terra vilis pretiosum aurum producit, & sicut terra relinquitur, & aurum eligitur: sic & vos doctrinã accipite, & mores relinquite. Chryso. sup. Matth. 23.

Omnis humanus affectus ponendus est ei, qui veram pietatem studet animis hominum inserere. Erasm. in Epist.

Viam indicasse, maximus profectus est. ibid.

Qui scientiam communicare nolunt, pestes sunt, quàm infames auari. siquidem ab illis, si nihil aliud certè mors trãsfert in vsus aliorum. ab illorum rogo nihil redit ad hæredem, nisi suas cogitationes literis mandarunt. ibid.

Iniquissimum est, doctrinæ imputare, quicquid peccant auditores. ibidem.

Secundum capacitatem discipulorum, moderetur lingua doctorum. Greg. 31. mor.

Disce diu, quod doceas. Hiero. ad Rust.

Docere, quod nonerit ille, quem doceas, stultum est. idem.

Experto crede. aliquid amplius invenies in sylvis, quàm in angulis, ligna, & lapides docebunt te, quod à magistris audire non possis. Bernard. in. 4. Epist.

Non minus pium est, docere animum scientiam, quàm escam præbere corpori. idē sup. Cant.

Clausum habeat os peccator, qui seipsum docere nō potuit, alios non doceat. Beda de temp. sal.

Omne quod non ædificat audientes, in periculum vertitur audientium. Hier. in Epist.

Delicatus magister est, qui pleno ore de ieiunijs disputat. Hiero. ad Nep.

Sæpe doctori dominus verbū pro gratia tribuit auditoris. nonnunquam verò propter auditoris culpam subtrahitur serm. doctori. Greg.

Quemadmodum plurimum lædit, qui sontem inficit, ita latissimè patet illius beneficium, qui pectus instruit omnibus imperaturum. Eras. in Epist.

Nulla res discipulo tam perniciosa, quàm vita magistri contumeliosa. Boet. de disc. schol.

Non omnes omnia docendi sunt. August. de ver. relig. cap. 28.

Docens, & nō audiens, alijs prodest, & non sibi. Aug. 3. conf. Donatist.

Falsa doctrina est lepra mentis. idem de verb. Apost. serm. 10.

Doctrinæ aliæ ædificant, aliæ destruunt. idem serm. 39. ac sēp.

Non minus debemus ijs, à quibus rectè vivendi, quàm à quibus vivendi initia duximus. Eras. in Epist.

Doctrina optima, vita docere. Chrysost. sup. Act. Apost. Hom. 30.

Doctrina per partes digesta facilis perceptu. idem sup. Epist. ad Ephes serm. 14.

Doctrina peregrina nugarum plena. Chrysosto. ad popul. Antioch. Homil. 1.

Qui vias vitæ ingredi vult, præceptorem, & ducem sibi assumat. Bern. sup. Cant. serm. 77.

Non minus pium est, docere animum scientiam, quàm escam præbere corpori. idem sup. Cāt. serm. 16.

Discipulus, & Disciplina.

EX GRAECIS.

DIsciplina, generatio quædā est, qua fœtus in animo discentis à doctore producitur. Plut. de curios.

Initium à disciplina: usus ab exercitio, & meditatione fit. idem de educ. lib.

Cæca res est sine disciplina natura. ibidem.

Honestatis fons, ac radix est, legitimam cōsequi disciplinam. ibidem.

Hostes disciplinarum, labores, ac somnij. Plat. ibid.

Disciplina, optimum viaticum est ad senectutem. Aristot. apud Diog. lib. 5.

Disciplina magis necessaria est, mala dediscere. ibidem.

Bona educatio verecundiam affert. Eurip. in sup.

Tandiu discendum, quandiu vivitur. Solon apud Plut. de for.

Addiscere aliquid, delectabile est. Arist. Rhet. 2.

Oportet discentem credere. idem Elench. 1.

Quod addiscitur, quodāmodo scitur. idem Priorum. 2.

Qui discit, sit sciens. idē Elench. 2.

Audiendi ratio prior, quàm docendi. Plut. de aff. aud.

Falsus absit ab auditore, & liror. ibid.

Auditor improvidus ipse sibi nocet. ibid.

Auditor ex suis ipsius affectibus probat, aut damnat audita. ibidem.

Auditor aciem oculorum in dicentem semper intendat ita, vt minimè eum fallat, quàm attento sis animo. ibid.

Libenter audi magis, quàm multa. Demetr. Phaler.

Præstātior est ille, qui bene, quod dicitur, audire potest, atque co vti, quàm qui per seipsum omnia assequitur. Zenon. apud Diogen. lib. 7.

Nauigando gubernatori auscultandum est: vivendo illi, qui plus ratione valet. Socrat. apud Stobæum.

Qui breui tempore pro pudore disciplinam non patitur, omnī tempore in pudore insipientiæ permanebit. Pyth. in suis præcept.

EX LATINIS.

HOmines discunt, dum docēt. Senec. Epist. 7.

Semper discendum est, quod an sciamus, experiri nō possumus. Idem in Epist. 26.

Nec si quid discere satis non est, ideo necesse non est. Quint. libro. 1.

Vt quisq; audit, mouetur. Idem lib. 11.

Natura primum atque ingenium ad discendum vim affert maximam. Cicer. 1. de Orat.

Omnia cuiusmodi sint, cupere scire, curiosum est: duci verò maiorum rerum contemplatione, seniorum virorum est putandum. Cicer. 5. de finib.

Disciplina cuiusq; gentis singula suadet suis, atq; imperat. Senec. Epist. 36.

Disciplina mores facit. Colu. li. 7.

Ne

Ne sit vitiosus sermo pædagogis, ac nutricibus, quos, si fieri possit, sapientes Chrysippus optauit, certè quantum res pateretur, optimas eligi voluit. natura enim tenacissimi sumus eorum, quæ à pueris discimus, & hæc ipsa magis pertinaciter hæret, quæ deteriora sunt. Quint. lib. 1.

EX SACRIS.

SVmmopere cauendum est, qui quærit scientiam, vt non negligat disciplinam. Hug. lib. 3. Didasc.

Quātus in nullo loco disciplinam homo deserere debet, diligētius tamen ibi conseruanda est, vbi vel neglecta pluribus generat scandalum: vel custodita bonæ imitationis exēplum. Hug. de Instit. nouit.

Disciplina, & misericordia sese comitari debent. Gregor. sup. Cant.

Disciplinarum excogitatrix est ratio. Augusti. lib. 2. de Ordin. cap. 12.

Disciplina homini, optima medicina. idem. 22. de Ciuita. Dei. cap. 22.

Quem diuina disciplina conterit, humanis flagellis non est conterendus. Greg. sup. 1. Reg.

Omnis scientia disciplinæ est, creatorem & creaturam cognoscere. Augusti. lib. 83. quæst.

Principium disciplinæ, humilitas est, cuius cùm multa sint documenta, hæc tria ad auditorem, vel lectorem pertinent, primū vt nullam scripturam, nullam scientiam vilem teneat: secundum, vt à nemine discere erubescat: tertium, vt cùm scientiam adeptus fuerit, cæteros nō contemnat. Hug. didasc. 1.

Disciplina in animo hominis est. Augusti. de immort. anim.

Disciplina à discendo dicta est. idem. lib. 2. Solil.

In disciplinis non æquè res, vt nomina nota sunt. idem de music. lib. 3. cap. 2.

Disciplinæ intellectum ad diuina offerunt. idem libr. 2. de Ordin. cap. 17.

Disciplinarum omnium excogitatrix est ratio. idem libr. 2. de Ord. cap. 12.

Disciplinarum vsus extra Deum infœlix, cū Deo non improbatus. idem lib. 5. confess. cap. 4.

Disciplinarū ignari, famelici sunt. idem de vit. beat.

Arduas quæstiones non attingant disciplinarū ignari. idē lib. 2. de Ord. cap. 17.

Disciplinæ humanæ cum magna temporis iactura perdiscuntur. idem libr. 2. de Genes. ad lit. cap. 9.

Disciplina animi sanitatē instaurat. idē de morib. Eccl. cap. 27.

Disciplinæ nos à prauis cupiditatibus coērcēt idem lib. 2. de Ciuit.

uit. Dei. cap. 22.

Disciplina moralis debet subesse, coēsse, præesse. Bern. sup. Cant. Serm. 22.

Discimus quædam, vt sciamus, quædam vt faciamus. Aug. sup. Psalm. 118.

Tutior est discentis, quàm docentis conditio. idem in Sent. suis.

Eam naturæ putamus legē, quam discimus. Hier.

Ad discendum, quod opus est, nulla ætas sera videri debet. Aug. in Epist. ad Hier.

Ab omnibus libenter disce, quod nescis: quia humilitas tibi commune facere potest, quod natura fecit commune. ibid.

Cognito discipulo, cognosces facilè qualis fuerit magister. Amb.

Sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris. Hug. lib. 3. Didasc.

Discipulus debet excusare sententiam magistri. apud Iurisc.

Discipuli perfectio, magistri laus. Ambros. sup. Epist. ad Thessal.

Discipulus, vt discit, faciat. Cypr. lib. 4. Epist.

Ad discendum duo sunt necessaria: autoritas, & ratio. Aug. in Sent. suis.

In primis optandum, vt prima quæq; elementa discantur, ab artifice summo. Eras. in Epist.

Naturæ ordo sic se habet, vt cùm aliquid discimus, rationē prætedat autoritas. August. de Mor. eccl.

Discipuli, filij præceptorum spirituales. Basil. sup. Psal. 73.

Discipulus, domini fieri, aut non in hominis potestate est situm. Basil. in Quæst.

Disciplina, participatio est sanctitatis. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Homil. 29.

Discipuli est, magistrum imitari. idē sup. Epist. ad Heb. Hom. 28.

Nulli disciplinæ sui canones desunt. Eras. in Epist.

Scriptura hominum.

QVoniam vt libet, nō possum scribere, vt possum non libet. Theocr. apud Stob.

Quæ amici reges non audent monere, in libris descripta sunt. Demet. apud Plut. in Apoph.

Quædam scripturæ non faciunt animum. Senec. Epist. 65.

Paucis opus est ad bonam mentem literis, sed nos, vt cætera, in superuacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam, quemadmodum omnium rerum: sic literarum quoq; intemperantia laboramus, non vitæ, sed scholæ discimus. idem Epist. 107.

Non tam refert, qualia sint, quæ intra nosmetipsos composuimus, quàm quomodo efferantur. Quint. lib. 11.

Plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudiciū scribuntur. idem.

Vix quicquam tutum in literis committitur. Eras. in Epist.

Libri, vini magistri sunt. Gell. lib. 14.

Historias scribere, magno vsui est. Sallust. in Conjur. Catil.

Historias scribenti mentiri turpe est. Cic. cont. Sallust.

Vt aliæ bonæ res, sic bonus liber, melior est quisq; quo maior. Plin. Iun. lib. 1. Epist.

Tanto scriptura maiorem gratiã apud doctos habere debet, quanto minorem apud indoctos habet. idem lib. 2.

Nullus est liber tam malus, quod non aliqua parte prosit. idem.

Quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. ibid.

Quia liberius, tanto libentius scribimus. ibid.

Qui placẽdi causa scribũt, qualia placere viderint, scribunt. ibid.

Fœlicet, quibus contigit aut scribere legenda, aut legere scribenda. idem lib. 5.

Aliud est epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere. idem.

Historia non debet egredi veritatem, & honestè factis veritas sufficit. idem lib. 7.

Scriptores, qui rei totius summã sententijs consequi student, minùs numẽta magis instruũt, quàm faciunt artificem. Colum. lib. 1.

Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim. Horat. 2. Epist.

Autores in eadem re sæpe dissident. Plin. Sen. lib. 18.

Est summi amoris negare veniam breuibus epistolis amicorum, quamuis scias illis constare rationem. Plin. Iun. lib. 9.

Literæ sunt, vna fidelis custodia rerum gestarũ. Liuius 1. Dec. lib. 5.

Epistolæ non loco reddita, offendunt. Cic. ad Brut.

Scriptores opera sua, non secus ac filios adamãt. Eras. in Epist.

Nullum grauius tædium, quàm ingenũ scribendo defessi. ibid.

Molestior recognoscendi, quàm cudendi labor. ibid.

Scribendum tardè. Hier.

Grauiore consideratione indigẽt, quæ scribimus. Cypr.

Scribendo multa discimus. Aug. lib. 3. de Trinit.

Historiographi de se in alterius persona plerunq; scribũt. idem.

Lectio.

EX GRAECIS.

Non qui plurima legit, sed qui vtilia, speciosa habendus est. Arist. apud Diog. lib. 1.

Studere negamus, vt ingenioſi esse videamur. Aristotel. Topic. 3.

Studioſis non vacat meminisse voluptatum. Plutarch. de Tuend. bon. valet.

EX LATINIS.

Lectio multorũ voluminum, & omnis generis autorum, habet aliquid vagum & instabile: certis ingenijs immorari, & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Senec. Epist. 2.

Qui legere non potest, quantum habet: sat est habere, quantum legat. ibid.

Alia lectio ingenium. idem Epist. 36.

Probatos semper libros lege, & si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. ibi. Epist. 2.

Incredibile est, quantum moræ lectioni festinatione adijciatur. idem.

Lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit, sed repetere sæpius licet, siue dubites, siue velis memoriæ affigere. Quint. lib. 10.

Lectionem sine vlla delectatione negligo. Cic. 2. Tusc.

Multum legendum, sed non multa. Plin. Iun. lib. 6.

Legendi semper occasio est, legendi non semper. idem lib. 2.

Non solùm iudicat, qui malignè legunt. idem lib. 9.

Est aliquis, & nescio an maximus ex secretis studijs fructus. Quint. lib. 2.

In scholu omnia liberè fingimus, & impune, quia pro facto est quicquid volumus. Quint. lib. 6.

Diuersa sunt hominũ studia. Cic. ad Brut.

Suo quisq; studio maximè ducitur. Idem 5. de Finib.

Vt ex studijs gaudium, sic studia ex hilaritate proueniunt. ibid.

Studium, vnicũ doloris lenamentum est. Plin. Iun. lib. 8.

Vt in vita, sic in studijs pulcherrimum, & humanissimũ existimo, seueritatem, comitatémq; miscere, ne illa in tristitiam, hæc in petulantiam procedat. ibidem.

Quia plerunq; euenit, vt eorum, quæ meminimus, memoria nos deficiat, ea sæpius ex commentario reuocanda sunt. Columel. lib. 11.

EX SACRIS.

Lectio tunc vtilis est, cùm facimus ea, quæ legimus. Aug. in lib. de Oper. mon.

Legentibus Deus loquitur. idem sup. Psalm. 85.

Legimus aliqua, ne negligãtur: legimus, ne ignoremus: legimus, non vt teneamus, sed repudiemus. Amb. sup. Luc. lib. 1.

Lectio iterata operit obscura. Chrysost.

Sit ipsa lectio temperata, cui sinè consilium, non lassitudo imponat: nam studium intemperans lectionis in repreheſſionem cadit: & quod laudabile est in

suo genere, sit nimietate sui culpabile. Hier. ad Demetr.

Omnino iniquum est, ut udijs dehonestari minoribus, & eos, quos ardua, & grauia expectãt officia, voluptatis, & vanitatis occupationibus agitari. Chrys. de Curial. nug.

Omnis profectus ex lectione, & meditatione procedit: quæ enim nescimus, lectione discimus, quæ didicimus, meditatione conseruamus. Isid. lib. 3. de Summo bono.

Lectio duobus modis fastidium ingerere solet, & affligere spiritum, & qualitate videlicet si obscurior est, & quantitate si prolixior extiterit, in quo vtroq; vti magno moderamine oportet, ne quod ad refectionem quæsitum est, sumatur ad suffocationẽ. Hug. in Didas. 3.

Optimus lector est, qui non cogit illud dicti contineri, quod ante lectionem præsumpserit ad intelligendum, sed qui doctorum intelligentiam expectat. Hilar. 1. de Trinit.

Lectio scripturarum, munitio est aduersus peccatũ. Chr. sup. Luc.

Prudentia, & Discretio.

EX GRAECIS.

PRudenti viro paucorum sapientũ potius, quàm multorum insipientium indicium est verẽdum. Plat. de Amore.

In quo quisq; prudens, in eo bonus. idem de Nat. nom.

Prudentia propriè est virtus principum. Arist. Polit. 2.

Murus tutissimus, prudentia est. Antist. apud Diog. lib. 6.

Prouidere difficile est, videre autem facile. Arist. Elench. 2.

Non tam videndum, quid in præsentia blandiatur, quàm quid deinceps sit è re futurum. Demosth. 1. Olynth.

Prudentes facilè ex omnium sententijs vtilia eligunt. ibid.

Frugi, & bonus vir præteritorum meminisse debet, agere præsentia, futura cauere. Isocr. apud Stob.

Robur, & murũ, & arma sapienti prudẽtia præstat. Pyth. ibid.

Prudentia, nõ corporũ, sed rerum est inspectio. Plut. apud Stob.

Prudẽtia, virtus est rationalis partis, ad fœlicitatẽ spectãtia præparans. Arist. de Virt. & vit. diuis.

Prudentia est consilium agitare, discernere bona, & mala, & omnia, quæ sunt in vita sequenda, fugienda: honestè vti omnibus bonis: cum alijs rectè versari: perspicere occasiones: solerter verbis, & rebus vti: experientiam habere vtilium omnium: memoria autẽ, peritia, & solertia vel manant à prudentia, vel prudentiæ sunt assectæ: aut partim prudẽtiæ adminiculantur, vt experientia, & memoria: partim tãquã prudẽtiæ partes: vt cõsilium, & solertia. Arist. de virt. & vit. diuis.

Prouidẽtia, magnum mortalibus lucrum est. Anax. ibid.

Homo boni tactus semper est discretus, non sic de alijs sensibus. Arist. 2. de anim.

EX LATINIS.

QVid refert prouidere, quod effugere nõ possis? Senec. Epist. 88.

Homines plus in alienis negotijs vident. idem Epist. 110.

Nec solis viribus æquum
Credere. Sæpe acri potior prudẽtia dextra. Valer. Flac. 4.

Non temerè incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Liu. lib. 10. Decad. 3.

Prudentia est, rerum expetendarum scientia. Cicer. 2. Offic.

Nihil est homini prudentia dulcius, aut sagaci ac bona mente melius. idem 2. Tusc.

In prudentia duo vitia vitanda sunt: ne incognita pro cognitis habeamus, ipsisq; temerè assentiamus, quod vitium effugere qui velit, omnes autẽ velle debent, adhibebit ad considerandas res & tempus, & diligentiam: alterum est vitium, quod quidam nimis magnũ studiũ, multumq; operam in res obscuras, atque difficiles conferunt, easq; non necessarias. Cicer. 2. Offic.

Iustitia sine prudentia plurimum potest: sine iustitia nihil valet prudentia. idem 2. Offic.

Deorum prouidentia mũdus administratur: ijdem consulunt rebus humanis, nec solum vniuersis, verum etiam singulis. Cicer. de nat. deorum.

EX SACRIS.

PRudentia absque simplicitate, malitia est: & simplicitas absq; ratione, stultitia est. Hiero.

Prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est. idem sup. Exech.

Prudentiæ sedes, caput est. Aug. lib. 2. cont. Faust.

Prudens, quasi porrò videns dicitur. idem sup. Psal. 73.

Grandis est prudentia, aurum in luto quærere. Hier. ad Læt.

Prudentes simus non tantum nobis. Basil. in quæst.

Prudentia, & fortitudo, virtutes principis sunt. idem in Epist.

Tolle discretionem, & virtus vitium erit. Bern. sup. Cant.

Tantum valet discretio, vt sine illa omne otium turpe sit, & labor inutilis. Hug. lib. 3. Didasc.

Plerunque virtus dum indiscretè tenetur, amittitur, dum discretè intermittitur, plus tenetur. Greg. 26. mor.

Est quidem discretio, nõ tam virtus, quàm quædã moderatrix

virtutū, ordinatrix affectuū, & doctrix morū. Ber. sup. Cāt.

Discretio est, in iudicandis causis prouida humanarū mentiū ratio moderatrix. Isid. in Synon.

Sola discretio perturbatis cogitationibus non succumbit. Greg. in mor.

Vbi virtus discretionis perditur, intentio, quæ virtutis inimicū habeat, criminis finem accipit. Greg. lib. 3. mor.

Discretio in afflictione carnis seruanda. idem sup. 1. Reg.

Auriga virtutum, discretio est. Bern. sup. Cant. serm. 49.

Prudens non semper videt, quid conueniat. Chrysost. serm. 22. sup. Epist. ad Rom.

Stultitia.

EX GRAECIS.

AGere incōsultū, signū est stultitiæ. Aristo. in Epist. ad Alex.

In via nec propera, nec manum moueas, stulti enim indiciū est. Demetr. Phal.

Homini stulto, & nequā facultatum nullus est modus, nūc enim hoc, nunc illo indiget, prout cupiditates ferūt. Plat. in conuiu.

7. Sap.

Nemo stultus tacere potest. Solon apud Diog. lib. 1.

Molesta res est, stulte fcere cū stultis. Eurip. in Phœnis.

Stulti nō audiūt vocem clamantis sapientiæ. Demost. 1. Olynth.

Stultitia mihi magna videtur, intelligere quidē, quæ oportet, nō autē cauere ea. Men. apud Sto.

Non est quicquā audacius, quàm imperitia. ibid.

Stulti desiderant absentia: præsentia verò, & si meliora præteritis, negligūt. Democ. apud Sto.

Stultus diues, mancipium est aureum. Socr. apud Stob.

Stultitia, proficiendi impedimentum est. Bion ibid.

Quod statua durius est, stultus est. Cleant. ibid.

Timidus arma cōtra se habet: stultus pecunias. Plat. in Memn.

Tonitrua pueros in primis, & minæ stultos territāt. apud Stob.

Stultitia, orationis est vitiū malæ viuendi causa. Arist. de vit. & vit. diuis.

Imprudentiæ est, iudicare peruersè de rebus, deliberare perperā, vti nequire præsentibus bonis, in falsam adduci opinionem de his, quæ ad vitam sunt bona, & honesta. Sectatur autem imprudentiam insitia, incontinentia, rusticitas, obliuio. Arist. ibid.

Illegitimæ stultitiæ finis est, infortunium. apud Stob.

Imprudentibus satius est regi, quàm regere. ibid.

Stultitia, hæreditarium malum. Eurip. ibid.

Ineptos si dixeris, nec ex vila parte prudentes maiores hominis, non errabis. idem in Medea.

EX LATINIS.

OMnis stultitia laborat fastidio sui, nisi sapienti sua non placent. Sen. Epist. 9.

Inter cætera mala, hoc quoq; habet stultitia, semper viuere incipit. Sen. Epist. 13.

Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurū fertur. idem Epist. 15.

Omnium malorum stultitia est mater. Cicer. de petend. consul.

Multa sunt incommoda, quæ sapientes commodorum compensatione leniunt, stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. Cicer. 2. de natu. Deorum.

Stultorum plena sunt omnia. idē 4. Tusc.

Omnes stulti insaniunt. ibid.

Nobis hominum stultitiæ deuorādæ sunt. idem de clar. orat.

Contra omnes sapere, desipere est. in Hist. Sax.

EX SACRIS.

STultitia misera est etiam stultorum iudicio. Aug. lib. 1. cont. Acad.

Qui se diligit stultum, non proficit ad sapientiam: nec fiet quisque, qualis esse cupit, nisi oderit, qualis est. idem.

Insipientium proprium est, esse ad vouendum leues. Naz. anz.

Quo maior est potestas, hoc perniciosior, si in malum, stultúmve incīderit. Eras. in Epist.

Est sapienti seruire, libertas, ex quo colligitur, quòd stulto imperare, seruitus est, & quod peius est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis, & grauioribus seruit, seruit enim proprijs passionibus, seruit suis cupiditatibus, quarum minatio nec die fugari potest, nec noctu: quia intra se dominos habet, intra se seruitium patitur intolerabile. Hiero. in Epistol. ad Simp.

Tanto quis stultior, quanto plus conatur sapiens videri. Grego. 18. mor.

Stultitia, est animi egestas. August. de beat. vita.

Stultitiæ nomine omnia vitia continentur. ibid.

Stultus iuxta scientiam suam nō vivit. Greg. lib. 5. mor.

Stultus si tacuerit, an sapiens sit, an stultus abscondet. idem lib. 11. mor.

Sicut nec auris escas, nec guttur verba cognoscit: ita nec stultus sapientiam sapientis intelligit. Greg. 24. mor.

Stultitia huius seculi, nobilitas est apud Deum. idem 20. mor.

Leuis dicitur, qui de facili credit, quod probari non potest. apud Iurisconsl.

Cautela.

EX GRAECIS.

QVi à deceptione tutus esse vult, à similitudine summopere debet cauere. Arist.

Cauendum, ne sæpius in eandem fraudem nostra culpa incidamus. Demosth. 1. Olynth.

Solertia, animi celeritas est, non tarditas. Plat. de temp.

Solertia, est subtilitas quædam in non prospecto tempore medij inueniendi. Arist. Polit. 1.

EX LATINIS.

QVo quis versutior est, & callidior est, hoc inuisior, & suspectior detracta opinione bonitatis. Cic. 2. Offic.

Scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quàm scientia est appellanda. Plat. apud Cicer. 2. Offic.

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat. Ouid. 2. de pont.

Esto alieno periculo cautior. in hist. Sax.

Quisquis ferrum præparat neci, sic illud habet, vt possit suum negare. Quint. Declam. 1.

EX SACRIS.

OMnes sumus in minimis cauti: in maximis negligentes, hoc ita sit, quia vbi vera vita sit, ignoramus. Hier.

Solus in illicitis non cadit, qui se aliquãdo & à licitis cautè restrinxit. Greg. 15. mor.

Cæcum est humanum genus, & si enim futura præuidet, nõ tamen, vt decet, sibi cauet. apud Plat.

Tãto debemus cautius ambulare, quãto scimus nos inter Dei inimicos esse. Greg. in regist.

Cautè agendum in diuinis rebus. Aug. lib. 2. de mirab. sac. scrip.

Contra aduersarium maiori fortitudine, & cautela opus est ab ea parte, vnde instat acrior. Bern. in Epist.

Ignauia.

EX GRAECIS, ET LATINIS.

DIues si desidiosus, pauper erit. Pub. Mim.

Cum multo dolore vident sapientes ignauiam eorũ, quibus consultũ velint. Demosth. 1. Olynt.

Homines socordes præsentia negligunt, futura bene successura putant. ibid.

Aduersariorũ ignauia sæpe magis crescunt aliqui, quàm suis opibus. ibid.

Ignauia, vitium est animosæ partis, quo consternantur pericolis, præsertim mortis. Arist. de virt. & vit. diuis.

Ignauia est, quouis metu facilè perturbari, & mortis maximè, & noxarum corporis: & arbitrari præstabilius esse quomodocunque seruari, quàm pulchrè mortem obire: comitatur autem ignauiam mollicies, effœminatio, torpor, vitæ studium: subest etiam quædam timiditas, & contentionis detractio. Arist. ibid.

Nullus ignauus in celebrem virum euadit. Eurip. apud Stob.

Ignauia nemo immortalis factus. Sallust. in bell. Iug.

Sæpe tædio laboris, ad vtilitatem sui compelluntur ignaui. Curt. lib. 5.

In suo quisque negotio hebetior est, quàm in alieno. idem lib. 7.

Ignauum pectus est, quod nullis precibus excitatur. in Hist. Sax.

Secundæ res segniciem inducunt. Liuius. 3. Decad. lib. 3.

Desidia, fomes omnis malitiæ. Chrysost. sup. Ioann. Homil. 43.

Studium studium generat: ignauia ignauiam. idem.

Ratio, & causa.

EX GRAECIS.

QVod caret ratione, ars non est. Plat. de Rhe.

Quærere rationem, & dimittere sensum, infirmitas est intellectus. Arist. Physi. 8.

Omnes, qui vtuntur ratione, & cum hac volunt omnia agere, tanquã bonos, & optimos existentes laudamus: contrarios verò contrario modo. idem in Epist. ad Alex.

Ad principia non est ratio. idem Eth. 6.

Rationis officiũ est, omnia iucunda reddere. Plut. de virt. et vit.

Rationi seruire, libertas est. Plut. de prof. morum.

Qui rei cuiuslibet probabilem rationem inuestigare satagit, is verum miraculum vbi tollit funditus, & euertit. idem probl. dec. 5.

Præstat rationabiliter esse infœlicẽ, quàm absque ratione fœlicem. Epic. apud Diog. lib. 10.

Multitudo rationũ prudentes expedit, hebetiores intricat, & inopes consilij facit. Demost. 1. Olynth.

Quisquis aliquid alicuius gratia agit, non id vult, quod agit, sed illud, cuius gratia agit. Plat. de Rhet.

Sine causa, & principio impossibile est aliquid esse, vel fieri. Arist. Rhet. 1.

Tunc scimus, cùm causas cognoscimus. idem Post. 1.

Causa prior est eo, cuius est causa. ibidem.

Hi solum docẽt, qui causas de singulis dicunt. idem Metaph. 1.

Causa alicuius semper agit, qui intellectũ habet. idẽ Metaph. 2.

Causa omnium natura, lex, ars. apud Stob.

Alia ex alijs eueniunt. Eurip. in Rhet.5.

EX LATINIS.

SI vis tibi omnia subijcere, te subijce rationi multos reges, si ratio te rexerit. Sen. Epist.37.

Munus animi est, ratione vti. Cicer.3.Tuscul.

Bene adhibita ratio cernit, quod optimum sit: neglecta multis implicatur erroribus. idem.4. Tuscul.

Societatis humanæ vinculum est ratio & oratio, nec vlla alia re absumus à natura ferarum. idem.1.Offic.

Vt patrimoniũ homini ab homine relinquitur: sic ratio homini à Deo. idem.3.de nat.deorum.

Nihil potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscatur. idem.2.Tuscul.

Plus apud nos vera ratio valeat, quam opinio vulgi. Cicer.Parad.2.

Sunt homines, qui rationẽ à dijs immortalibus bono cõsilio datam, in fraudem, malitiámque conuertunt. Cicero.3. de natu. deorum.

Cùm præcipitur, vt nosmetipsis imperemus, hoc præcipitur, vt ratio coërceat temeritatem. idem.2.Tusc.

Ratio in consolando plurimũ valere debet. Cicer. apud Curt.

In re magna ratio vincat auctoritatem. Plin. Iun. lib.1.

Apud alios timor timorem, apud alios ratio rationem vincit. idem lib.5.

Nihil disturnum potest esse, cui non subijt ratio. Curt. lib.4.

Ratione viuendum est, non affectu. in Hist. Sax.

EX SACRIS.

VNiuersis animalibus data est ratio, sed brutis tantummodo ad vitam tuendam: homini autem ad propagandam. Lact. lib.2.

Ratione cessante, autoritate standum est. Aug.

Ratio legem commendat. Tertul. de corona milit.

In omni negotio duo sunt necessaria: ratio, & opus. Hug. lib.3. Didasc.

Ratio contra vim parum valet. apud iurisconsl.

Ratio legis, est anima legis. ibid.

Ratio naturalis sufficit pro lege. ibidem.

Plus ratio tribuit homini, quàm natura brutis. Lact. de opif. Dei.

Sicut absente domina ancillæ vagantur, sic absente ratione cogitationes. Greg.1.mor.

Rationẽ præcedit autoritas. Augustin.lib.1.de morib.eccles.

Ratio fide præcedente plurimum valet. idem Epist.222.

Rectè fieri dicitur, quod à recta ratione proficiscitur. idem de vtilit.credend.

Libera ratio quodammodo captiuatenetur. Bern.in sept.serm.1.

Causa peccandi leuior non alleuat crimen, sed exaggerat. Erasm. in Epist.

Omnis causa per quæ nascitur, per ipsas dissoluitur causas. Chrysost.sup.Matth.19.

Causam morbi ignorans, non potest curare morbũ. apud iurisc.

Causa primaria omnium est ipse Deus. Aug.3.de Trinit.cap.3.

Ratio, est res quædam tacita, insita mentibus hominum. apud iurisconsl.

Deficiente causa necessaria, aut substantiali, deficit effectus. ibidem.

Factorum causæ exquirendæ in diuinis literis. Chrysost. serm. 16. sup.Epist.ad Roman.

Insania.

AMentia hominibus, spontaneum infortunium. Menand. apud Stob.

Insanimus omnes, cùm irascimur, apud Stob.

Insania sios est iracundiæ. Apol. ibidem.

Eo dementiæ ventum est, vt nostra cuiusque vita magis ex aliorum, quàm ex seipsa pendeat. Plut. de tranq. anim.

Non ignem ferro cædas, ideſt, non irrites furentem. Pyth. apud Plut. de liber. educ.

Vt sapientis est, fortuitos casus magno animo sustinere: sic dementis est, ipsum sibi malam facere fortunam. Colum. lib.1.

Nihil interest, quàm ex honesta causa quis insaniat. Hier.

Extremæ demẽtiæ est, parua reijcere, vbi magna consequi non valeas Chrysost.

Phrenesis nulla maior existimatur, quàm impœnitentia cordis, & obstinata peccandi voluntas. Bern. de conuers.

Insania quædam sancta. Bern. de nat & dign. amor. diuin.

Insania manifesta est, alienis bonis cruciari. Chrysost. super Epist. ad Corinth. Homil. 26.

Præcipuus animi morbus, dementia est. Plut. de morb. anim. & corp.

Senes cum venia delirant: iuuenibus autem turpissima est deliratio. Erasm. in Epist.

Natura.

EX GRAECIS.

IN natura nihil est superfluum. Arist. Physic.2.

Natura agit propter finem. ibidem.

Tentare demonstrare, naturam esse, ridiculum est. ibid.

Natura multa complet, quæ sunt

per artem, & ars multa, quæ sunt per naturam id.id.

Natura nihil molitur absque ratione, nec casu, nec frustra. idem de cœl. & mund.

Natura non deficit in necessarijs, nec abundat in superfluis. idem de anim. 3.

Natura maximè saluatur in locis propriis. idem de mort. & vit.

Natura constituit rem nobiliorem in loco nobiliori, vt cor in medio. idem de animal. 12.

Natura est perinde, ac prudens paterfamilias, & rector. ibidem.

Boni aut mali natura non efficimur. idem Eth. 2.

In naturalibus cõcupiscentijs pauci peccant. idem Eth. 3.

Facilius est consuetudinem mutare, quàm naturam. idẽ Eth. 6.

Natura maximè delectabile, & fugit triste. ibid.

Omnis homo naturaliter omni homini amicus est. ibid.

Natura suapte natura se offert ducem ad honestum capessendum. Plutar. de fort. & virt. Alex.

Facillima est natura principum. Erasm. in Epist.

Naturæ operatio fortuna non indiget. Plut. de fort.

Ingens naturæ vis est. malum enim hominẽ nullus bene educando bonum reddidit. Eurip. apud Stob.

EX LATINIS.

REm facillimã secundum naturam viuere, difficilem facit communis insania: in vitia alter alterum trudimus. Senec. Epist. 4.

Non desiderabis artifices, si naturam fueris assecutus. Senec. Epist. 91.

Ad parata nati sumus, nos omnia difficilia fastidio facimus. idem.

Æquius est nos naturæ, quàm nobis parere naturam. idem Epist. 94.

Ad deteriores faciles sumus: quia nec dux potest, nec comes deesse, & res ipsa etiam sine duce, sine comite procedit. non primum tantum iter est ad vitia, sed præceps. Senec. Epist. 98.

Curam nostri nobis natura mandauit, sed vbi nimium indulseris, vitium est. idẽ. Epist. 117.

Satis natura hominis dedit roboris, si illo vtamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certè non contra nos concitemus. ibid.

Quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque commissus est. idem Epist. 122.

Similis est ars plerunque naturæ. Quint. lib. 8.

Habet etiam natura nostra sublime quiddam, & erectum, & impatiens superioris. idem lib. 11.

Natura

Natura dux optima. Cato apud Cicer.

Suæ cuiusq; animantis natura est. idem.

Multis signis natura declarat, quid velit, ac quærat, ac desideret, obsurdescimus tamẽ nos eo modo, nec quæ ab ea monentur, audimus. Cicer.

Sunt ingenijs nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. nunc autem simulac æditi in lucem, & suscepti sumus, in omni cõtinuo prauitate versamur, vt penè cum lacte nutricis errorẽ suxisse videamur. cùm verò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni cõformatæ ipsa natura cedat. Cicer. 3. Tusc.

Natura duce errare nullo modo possumus. Cicer. 1. de legib.

Homo naturæ obediẽs, homini nocere non potest. idem 3. Offic.

Omnia quæ natura aspernatur, in malis sunt, quæ asciscit, in bonis. Cicer. 1. Tusc.

Nihil est aliud, naturæ repugnare, quàm gigantium more pugnare cum dijs. Cat. apud Cic.

Omnis natura est diligens sui. idem 5. de finib.

Omnis natura est conseruatrix sui. ibidem.

Omne animal sibi cõmendatum est, & se saluum, & in suo genere esse vult incolume. idẽ. 4. de fin.

Est nõ scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela, aut latrones, aut inimicos incidisset, omnis honestæ ratio est expetẽda salutis. idem pro Milone.

Diligentissime hoc eis, qui instituunt alios, atque eradiunt, vitandum est, quo sua quenque natura maximè ferre videtur. idem 3. de Orat.

Naturæ non attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nõ queas, quod nihil decet, inuita (vt aiunt) Minerua, id est, repugnante, & aduersante natura. idem 1. Offic.

Multi sine doctrina naturã ipsam secuti, multa laudabilia fecerunt. idem 3. de finib.

Sæpius ad laudem, atque gloriam natura sine doctrina, quàm doctrina, sine natura valuit, ibi.

Meliora sunt ea, quæ natura, quàm quæ arte perfecta sunt. idem 2. de nat. deorum.

Omnis natura artificiosa est, & habet quasi quandam viam, qua sequatur. ibidem.

Natura in eisdem locis mutatur. Plin. sen. lib. 16.

Naturam omnem experimẽtis assequi non possumus. ibidem.

Naturæ iniquitas falsò ab hominibus accusatur. Sallust. in cõiur. Catil.

Prima pietatis magistra, natura est. in Hist. Sax.

In alio sua quenq; natura delectat. Plin. Iun. in Paneg.

EX SACRIS.

NAturaliter multa sunt, quorum ratio nos latet. *Augustin. lib. 21. de Ciuit Dei. cap. 7.*

Natura nostra vinci non vult. idem.

In omnibus animalibus, quia sapientia carent, cõciliatrix sui, sapientia est. Lact. lib. 5.

Socialis est hominum, ac benefica natura. idem.

Omne quod nascitur, rusticũ putatur. Hieron.

Nullũ vitium ita contra naturam est, vt naturæ deleat extrema vestigia. Aug. in quod. serm.

Vince naturam diligentia, exclude de corporis somnum, naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam. Ambr. in lib. de Ioseph.

Natura veritatis magistra est. idem.

Ipsa natura magistra est verecundiæ. idem.

Citò naturam mutat vsus. idem.

Natura ipsa, legis instar. Tertul.

Ad naturæ dulcium quæcunque fiunt, plerunq; bene succedunt. NaZianz.

Natura ad propriam rem facilè reuertitur. apud iurisp.

Natura rei cuiusq;, Dei est voluntas. Aug. lib. 21. de Ciui. Dei.

Natura diuina vbiq; præsens est. Greg. lib. 6. mor.

Natura diuina à mente inhiante, sine aspectu cernitur, sine voce auditur, sine motu suscipitur. ibidem.

Natura omnes homines æqualer genuit. idem 21. mor.

Quicquid in hac mortalitate patimur, ex infirmitate naturæ est. Greg in. 1. Reg.

Omnis natura, inquantum natura, est bona. Augu. lib. 3. de liber. arbitr.

Natura vitiosa per peccatum est. Idem libr. 22. de Ciuita. Dei. cap. 22.

Natura neminem cogit peccare. idem lib. 2. de act. cum fuel. Manich.

Natura peccauit, homine peccante. idẽ lib. 2. cont. Pelag.

Quicquid ad naturam pertinet, à Deo est. idem in resp. ad arcessid. sibi fals. impos.

Quod à natura ineſt, nec saluat, nec damnat. Augu. in quæst. ex vtraq; test.

Naturæ industria nunquam in nobis dormitet, grande profectò in nobis donũ natura, ipsa est. Bern. sup. Cant. serm. 83.

Natura indocta est. Basil. in Hexame.

Naturæ opifex, Deus est, Chrysost. om. sup. Genes. Homil. 39.

Natura nostra ne abutamur in damnum nostrum. Idem sup. Act. Apost. homil. 33.

Naturaliter multa sunt, quorum ratio nos latet. August.

Naturam partium sequitur totũ. Basil. in Hexam.

Generatio, & Educatio.

EX GRÆCIS.

FInis generationis, vt plurimũ, est numero septuaginta annorũ, in mulieribus verò quinquaginta. *Arist. Polit. 7.*

Generatio vnius, est corruptio alterius. idem de gener.

Iuuenum coitus prauus est ad filiorum procreationem, similiter senũ, virorum verò bonus. Arist. Polit. 7.

Coniunctio maris, & fœminæ in irrationabilibus est solùm causa prolis procreandæ. in rationabilibus verò, non solùm huius gratia, sed & alterius, vt parentes in senio impotentes effecti, adiuuentur à filijs potentibus. idem Oeconom. lib.

Spontanea molestia est, filiorum procreatio.

Nulli rei maior diligentia adhibenda, quàm filio instituendo. Plat. de Sapient.

Filij à verborum turpitudine retrahendi sunt. vt enim ait Democritus, actionis vmbra existit oratio. Plutharc. de educ. liber.

Liberi intra fores increpãdi sunt. idem in Apophth.

Principium generationis omnibus ciuitatibus nuptiarum conuentus, atque communio. Plat. 4. de leg.

Gignere debemus, & educare liberos, vitam ceu lampadem alijs post alios tradendo. Plut. apud Stobæum.

Ne gignas liberos dijs inuitis. Eurip. ibidem.

Adhortor omnes homines, vt ex bonis virũ bonos liberos gignant, sic enim nunquam malus euentus accidit. ibid.

Nemo, qua sit prognatus muliere, dixit, sed quo sit patre. ibi.

Suscepta proles ad temperantiam valde monet. ibidem.

Parere fœtum necessitatis opus est: educare autem, pij amoris. ibidem.

Homo est sol generans hominem. Arist. Physic. 2.

Homo generat ante terseptimum annum, sed debilem & imperfectum. Arist. de anim. 5.

Homines naturaliter valde pingues parum generant. idem de anim. 14.

Mulieres facilius concipiunt, sed

in

in puerperio vehementius laborant idem de animal.7.

EX LATINIS.

Foelix proles, quæ efficit vt genuisse iuuet, & generare libeat. Max.lib.4.

Ex pestimo genere ne catulus quidem habendus. Iust. lib.

Commune omnium animantium est, coniunctionis appetitus procreãdi causa, & cura quædam eorũ, quæ procreata sunt. Cicer. 1. Offic.

Fœminæ celerius, quàm mares, gignuntur, & celerius senescunt. Plin. Sen. lib.7.

EX SACRIS.

Solent seri partus vel ob hoc esse gratiores, quòd nihil præterea speratur. Erasm. in Epistol.

Filios malos generando, parentes non sunt in culpa. Augu. lib. 5. cont. Iulianum.

Nulla res seipsam gignit. idem de immort. anim.

Gignendi officium sine peccato est. idem lib.3. de Genes. ad lit. cap.3.

Generandi benedictionem Deus non abstulit ab homine post lapsum. idem lib.22. de Ciuit. Dei. cap.22.

Non omne generans sibi similem generat. idem lib.6. cont. Iulianum.

Inter generationem, & processionem in diuinis est difficillimũ. idem lib.5. de trinit.

Mulieribus generando vis inest ab anno.2. vsq; in 46. Augu. de mirab. sacr. scrip.

Fertilitas.

Ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Senec. Epist.39.

Ipsa ex nimia cupiditate nocet abũdantia. Quint. declam. 12.

Fertilitas arborum fere alternat. Plin. Sen. lib.16.

Fertilitatis causa, cura est. ibid.

Fertilitas nimia sæpe nocet. idem lib.18.

Fœcunda minus, quæ maiora sunt corpore. idem lib.10.

Præcocia maioris sunt pretij. idem lib.15.

Ex abundantia inuidia oritur. Sallust. in comur. Catil.

Fertilitas terrarum non caloris sui, sed diuinæ misericordiæ adscribenda est. Ambr. Hexam. lib.4.

Abundantia temporalium, æternorum facit oblivionem. Bern. de aduent. domin. serm.3.

Fertilitatis causa, cura est. Plin. Sen. lib.18.

Quicquid fuerit abundantius, & maius, quàm esse debeat, hoc est malum. Flat.

Sterilitas, & orbitas.

Dolorifica res est, si quis homo diues nullum habeat domui suæ successorẽ. Menand.

Nuptiæ steriles iurgia habent. Basil.

Sterilitas viam parit virginitati. Chrysost. sup. Genes. Hom.49.

Sterilitas à domino venit. idem sup. Genes. Hom.33.

Matrimonium.

EX GRAECIS.

Mvlieres coniugari oportet circa ætates annorum octodecim viros verò circa triginta sex. Arist. Polit.7.

Maximus est honor mulieri castæ, si viderit virum sibi castum esse, & de nulla alia curare, sed præ omnibus ipsam fidam, & castam existimare. idem Oeconom. lib.

Oportet virum ducere vxorẽ puellam, vt eam doceat bonos mores. ibid.

Societas secundum naturam maximè conuenit mari, & fœminæ. ibid.

Si mulier cognouerit sibi castum, & fidum virum, ipsa etiam casta, & fida erit. ibid.

Prima gratia, quæ ab ore vocéq; sponte demanat, bene composita, & apta, & suauis esse oportet. Plutarc. de Præcep. coniug.

Principio controuersiæ, offensiones q; magnæ cura coniugalibus cauenda sunt. ibid.

Breuis amor nouorum coniugum corporis forma inflammatus, nec durare posse, nec firmum esse, existimandum est, ni in bonis moribus collocatus foueatur. ibid.

Modesta vxor cum viro existens, sese maximè videndam exhibeat: cùm verò abest, ædes custodiat, ac lateat. ibid.

Vxor viri moribus consonet. ibid.

Vxor nullum proprium affectum habeat, sed studia, curas, risum, communia habere cum viro. ibid.

Cultor musarum dominus multos musicos facit, sic vir voluptuarius vxorem facit intemperantem, amator probitatis, & decoris modestam, & pudicam. ibidem.

Qui vxorẽ esse, ac liberè secum libenter non viderit, sola cùm sint, eas impleri docent: ita qui non hilare cum illis conciũbũt, nec iocum, risúmq; communicant, docent sine ipsis proprias quærere voluptates. ibid.

Vt temperatum, etsi plus insit aquæ, vinum appellamus, ita substantiam, & rem familiarem, quamuis vxor plus contulerit, mariti dici oportet. ibid.

Frequentes, ac quotidianæ viri, & vxoris offensæ magis eos disiungunt, & vitæ consor-

tium labefactant.ibid.

Pudicæ,continentiq; mulieri maximè erga virum gratijs opus esse arbitror, vt quemadmodũ Metrodorus dicebat, iucundæ non propter continentiam iratæ cum verò conuersentur.ibid.

Frugalis mulier, & viri amans blanditias,munditiam non negligat:nam sicut morositas honestatem mulieri inuiscundam facit: ita & sordes frugalitatem reddunt inuisam.ibid.

Præstare maritum vxori par est, non vt dominus pecori, sed vt anima corpori.ibid.

Est quædam naturalis æmulatio beneuolentiæ erga maritum, inter vxorem, & mariti matrem,cuius affectus vnica curandi ratio est, vt seorsum sibi beneuolentiam vxor conciliet viri,& matris non conuellat, atq; diminuat.ibid.

Mulieres quæ sana mente sunt, cùm irati mariti clamant, silentium agũt,cùm verò silent, eos alloquuntur.ibid.

Cùm semper & vbiq; fugiendum est,ne vir vxorem, néue vxor offendat virum,tum in primis, ne id accidat in concubitu, & dum quiescunt,cauendum est: nam simultates, quas torus gignit, alio loco, aliõue tempore non est procliue dissoluere.ibid.

Vxoribus se admoueant viri casti, integri, atq; puri aliarum mulierum consuetudinis.ibid.

Viros non irritent vxores.ibid.

Cum vxore non contendas, néue ei multum fidas. Demet.Phal.

Nuptias parcè facito.idem.

Filias locari conuenit ætate virgines, & prudentia mulieres: & vt hoc fiat, docendæ virgines sunt. Cleob. apud Diog. lib.1.

Cum muliere præsentibus extraneis,nec iurgandum,nec blandiri ijs agendum.ibid.

Vxorem tibi parem elige:nam si clariorem te duxeris,affines dominos habebis.Cleob.apud Diogen.lib.1.

Si turpem duxeris, habebis pænã: si autem formosam, erit communis.Bion apud eund.lib.4.

Tempus vxorem ducendi est iuuenibus nõdum:senibus autem nunquam. Diog.lib.7.

Thalami concordia nihil dulcius. Homer.Odyss.3.

Vxori non temere credendum. idem lib.1.

Nempe lex est matronæ, viros ne aspiciant ex aduerso. Eurip.in Hecub.

Nuptiæ sanæ quibuscunq; bene constitutæ sunt mortalibus, ijs beata vita contigit,quibus verò non bene cedunt, domi, foris; infœlices sunt. Eurip. in Orest.

Probabile est, malæ vxoris vitã fieri malum. ibid.

Maxima existit salus, cùm mulier cum viro non dissidet. Eurip.in Med.

Mulier aliàs quidem metu plena, quando autem in matrimonio iniuria affecta est,non est alia mens truculentior.ibid.

Amicos existimet vxor, quos maritus existimat.ibid.

Faciles coniugum sunt reconciliationes.ibid.

Nunquam dicam nuptias exhilarare plus, quàm tristificare. idem in Alcest.

Nullum est maius malum, quàm frustrari fida vxore.ibid.

Non venustas, sed virtutes oblectant maritos.Eurip.in Andr.

Conuenit vxorem, etsi malo viro locata sit, contentam esse sua sorte.ibid.

Mulier cùm priuatur viro, priuatur vita.ibid.

Nunquam duplicia connubia collaudauero mortalium, nec duas matres habentes liberos. ibidem.

Res mala est, vnicum virum binos habere lectos.ibid.

Vna nox resoluit inimicitiã vxoris erga viri thorum. Eurip.in Troad.

Præsentem virum amare oportet, mortuum missum facere. idem in Helen.

Nuptiæ hominibus, optabile malum.idem.

Vitæ egestas, est viris mulier. idem.

Sponsa sine dote nõ habet loquendi libertatem.idem.

Procella domestica, est viris mulier.idem.

Satis magnum regnum est marito,liberi,& vxor.Eurip.apud Stob.

Sæpius vxor beneuolentia in maritum filios superauit. apud Stob.

Vxor non onus,aut molestia est, imò res molestas, ac pergraues ipsa leuat.ibid.

Coniux marito in agritudinibus, & in sinistra fortuna, suauissima res est.ibid.

Quisquis vxorem ducere deliberat,non rectè deliberat, nam vbi deliberauit, statim ducit. ibid.

Si quis pauper pecuniosam vxorem habet,non vxorem,sed dominam habet.ibid.

O ter infœlix, quisquis in paupertate duxit vxorem.Menan. ibid.

Bini sunt cum vxore iucundissimi dies,alter quo ducitur, alter, quo mortua effertur. Hipponach. apud Stob.

Astrictus nuptijs, non amplius liber est.ibid.

Similes res sunt senectus, & nuptiæ:vtrunq; enim cõsequi desideramus:postquàm verò nacti fuerimus,tristamur.Theod. ibidem.

Cùm semel vxor beneuolentia in maritum priuata est, minimè vitalis ei vita reliqua est. Lycurg.

curg. apud Stob.

Quidhomini suauius fuerit? quàm vxor grata, quid dulcius tum alias, tũ in ætate iuuenili, sed eidẽ rei, cui incunditas inest, in vicino est molesta. ibid.

Matronæ officium est, viro suo placere. Themist. ibid.

In hoc conuenient, vt mas imperet, obediat mulier: erit autem imperij genus, non quale dominorũ est, vbi superioris vtilitas curatur: nec qualis arcũ, vbi inferioris tantùm cura est, sed simile ciuili, in quo communis vtilitas ex æquo promouetur. ibid.

Viri obediant ciuitatis legibus: mulieres virorum ingenijs. Socrat. ibid.

Pietas muliebris, amor eius erga maritum, risus autem continuus, & intentus, deterior est iracundia: idcirco maximè viget in scortis, & in pueris stolidioribus: mihi verò magis facies ornari videtur lachrymis, quàm risu: lachrymis enim vt plurimum bona aliqua doctrina coniungitur, risui verò lascivia: & flendo quidem nemo sibi concitauit autorem contumeliæ, ridẽdo autem spem eius auxit. ibid.

Mariti in somno, ac cubili maximè decipiuntur: cauendæ itaq; sunt adulationes vesperi: mane verò tumultus, & clamores. ibidem.

Omnia mulieres per viros facere oportet. ibid.

Nuptiæ propter amicitiam contractæ meliores sunt, aliter verò periculosæ. Plut. apud eund.

Vir corporis studiosus, vxorem efficit ornatui deditam: voluptuarius amatoriam, & luxuriosam: at boni, honestiq; amator temperantem, & modestam. ibid.

Certè si mihi tale corpus alterum, quale meum est, accederet, non viuere possem, tantum negotiorum mihi exhibens, pro sanitate corporis, & victu in dies colligendo, & pro gloria, ac temperantia, celebrisq; famæ, ac bene viuendi gratia: quid igitur fieret? si alterum quoq; tale corpus similiter mihi procurandum foret: constat itaq; quòd vxor etsi viro charissima fuerit, non minus ei tamen faciesit negotij circa anores, aut dolores, quanquam ipsamet sibi: itaq; pro duobus corporibus, quod ad sanitatem, victum, temperantiam, honámq; famam attinet, curam gerat: oportet, quod si insuper liberi nascãtur, iam omnia curis plena sunt, & iuuenilis animi exultatio disperit: & facies haud amplius eadem est. apud Stob.

Malum sunt mulieres, verũ: amen hoc sine malo domum habitare non licet. ibid.

Non omnes infortunati sunt in nuptijs, aut fortunati: calamitosus est autem, qui incideritin malam mulierem: fœlix, qui in bonam. Eurip. ibid.

Quicunque nuptias fato sibi non destinatas ambiunt, frustra laborant: vxor autem viro fatali manens etiam absque omni cura domum ingreditur. Eurip. ibid.

Opes nuptijs acquisitæ vxoris, inutiles sunt, ac citò dissoluũtur. ibid.

Res duæ potissimùm vxorem duraturo considerandæ: nempe, vt facies blanda, & boni mores: hæc enim alunt beneuolentiam mutuam. ibid.

Ducas virginem, vt bonis illam institutas moribus. Hesiod.

Canes, & equos nobis nobiles, & ex bona progenie quærimus, malam verò vxorem, malique patris filiam ducere nõ curramus. Theognid.

Non tam recipienda est nobilitas parentum, quàm ipsa vxor, multæ enim perquàm honestis, & bonis parentibus natæ deprehensæ sunt malæ, & impudicæ. Nicost. apud Stob.

Inter cætera signa, quæ in futuræ vxore consideranda sunt, vocẽ quoque mulieris considerato, nimirum enim suauior est vox canora tum mane, tum à prandio, debet autem magis ad lenitatem cõtrahi, clamorẽ verò, nec asperum sermonem adat. nam huiusmodi signa magis viriles mulieres indicant. Ilid. de signis mulier.

Vide in titulo de facie.

Qvi bonum generum nactus est, inuenit filium: qui verò malum, simul & filiam perdidit. Democr.

Nunc iuuenes adhortor omnes, ne in senectute nuptias celebrent, sed paulatim in iuuentute liberos procreent, nihil enim voluptatis habet, & res est inimica mulieri vir senex. Eurip. ibid.

Multos diuitijs, & genere gloriãtes stulta domi mulier infames fecit. ibid.

Hostibus eueniat inimicas habere vxores. ibid.

Mulier paternã egressa domum, non parentum est, sed mariti. ibid.

Fit quodammodo mulier inimica omnibus, qui prius familiares erant, vbi coniuncta est secundo marito. ibid.

Hic tibi sit maritus, quem parentes decreuerint, etsi fuerit prudens, fœlicissima es, sin aliter virum sortita fueris, istũ quoque ferre necesse est. Numach. apud Stob.

Principio stultè maritum agẽtem tolera, est enim necessariũ, sæpius & morbum sustine quan-

tumuit anxia, celatóq; in pectore tuis curas, nec dicas omnibus, quæ facit, nec omnia parentibus indices, sed solùm desipientem instituas, idq; leniter, vt decet. nam contumelia prudentem quoque virum irritat, sæpius autem oratio lenit etiam insipientem virum demulcet. ibid.

Mulieris fœlicitas est, si diligatur à marito. Sophoc. apud Stob.

Docere te filia volo, in puerili ætate, non vltra illam sapiendum est, inter virgines autem virgineos mores serua, cùm verò sub egregij viri lenam veneris reliqua studia viris sinito. ibid.

Ad salutem præcipuum est, vxorem à viro non dissentire. ibidem.

Oportet mulierem egredientem domum, hunc ætatis terminum attigisse, vt qui non cognoscũt ipsam, cuiusnam sit mater, non autem cuius vxor, interrogent. Hyperid. ibid.

Domi coram viro liceat vxori ornare se, vt libet. ornamenta antè, quæ sumit egressura domum, non ad maritum, sed ad alios spectant. ibid.

Timere non conuenit non tam viri minas, quàm legis voces.

Talis quoque pecuniarum societas connubio coniunctis conuenit, vt vnam in substantiam rebus omnibus confusis ac mixtis, non hanc partem propriam, illam alienam, sed omnia propria, ac nihil alienum arbitrentur, vt potionem temperatam, & si plus insit aquæ, vinum tamen appellamus: ita substantiam, & rem familiarem, quamuis vxor plus contulerit, mariti dici oportet. Plut. apud Stob.

Vt medici eas febres, quæ ab incertis causis paulatim colligi eueniunt, magis suspectas habent, & timent, quàm quæ manifestas, magnasque causas habent: sic latentes plerisque paruaq;, ac quotidianæ viri, atque vxores offensæ magnos eos disiungunt, & vitæ consortium labefactant. ibid.

EX LATINIS.

LIcet matrimonijs paulatim reuerentia grauitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate, qua coëunt. Quint. Declam. 2.

Mulieris, quæ post liberos inducitur, non contingit matrimonij tui reuerentia. ibid.

Omnis alius percussor sentitur antè, quàm faciat, vxor non sentitur, nisi dum occidit. ibidem.

Lex mariti oculos tantùm præfinit vxori, quibus & formam suam probet, & placere desideret, his decoris instrumenta comparet, his sit speciosa, horum certiori credat notitiæ, vlterior illius conspectus supervacua irritatione accersitus, in suspicione, & crimine hæreat, necesse est. Maxim. libro 1.

Summa nuptiarum potestas in patre nuptiarum posita est. apud Terent.

Si sine molestia possemus esse, omnes ea molestia careremus, sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis satis commodè, nec sine illis vllo modo viui possit, saluti perpetuæ potius, quam breui voluptati consulendum est. Gel. lib. 1.

Vitium vxoris aut tollendum, aut ferendum est, qui tollit vitium vxoris commodiorem præstat, qui fert, sese meliorem facit. ibid.

Vxori sufficit obsequij gloria. Plin. Iun. in Paneg.

Argentum accepi dote, imperium vendendi. Pub. Mim.

Quæ indotata est, ea in potestate est viri: dum modò morata rectè veniat, dotata est satis. ibidem.

EX SACRIS.

BEne vtitur malo, concupiscentiam restinguens connubio. Aug. de puer. bapt.

Copula nuptialis non est quasi culpa vitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. Amb. de vid.

Castitas coniugatorum, donum Dei est. Ansel.

Nuptiæ steriles iurgia habent. Basil.

Magis veretur vxor maritum, quem agnouit & præceptorẽ. Erasm. in Epist.

Sine culpa ad matrimonium veniunt, si nondum meliora denouerunt. Hieron. in Epistol. ad Ruf.

Adulterum virum facit mulier ab eo discedens. Aug.

Nuptiæ inuitæ solẽt malos habere prouentus. Ambr. sup. Epist. ad Corinth.

Nuptiæ carnales à lætitia incipiunt, & in luctu terminãtur. Greg. Dial. 37.

Mulieris insolentia viro est opprobrium. Ansel. sup. Epistol. ad Corinth.

Nemo miles cum vxore pergit ad bellum. Ambr.

Omnia priusquàm emantur, probantur, sola vxor non ostenditur, ne antè displiceat, quàm ducatur. Hug. ad Soc.

Mulier plebeia nubens nobili, nobilis efficitur. apud Iurisconf.

Vxorem pauperem alere difficilè est: diuitem ferre, tormentum est: quid prodest diligens custodia? cum vxor seruari impudica non possit: pudica non debeat, infida enim custos ea-

stitatis, est necessitas, & illa verè pudica dicenda est, cui licet peccare, sed noluit. Hiero. cont. Iouin.

Vxor sortitur forum mariti. apud Iurisconsl.

Nupturis matris consensum necessarium natura fecit. Aug. serm. 238.

Primæ nuptiæ melioris sunt meriti, quàm secundæ. idem de bon. viduitatis.

Coniugium humile melius est virginitate superba. August. sup. Psalm. 99.

Coniugum dissensio, totius domus est perturbatio. idem sup. Psalm. 33.

Matrimonium non est, vbi datur opera, ne fœmina pariat. idem lib. 2. de morib. Manich.

Matrimonium, vinculū est. Ambro. de vid.

Fœlicior est mulier nupta, quàm virgo nuptura. Aug. de sanct. virg.

Vxoris lingua, nō mariti ira, sibi conciliat malum. idem libr. 9. confess. cap. 9.

Intemperans in coniugio, quid aliud, nisi adulter vxoris est? Aug. lib. 2. cont. Iul.

Vxor diuitiarum cupida, duplex malum. Basil. in conc. ad diuit.

Mulier absque viri consensu monasterio deputata ad illius cōsortium redire non prohibetur. Greg. in regist.

Coniugem sortiri eisdem moribus viuentem, maximum bonum est. Chrys. sup. Genes. Hom. 48.

Nuptijs peractis ridicula multa sequuntur. Chrysost. sup. Epist. ad Cor. Homil. 12.

Vxores quædam viros ad adulteria compulerunt. idem super Matth. 2. Homil. 28.

Vxoris crimen celans, turpitudinis est patronus. idē sup. Matth. Homil. 33.

Vxoris admonitio voluptatem habet. idem sup. Ioan. Hom. 61.

Vxor qualiscúque viro casto bona videtur. idem sup. Matth. Homil. 20.

Vxor sæpe insidiatrix est. idem de libell. repud. serm.

Vxor pulchra, res est suspitionis plena. idē ad popul. Antioch. Homil. 67.

Filius.

EX GRAECIS.

QVales filij, talis domus gubernatio. Plat. de sortit.

Filius sicut in substantia derelicta: sic in paterno sæ cedat amicitijs. Soc. apud Plut. de vit. vsur.

Quicquid id est, quod à filijs speramus, natura totum sibi vendicat. idem, an seni sit ger. resp.

Quorsum ruitis homines, qui omne in comparādis pecunijs vestrum studium facitis, filiorum verò, quibus hæc relinquitis nullam sanè curam suscipitis. Plut. de educ. liber.

Beatus est, qui beatus est in liberis. Eurip. in Orest.

Malarum matrum mores fugere cōuenit liberos. Eurip. in Andr.

Filij mares sunt columnæ familiæ idem in tauro.

Vnum fortasse inter multos inuenies, qui non sit deterior patre. idem in Heracl.

A dijs dantur liberi mortalibus. idem in Ion.

Filios cum videmus, nouum lumen videmus. Theocr.

Liberorum sufficiens numerus mas, & fœmina. Plat. de leg. lib. 1.

Filia, laboriosa possessio patri. apud Stob.

Nihil est tam honorificum filijs, quàm bono, & honesto genitore esse natos. ibid.

Sermone breui probos, ac modestos filios erga suos parentes vti, decorum est. Sophoc. ibid.

Plures sunt deteriores: pauci verò patribus meliores. ibid.

Fratres relinquendi filijs potius, quàm pecunia. apud Stob.

Filius bonus, bonus ciuis. ibid.

EX LATINIS.

FIlius parentis diuitias in conspectu habeat, non in vsu. Senec. de ira lib. 2.

Parentibus liberi non præstant alimenta, sed reddunt. Quint. declam. 5.

Non habent discrimen liberi, nisi in calamitate. ibid.

Hic solus affectus maior est, quàm filios amare, filijs misereri. ibid.

Non alit populus hominem, quem alere filius debet. ibid.

Nihil dulcius hominum generi à natura datum est, quàm sui cuique liberi. Cicer.

Petulans filius patris præcepta contemnit. apud Ter.

Filius omnia libera parētibus relinquat. Plin. Iun. lib. 4.

Vt quisque vult filium esse, ita est. apud Ter.

Nulli liberi impatientius desiderantur, quàm qui propter patrem videntur occidisse. Quint. declam. 8.

Parentes charissimos habere debemus, quòd ab his vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita sit. cicer. pro Cluent.

EX SACRIS.

IVstius est, vt in te glorientur parentes, quàm tu in parentibus. Chrysost.

Filius patris iniquitatem imitās, patris pœnas in vita præsenti persoluet. Greg.

Qui parentes laudat, filios prouocat. Cypr.

Filiorum numerus liberalitatem minuit. idem de eleemos.

Puellæ parentum iudicia spectent

in sponsalibus. Ambro. 1. de Abrah.

Filiorum est diligere, non timere. Greg. sup. sept. Psalm.

Filij considerare debent, quòd ipsi futuri sunt aliquando patres, vt & ipsi obediant patribus. Amb. sup. Epist. ad Thessal.

Filius magis in patris, quàm in matris est potestate. August. Epist. 199.

Filius patri debet, quod est, non pater filio. idem de fide.

Filij dicuntur, quotquot sunt in vna familia. idem sup. Genes. lib. 1.

Filij Dei non natura, sed gratia sumus. Epist. 54.

Filij nostri sunt opera nostra. idē sup. Psalm. 103.

Qui fallere audebit parētes, qualis erit in cæteros? Cassian. in Epist.

Filij alimentorum vices parentibus referant. Chrysost. aduersus vitup. vit. Monast. serm.

Parentes.

EX GRAECIS.

PRæces parentum aduersus filios sæpe audiuntur. Plat. de legib.

Matres plus diligunt filios, quàm patres. Arist. Eth. 8.

Pater tria beneficia dat filio, causam essendi generando, causam viuendi educando, & causam discendi in informando. ibid.

Parentes amant liberos, tanquam aliquid sui existentes: filij verò parentes, vt ab illis aliquid existentes. ibid.

Pater potest abnegare filios, & non contrà. ibid.

Quicquid id est, quod à filijs speramus, natura totum sibi vendicat. Plut.

Cùm paupertatē malorum extremum consideamur, hanc haud aliter, ac grauem, ac difficilem morbum liberis tradere formidamus. idem de amor. Parent. erga lib.

Plerosque ego parentes vidi, quibus amor nimius, ne amarent, causa extitit. idem de lib. educ.

Parētem celeres, quàm graues sescipere pœnas. præstat. ibid.

Ante omnia opus est, vt patres non solùm nihil peccando, verùm etiam honestè singula per agendo, manifestum sese filijs exhibeant exemplar, vt in eorum vitam se vt in speculum intueantur. ibid.

Quæcunque parentibus stipendia intuleris, eadem ipse à filijs expecta. apud Diog. lib. 1.

Parentes, qui filios eruditos curant, multò honorabiliores sunt ijs, qui solùm generāt: eos enim viuēdi tantùm, illos autem bene, beatéque viuendi autores esse. Arist. apud Diog. lib. 5.

Patris minæ non valde terrent. apud Stob.

Suauis est pater prudentior, quàm iracundior. ibid.

Filium benevolentia patris meliorem facit. ibid.

Emendandi sunt liberi non tam duriter tractando, quàm verbis suadendo. Men. ibid.

Nouā prolem domi procreare vis. maximā mimiestiam filijs tuis concitas. ibid.

Consuetum est, fœminas solicitas esse circa filios, & non mares. Arist. de anim. 16.

EX LATINIS.

NAto filio, pater optimam spem de illo habeat, ita diligētior à principijs fiet. Quintil. lib. 1.

Mauult pater corrigere, quàm abdicare. idem Declam. 7.

Miserrimus est pater, quisquis inducit filio nouercam. idem Declam. 1.

Nemo vnquam pro liberis plus dedit, quàm qui sibi nihil reliquit. idem Declam. 5.

Diuersitas parentum de filiorum procedit moribus. ibid.

Filium expectare morientem, longa præsentia est. idem Decl. 7.

Non est tanta pietas seruasse filium, quantum facinus occidisse. idem Declam. 8.

Cum habemus paruos liberos, & incertum est, quàm longa cuiusque nostrum vita futura sit, consulere viui ac prospicere debemus, vt illorum solitudo, ac pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit. Cicer. 3. Act. in Verrem.

Nullum est nomen amantius, indulgentiúsque, quàm maternum. idem pro Cluent.

Dimidiatum matris genus est periisse, & protinus abscisse. Gel. lib. 12.

Pater cogitet se fuisse puerum, & ita hoc, quod est pater, vtatur, vt meminerit hominē se esse, et hominis patrē. Plin. Iun. lib. 8.

Lac, & spiritus maternus longè magis ingenij, ac incrementa corporis augent. Colum. lib. 7.

Parētum autoritas vilis est apud liberos. Liuius 3. Decad. lib. 6.

EX SACRIS.

AMandus est generator, sed præponendus est creator. Aug. in quod. serm.

Primus gradus pietatis est iste, vt quos autores tibi voluit esse Deus, honores obsequijs, abstinentia contumelijs, nec vultu lædenda est pietas parentum. Amb. sup. Matth.

Meretur cæcitatis suæ subire periculum, qui parentum vultus torno visu despexerit, & elatis oculis læserit pietatem. Hier.

Si necessitas venerit, vt amor parentum, sine filiorum amore Dei comparetur, & non possit vtrunque seruari: odium in

suos, pietas in Deum seruanda est. idem sup. Matth.

Pater non est, qui filio caret. Aug. in exposi. Euang.

Patres huius temporis peccantes filios aut obiurgare volũt, aut timent. Greg. sup. 1. Reg.

Patres huius temporis Deum minùs, quàm filios diligunt. ibid.

Hostẽ in se nutrit, qui filio nimis indulget. Pius. 11. apud Plat.

Paterfamilias facit in domo, quod prædicator in ecclesia. Aug. sup. Psalm. 50.

Parentum cura habẽda ad vltimum vsque spiritum. Chrysost. sup. Ioann. Homil. 24.

Patris ignominia, turpitudo est filiorum. idem sup. Epist. ad Philipp. serm. 9.

Pueritia.

EX GRAECIS.

PVeris pulchra nomina sunt imponenda. Plat. de sap.

Pueri armorum disciplinam discant. idem de fortit.

A primis annis pueri honestis iocis assuefaciẽdi sunt. idẽ de rep.

Pueri ad expectandas pugnas ducendi sunt. ibid.

Omnis tenera ætas nõ potest quiescere. idem de legib.

Infantium exercitatio confert ad virtutem capessendam.

Puer omni bestia intractabilior. ibidem.

Pueri primò appellant omnes viros patres. Arist. Polit. 1.

Vinum bibere nõ cõuenit pueris, nec eorũ nutricibus: quia nihil differt pueros vinũ bibere, & nutrices. idẽ de somno, & vig.

Non solùm pueri erudiendi sunt in arte vtili, & necessaria, sed etiam in artibus liberalibus, & honestis. idem Polit. 8.

Videant pueri, vt otium in quauis honesta re collocent. Plut. apud Plut. de tuẽd. bon. valet.

Pueri ne ex tempore dicant: quod enim inconsulto, & temere dictum est, aut factũ, id pulchrũ esse nequit. difficilia enim honesta sunt. idem de lib. educ.

Liberalibus pueris maiorem laudes ac vituperia, quàm verbera commoditatem afferunt. Plut. de liber. educ.

A continuis laboribus danda quædam pueris respiratio. ibi.

Puerorum desideriis remittenda sunt aliquando habena, nonnihilque laxanda: quandoque rursus intendenda. ibid.

Ea pueri discãt, quibus, sunt senes vsuri. Agesil. apud Plut. in Apophth.

Tria sunt pueris necessaria: ingenium, exercitium, & disciplina. Arist. apud Diog. lib. 5.

Nõ puero gladius. Plu. apud Vol.

Mens pueriles dolorem nescit. Eurip. in Medea.

Lactis nutrimentum maximè familiare est corporibus puerorum. Aristo. Polit. 7.

EX

MInora facilius minores percipiunt. Quint. libr. 1.

Ad virile robur per pueritiam iter est. idem declam. 3.

Quis vllam vllius boni spem habebit in eo, cuius primũ ætatis tẽpus palã fuerit ad omnes libidines diuulgatũ? Cice. ad Sena.

Relinquendum est pueris in ingenio, quod dies, atque ætas mitificet. Gel. lib. 3.

Nunc adhibe puro pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Non tantùm celeriùs, sed etiam perfectiùs imbuuntur, quæ à pueris discuntur. Veg. lib. 1.

Nescire, quod anteà, quàm natus sis, acciderit, hoc est, esse semper puerum. Cic. in orat. ad Brut.

EX SACRIS.

IN modico sapientiæ sermone plus laudatur rusticus, quàm in magno philosophus. & puer si aliquid dixerit sapienter, laudatur, vbi perfectior non auditur. Chrysost. sup. Matth. 8.

Ætates quædam sunt meritorũ. nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantium inuenitur in senibus. Ambr.

Puerorum ore nõnunquam Deus loquitur. Cypri. lib. 3. Epist.

In pueris peccata leuius puniẽda. Augustin. lib. 10. de Genes. ad literam.

Pueri vocabulum nõ tantùm ætatis, sed etiam conditionis est. Ambr. de Abrah.

Pueri nõ inanibus rebus instruantur. Augustin. lib. 1. confes.

Iuuentus.

EX GRAECIS.

IVuenis non potest esse sapiens, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore. Arist. Eth. 6.

Potẽtia est in iunioribus: sapiẽtia autẽ in senioribus. idẽ Polit. 7.

Ama iuuenis pulchrè quid agere: senex verò sentire. Demetr. Phaler.

Iuuentus imperata faciat: senectus imperare debet. Plut.

Petulantem vigorem ætatis non facilè à voluptatum obseruabis incursu. idem de educ. lib.

Optima est adolescentia, si quis ea bene vti sciat. Demosthen. 1. Olynth.

Enitendum est, vt qui libidinibus succumbunt, & increpationibus omnino rebelles sunt, connubio subiugentur. hoc siquidem tutissimum est iuuentutis vinculum. ibid.

Sicut hyemi per serenitatem necessaria parari conuenit: ita & boni mores, & optimum ad senectutem viaticum, modestia in ipsa iuuentute reponatur. Plut. de lib. educ.

Iuuenibus animi sæpius flectuntur. apud Stob.

Iuuenis ambitiosus, præcox est malitia. ibidem.

Difficile est aliquid de iuuenibus diuinare. est enim ætas incerta sine scopo, multis mutationibus obnoxia, & aliàs aliorsum agitur. Theophi. ibid.

EX LATINIS.

STudia, quæ sunt in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quãta fruges industriæ sint futuræ. Cicer. pro Cælio.

Est adolescentis, maiores natu reuereri: exq; ijs diligere optimos, & probatissimos, quorum consilio, & autoritate nitatur. incuntu enim ætatis inscitia senum constituenda, & regenda est prudentia. Cicer. 1. Off.

Adolescentibus præsertim fugiẽda occasio mali. Erasm. in Epi.

Coniectura est, satis emendatum esse adolescẽtem, qui à grauissimis senibus laudatur. Plin. Iun. lib. 4.

Iuuenũ animi instituẽdi in repu. ad mediocritatem. apud Stob.

Iuuenum mors, naufragiũ. ibid.

EX SACRIS.

ADolescẽtiu rara pietas. Chrysostom. aduers. vitup. vit. monast. lib. 3.

Vicina est lapsibus adolescentia: quia variarum æstus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis. Ambr. de vid. lib. 1.

Ferarum morsus, ornamenta sunt iuuentutis. Tertul.

Senes cum venia deliranr, iuuenibus autem turpissima est deliratio. Erasm. in Epist.

Sicut in equis ferocioribus, ita interdum ex adolescẽtium vitijs præclara virtutum indoles deprehenditur. ibidem.

Sicut in senibus sobrietas, & perfectio morum requiritur: sic in adolescentibus obsequium, & subiectio, & obedientia vite debetur. Cypr. de 12. abus.

Iuuenis etiam rectè sapiens non debet incautè ad prædicãdum prosilire. Greg. 10. mor.

Iuuentutem qui sine fructu præterijt, saltem in senectute respiscat. idem in Euang.

Iuuentus peccandi initium. idem de Noë.

Iuuẽtus & senijũ simul esse possit in animo. Aug. lib. 1 retra.

Iuuentuti graue est Christi ingẽ. Ambr. de obit. Valent.

Adolescentes à lasciuia reuocare, difficile bellum. Chrysost. de Anna, & Samuel. educ.

Iuuenes citò matrimonio subdendi sunt. idẽ sup. Epist. ad Thessal. Hom. 5.

Iuuentus per seipsam ad ruinam proclinis est. idem sup. Genes. Homil. 61.

Iuuentus

Iuuentus otiosa omni bestia immanior. idẽ sup. Matt. hom. 38.

Iuuentus neglecta silescit. idem sup. Matth. homil. 51.

Senectus.

EX GRAECIS.

HOminem senescere est via in corruptionem. Aristot. Polit. 1.

Animalia multùm cœuntia citius senescunt. idem de lõg. vit.

Labor exiccat, & senium inducit. vnde multùm laborantes senescunt magis. ibidem.

Senectus est frigida, & sicca: iuuentus calida, & humida. ibid.

Mors senum sine tristitia est. nullo enim dolore eis contingente moriuntur. idem de mort. & vit.

Potentia est in iunioribus: prudentia verò in senioribus. idem Polit. 7.

Senectutis beneficiũ est, libertas. Sophoc. apud Plut. de Cup. divit.

Nullus honor est, qui in differentem magis, quàm quibus defertur, sese transfert, ac is, qui in senes effunditur. idem.

Senes in primis, fœmina minùs vino capiuntur. Aristot. apud Plut. probl. Dec. 1.

Cùm cætera omnia tempore diminuantur, scientia senectute auzescit. idem de educ. lib.

Opera iuniorum: consilia autem senum vim habent. Eurip. ibid.

Nullus tam diligit vitam, quàm qui senescit. ibid.

Senex fuit iuuenis aliquando, an verò iuuenis futurus sit senex, incertum est. perfectum igitur bonum futuro, præsertim incerto, præstantius est. Democr. apud Stob.

Qui sponte à voluptate recedit, sapiens est, qui verò ipsam prorsus non desiderat, beatus est.

Senectus autem vtriq; istorũ idonea est. nam & prudentiores homines, & voluptatum negligentiores reddit. ibid.

Vetusta corpora paruo momento lapsa quiescunt. mors enim senibus diuersorio similis est. iuuenilis autẽ tanquàm eiectio, & naufragium est. elabitur enim anima violenter contrito corpore. Themist. ibidem.

Senectus ob caloris defectum fit. ibidem.

Quanto magis me corporis voluptates deficiunt, tantò cupiditas confabulandi, & voluptas, quàm ex ea re capio, augetur. Plat. lib. 1. de rep.

Remissa quædam res est, senile malum. Eurip. ibidem.

Senũ omnimoda imperfectio est: omnia habet, & omnibus indiget. Democr. ibid.

Non beatus existimandus est senex, quia senescẽs moritur, sed si absolutum habeat bonorum numerum. nihil ætati per se tribuendum est. Metrod. ibid.

Vigent

Vigent ætas veri, declinans æstati, & autumno: senectus hyemi comparanda est. ibid.

Non est grauis sapientum senecta, quorum mens diuina luce nutrita est. Sophoc. ibid.

Senibus elegantioribus quantum corporis voluptates marcescüt: tantum rursus eruditionis desiderium augetur, & tanto firmius docere possunt alios. Anax. ibid.

Optimum senectuti est viaticum, quod etiam iuuenibus: nempe iuxta viam, & rationem naturæ viuere. Muson. ibid.

Vbi impudens est senectus, vbi verecundos esse iuuenes necesse est. Plut. de lib. educ.

Senectus omnium malorum est portus. si quidē ad ipsam cūcta confugiunt. Bion apud Diogen. lib. 4.

Non est exprobranda senectus, ad quam ventre cupimus. ibid.

Ad senectutem optimum viaticū est disciplina. apud eund. lib. 5.

Misera in vita res est, senex egenus. idem lib. 1.

Omnes gressus, pēsq; senis solet manus alienæ expectare leuamina. Eurip. in Phœniss.

Pacata quædam res est senum genus. Eurip. in And.

Multis iuuenibus etiam senex si fuerit animosus, melior est. ibi.

Sani patri nihil suauius filia masculorum quidem maiores sunt animi, & ad blāditias minus suaues. idem in supplic.

Viaticum ad senectutem semper reconde. idem.

Molestus vir est inter iuuenes senex. ibid.

Canities temporis indicatio est, nō prudentiæ. ibid.

Time senectutem. non enim venit sola. ibid.

Senex amator, extrema mala fortuna est. ibibem.

EX LATINIS.

PLena est voluptatis senectus, si illa scias vti, dicesq; molestum est mortem ante oculos habere. ista tam iuueni ante oculos esse debet, quàm sen. Senec. Epist. 12.

Nihil est turpius sene viuere incipiente idem Epist. 13.

Satis multum tempore sparsimus, incipiamus in senectute vasa colligere in freto viximus, moriamur in portu. idē Epist. 13.

Si vis senem agere, & implere vitam, non annis adiiciendum, sed voluptatibus detrahendum est. idem Epist. 20.

Frugalitas producere senectutem potest. idem Epist. 59.

Eadem volumus senes, quæ volumus pueri idem Epist. 62.

Ante senectutem curaui, vt bene viuerē: in senectute, vt bene moriar. bene autem mori, est libenter mori. ibid.

Quisquis senex ad sapiētiam peruenit, annis peruenit. idem epist. 68.

Senectus, insanabilis morbus est. idem Epist. 109.

Misera est senectus, quæ se oratione tūtum defendit. Cat. maior.

Est quietè, purè, & elegāter acta ætatis, placida, ac lenis senectus. idem.

Acta ætas, ac splendida tantam affert consolationem, vt eos, qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut leuiter pungat animi dolor. Cic. 3. Tusc.

Omnium ætatum certus est termi nus: senectutis autē nullus certus est. Cato maior.

Senibus labores corporis sunt minuendi: exercitationes animi etiam augere videntur. Cicer. 1. Offic.

Luxuria tum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est: duplex enim inde malū est, quod & ipsa senectus dedecus concipit, & facit adolescentū impudentiorē petulantiam. idem 2. Offic.

Auaritia senilis vituperāda est maximè: potest enim quicquā esse absurdius? quàm quò minus vitæ restat, eo plus viatici quærere. Cato.

Senectus audaciam præstat. idem.

Perdifficile est senis mutare linguam. Erasm. in Epist.

Senectus ipsa morbus est. Terent. in Phormion.

Senectus nos admonet, vt sarcinas colligamus antè, quàm proficiscamur è vita. Varro de re Rust. lib. 1.

O sola fortes garrulitate senes. Corn. Gall.

Plurima iuuenum discrimina pulchrior illo hic, atq; ille alio: multum hic robustior illo: vna senum facies, febre caret sola, circunsilit agmine facto morborū omne genus. Iuuen. Sat. 10.

Ad omnia alia ætate sapimus rectius: solùm hoc vitium affert hominibus, attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est. Terent. in Adelph.

Frustra cùm ad senectam ventum est, repetes adolescentiam. Pub. Mim.

EX SACRIS.

SEnes iuuenum sunt exempla. Chrysost. Ad popul. Antioch. Homil. 40.

Iuuētus & senium simul esse possunt in animo. August. lib. 1. Retract.

Cùm sibi homines optant senectutem, quid aliud optant, nisi longam infirmitatem? idem de Cath. rud.

Senectus, & pulchritudo corporis in vno habitare nō possunt. August.

Senibus non solùm sermo sit grauis, sed etiam breuis. idem in quod. serm.

Cùm cuncta vitia in sene consenescunt,

nescunt: sola auaritia iuuenescit. ibid.

Etiam si senes magis decet docere, quàm discere, magis tamen decet discere, quàm ignorare. idē sup. epist. ad Heb.

Nemo tam fractis viribus, & decrepitæ ætatis est, vt non putet vnum adhuc annum se esse victurum. Hier. in Epist.

Vt æqualium vsus, ita senum dulcior est. Amb.

Quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. idem.

Erubescat senectus, quæ se emendare non potest. idem.

Quid naturam incusas? homo, habet illa impedimēta quædam, senectutem, & infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior, in consiliis subtilior, ad constantiā mortis promptior, ad reprimendas libidines fortior: infirmitas corporis sobrietas mentis est. idem in Hexam. lib. 1.

Ætates quædam sunt meritorū, nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentiæ infantium inuenitur in senibus. idem in Serm. de Pasch.

Senibus mors est in ianuis: iuuenibus autem in insidijs. Bern.

Senes non sunt imperio cogendi. Ansel. sup. Epist. ad Philem.

Iusti senes peccata adolescentiæ formidant. Greg. 12. Mor.

Senes cum venia delirant: in iuuenibus autem turpissima est deliratio. Erasm. in Epist.

Senectus non facit laudabilem. Hier.

Inter abusiones huius seculi sola maior est senis obstinatio. Hugo de Claust. anim. lib. 1.

Plus omnibus religioni operam dare, senibus conuenit, quos præsentis seculi florida ætas transacta deseruit. Cypr.

Nihil est, quod senectuti magis noceat, & dies hominis abbreuiet, quàm tristitia: nihil est hilari senectute iucundius. Cassia. in quad. Epist.

Canicies senectutis venerabilis est. Amb. epist. 60.

Antiquitas, & senectus præmunciant mortem. Anselm. sup. Epist. ad Hebr.

Senectuti nulla ætas succedit. August. Epist. 120.

Iuuentutem qui sine fructu præterijt, saltem in senectute respiscat. Greg. in Euang.

Tempus, & ætas.

EX GRÆCIS.

TEmpus quietat iram. Arist. Rhet. 2.

Dormientibus, & ijs, qui faciunt opus, delectabile videtur tempus eis breue, quia delectatio prohibet eos cōprehendere motum: & è contrario eis, qui laborant. idem Physic. 4.

Finiti ad infinitum nulla est proportio. idem Physic. 8.

Ætatis est principium futuri, & finis præteriti. ibid.

Rectè eruditi temporis rationem habent. Lycurg. apud Plutarc. in Apophth.

Sapientissimum omnium tempus est, cuncta enim inuenit. Thal. apud Diog. lib. 1.

Sumptus pretiosissimus tēpus est. Theoph. ibid.

Nullum tempus est intempestiuum ad animæ sanitatē. Epic. apud Diog. lib. 10.

Suam infirmitatē agnoscat ætas. Eurip. in Heraclid.

Tempus est potentius legibus.

Alijs tēporibus alia conueniunt. Demosth. in Lep.

Spatio temporis, & infinitæ propagationis exoleuit coniunctio familiarum, & vrbium, & hostes sunt, qui olim erant inter se coniunctissimi. Demosth. ex arg. lib.

Paternæ bona tempus facit aliena. Menand apud Stob.

EX LATINIS.

QVem mihi dabis? qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem æstimet, qui intelligat se quotidie mori. Senec. Epist. 1.

Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. ibid.

Etiam si multum supereſſet ætatis, parcè dispensandum erat, vt sufficeret necessarijs: nunc (quæ dementia est) superuacua discere in tanta temporis egestate. idem Epist. 49.

Punctum est, quod viuimus, & adhuc puncto minus. ibid.

Nulla ætas vacauit à culpis, luxuria, & negligentia boni moris, hominum sunt vitia, nō temporum. idem Epist. 98.

Quàm stultum est ætatem disponere, nec crastino quidem nominamur. idem epist. 100.

Non tam benignum, ac liberale natura nobis tempus dedit, vt aliquid ex illo vacet perdere. idem Epist. 118.

Vitam nobiscum diuidit somnus, & hoc tempore tam angusto, & rapido quid iuuat maiorem partem mittere in vanum. ibidem.

Infirmæ, terrenæq; mentis est, memorare annos. Quint. Decl. 4.

Nihil est, quod longinquitas temporis efficere non possit. Cicer. 2. de Diuinat.

Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum. Cic. ad Marc.

Conferto nostram longissimā ætatem cum æternitate: & sic breuissima reperietur. idē 1. Tusc.

Nihil est opere, aut manu factū, quod aliquando non conficiat, & consumat vetustas. idem pro Marc.

Quid est in hominis vita diu? mihi ne diuturnum quidem videtur.

detur.ibid.

Horæ cedunt,dies, & menses, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quod sequatur,sciri potest.idem.

Nihil semper floret,ætas succedit ætati.Cic.Philip.11.

Quis est, quamuis sit adolescens? qui exploratum habeat se ad vesperum esse victurum.ibid.

Sensim sine sensu ætas senescit,nec subitò frangitur,sed diuturnitate extinguitur.ibid.

Cursus est certus ætatis, & via vna naturæ,eáq; simplex, suæ cuiq; parti temporis tributa est data. idem.

Quæ potest esse in vita iucunditas? cùm dies ac noctes cogitandum sit iamiam esse moriendum.idem 1.Tusc.

Dies alius de alio iudicat. Plin. Senior lib.2.

Alijs tempora desunt,alij temporibus supersunt.Max.lib.6.

Tanto breuius omne,quanto felicius tempus.Plin.Iun.lib.8.

Vtendum est ætate: cito pede labitur ætas:

Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit. Ouid.3.de Arte aman.

Ætas parentum peior auis,tulit nos nequiores mox daturos progeniem vitiosiorem. Horat.3. Carm.

Singula de nobis anni prædantur euntes,

Eripuere iocos, venerem, conuiuia,ludos.

Diuersos diuersa iuuant, non omnibus annis

Omnia conueniunt, res prius acta nocet.

Exultat lenitate puer, grauitate senectus.

Inter vtrunq; manens stat iuuenile decus. Cornel.Gall.

Ætas feruorem, & audaciam quotidie affert.Liuius 1.Dec. lib.2.

EX SACRIS.

NE dicas meliora tempora fuere,quàm nunc sunt: virtutes faciunt dies bonos: vitia malos.Hier.sup.Eccl.lib.2.

Tempus amissum difficulter recuperatur.Chrysost.

Nihil pretiosius tempore: sed heu nihil eo vilius hodie inuenitur.Bern.ad Scol.

Ne nimium operæ consumas in rebus leuissimis.fugax ætas,& vitrea res valetudo non quibuslibet est impendenda: quædam despicienda sunt,& animus ad magna est erigendus. Erasm.in Epist.

Sæpe tempus remedium affert rebus immedicabilibus.ibid.

Tempora non fortuito, sed Dei prouidentia labuntur. Aug. Epist.49.

Temporibus alijs alia cõueniunt. idem lib.3.Confess.

Tempus nullum apud Deum est. idem

idem lib.5.de Trinit.

Non annis ætas, sed viribus est æstimanda.Erasm.in Epist.

Homini crescenti non adduntur, sed subtrahuntur anni. idem sup.Psalm.65.

Tempus quid sit,nemo facilè explicabit. Aug.lib.11. confess. cap.14.

Tempus mensura est species.ibid.

Tempora transeunt, vt veniat mensura prouisio.idem de bono vid.

Tempus præsens.

INstans est principium futuri, & finis præteriti. Aristot. Physic.8.

Præsens apud te necessaria meditare,ne præsens absis. Aeschi. apud stob.

Non quæritur quid, vel qualis fuerit, sed quid sit, præterita enim nec condemnant, nec iudicant. Amb.

Præsentia quærit,amissionem metuit.Greg.lib.9.mor.

Hodie semper est.Chrysostomo.super Epistolam ad Heb.Hom.6.

Præteritum.

PRæterita deleri omnino non possunt, nec iterum in posterum præstari. Plutharch.de tranq.anim.

Factum quod est,nouit & stultus.Homer.Iliad.11.

Non quid factum sit, sed qui fieri debeat, spectandum. Demosth.aduers. Aristonic.

Miserum est meminisse,quod fecris.Quint.Declam.5.

Præterita mutare non possumus. Cicer in Pison.

Non potest dies esse sæpius, qui semel fuerit. Cicero. 2. de finib.

Præterita non præterüisse impossibile est.Plin.Senior lib.29.

Quod fieri debet de proximo,habetur pro facto. apud Iurisconsul.

Ex præteritis futura credimus. Aug.de fide rerum inuis.

Præterita magis reprehẽdi, quàm corrigi possunt. Liuius libr.1. Dec.1.

Futurum.

INsipientes bona quoq; præsentia transmittunt, vnde adeò ad futurum vergunt intentissimæ semper eorum curæ, prudentes contrà, acri recordatione reducentes in rem præsentẽ, vel ea, quæ iam non sunt, instare etiam, atque adesse faciunt.Plut.de tranq.anim.

Sæpe præterito futurum, occultúmque manifesto deterius est, ac terribilius. Plutbar.de ser. num.vind.

Ad melius verte futurum,quodcunque accidet. Eurip.in Helena.

Sæpe vtile est non scire, quod futurum sit, miserum: est enim nihil prosicisceentem angi. Cice 3. de nat. deorum.

Nihil est pro certo futurum, quod possit aliqua procuratione accidere, ne fiat. idem 2. de diuin.

Nunc satis est placuisse paucis, posteritati æquiora sunt iudicia. Erasm. in Epist.

Ex præteritis possunt futura deprehendi. Plin. 1an. lib. 1.

Plerunque non futura, sed transita perpendimus. Curt lib. 8.

Ad nihil tam cupidus homo est, quàm ad futura cognoscenda. Chrysost.

Futura præuisa minoris sunt timoris, cùm præsentia fuerint. Greg. in Past.

Futura tam nõ possunt fieri, quàm præterita non fuisse facta. Aug. lib. 22. cont. Faust.

Futura mutationẽ nesciunt. Chrysost. de resurrect. serm. 1.

Antiquitas.

QVam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem antiquis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerũt. Senec. Epist. 68.

Pro parente est conditor, & multũ autoritatis affert vetustas. Quint. lib. 3.

Exempla ex vetere memoria, & monimentis, ac literis plena dignitatis, plena antiquitatis, ac plurimum valent & autoritatis habere ad probandũ, & iucunditatis ad audiendum. Cicer. in Verrem.

Multo plura reperiũtur apud veteres, quæ nobis probanda sunt, quàm quæ repudiãda. Colum.

Sed longa vetustas deštruit, & saxo löga senecta nocet. Ouid. 5. Fast.

Omnia post obitum fingit maiora vetustas:
Maior ab exequijs nomen in ora venit. Propar. lib. 4.

Antiquitas bonarum artium sedia literis mandabat, atque in libros redacta offerebat principibus. Veget. in prolog.

Antiquitas humana diuinis accensenda. Liuius 1. Dec. lib. 1.

Antiquis in rebus si qua vera similia, pro veris accipiuntur. idem 1. Dec. lib. 5.

Nihil notum ex antiquo probabile est. Liuius 4. Dec. lib. 4.

Veteribus standum est, nisi quæ vsus euidenter arguit. ibid.

Multa egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerũt. Senec. Epist. 65.

Antiquitas non præiudicat veritati. August. in quæstionibus vtriusque test.

Antiquorũ gesta, nobis prophetiæ sunt. Greg. sup. sept. Psal.

Veteribus suo multa licuerunt seculo, quæ nunc nõ licent. August. 3. confes.

Nouitas

Nouitas.

QVædam delectãt noua, quæ postea similiter non faciunt. Aristot. Eth. 10.

Etenim & ingenia, & mores mutare populi, nonnunquam ea legibus moderari extemplo velle non modò non facile, verùm ne tutum quidem omnino est. Plut. de Polit.

Sapienti nihil nouum, aut peregrinum. Aristot. apud Diog. lib. 6.

Magna pars mali, apud imperitos nouitas est. Sen. Epist. 77.

Supernacuus foret in studijs longus labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis. Quintilia. lib. 8.

Nihil est simul inuentum, & perfectum. Cic. de claris Orat.

Roma est tam fortis, qui non rei nouitate perturbetur. Cæsar de bell. Gall. lib. 6.

Cum aures hominum nouitate lætantur, tum ad rationem vitæ exemplis eruamur. Plin. 1un. lib. 8.

Fuerunt varios res noua semper habet. Ouid. 3. de ponto.

Nouum omne, & incognitũ quod est, suspectum est. Tert.

Gratiam conciliat nouitas. Eras. in Epist.

Nouum factum nouum consilium expetit. apud Iurisconsul.

Ea tentanda sunt, quæ si malè cesserint, minùs noceant: si bene,

Principium.

EX GRAECIS.

PRincipium in vnoquoque re, maximum. Plat. de Republi.

Principium, dimidium operis est. idem de legib.

Sine causa, & principio impossibile est aliquid fieri. Aristot. Rhet. 1.

Oportet dare viam animæ auditoris, quæ sit per proœmium. idem Rhet. 3.

Proœmium auditores debet facere dociles, attentos, & benuolos. ibid.

Principium est maximum difficilium omnium. idem Elech. 2.

Principium, quantitate est minimum, potestate est maximum. ibid.

Principio inuento facile est augere reliquum. ibid.

Contra negantes principiũ non est disputandum. idem Physic. 1.

Alteratio subita non habet principium. idem Physic. 2.

Multa consulta, & præuisa, quæ fieri expediebat, dissoluta sunt sæpe propter digniores inchoationes. idem de somno, & vig.

Principium non intelligitur, nisi in re, quæ habet finẽ: & quod habet finem, necessariò habet principium. ibid.

Primum est, quod primo principio est propinquius. idem Metaph. 5.

Principia maximè valent ad sequentia. idem Eth. 1.

Principium est plus, quàm dimidium. ibid.

Ad principia non est ratio. idem Eth. 5.

Propensi in vitia fugiant ab initio. Plut. de Polit.

Difficultas initij patienter ferẽda, habent enim initia nonnihil obscuritatu, quod iuuenes inexpertos torqueat. idem de Offic. audit.

Qui docere aliquid instituit, necesse habet certum, & indubitatum præstare principium. Diog. lib. 7.

Fundamentis rei crebrò indigemus, membris non ita. Epicur. ibid.

Si initio statim prudenter, & diligenter administraremus omnia, res nostræ meliore loco essent, & molestijs, quas parit socordia, careremus. Demost. 1. Olynth.

Principijs obstandum, nisi velit hostes in dies progredi lõgius. ibidem.

Principia rerum gerendarum difficultatem habẽt, post alia negotia alijs.

Acerbitas orationis condienda est præfatiuncula. ibid.

Incipientibus malis obstruenda sunt viæ. apud Stob.

EX LATINIS.

VT peruenire ad summa, nisi ex principijs, non potest: ita procedente iam opere, minima incipiunt esse, quæ sunt prima. Quint. lib. 10.

A dijs immortalibus sunt nobis agendi capienda initia. Cic. 2. de legib.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressibus vsa augentur. idem 5. de finib.

Principij nulla est origo, nam ex principijs oriũtur omnia. idem 1. Tusc.

Omnia principijs inquit inesse solent. Ouid. 1. Fast.

Minores fiant, necesse est, quorum initia confirmauere successus. Quint. Declam. 4.

EX SACRIS.

EGressus malitiæ, virtutis operatur ingressum. Amb.

Sæpe sinistra principia ad felicem perueniunt finem. Hieron.

Principio nihil antiquius. Basil.

Interdum ex malo principio magna nascitur gratia. Erasm. in Epistol.

Principium spectatur, quando finis habet necessariam consequentiam ad principium. apud iurisconsl.

Quod à principio est malè ordinatum, nõ potest ex se postea efficaciam sumere. ibid.

Sicut nemo suum cognouit initiũ, sic nec cognouit exitum. Greg. 29. mor.

Quod inter principium, & finem clauditur, breue est. idem 14. mor.

Medium.

MEdium sapit naturam extremorum. apud iurisp.

Aliquando dimidium plus est, quàm totum. Plat. de legib.

Principium, dimidium operis est. ibidem.

Quanto aliquid magis accedit ad medium: tanto est melius, & quanto magis recedit, tanto est peius. Arist. Polit. 4.

Mediocritas ad omnem cultum, vsumq; vitæ referenda est, in omnibus rebus mediocritas est optima. idem 1. Offic.

Inter vtrunque tene: medio tutissimus ibis. Ouid. 2. Metamor.

Medius locus tutus est. Bern. de consid. lib. 2.

Medium tene, si non vis perdere modum. ibid.

Primordia recolenda sunt, attendenda media, nouissima memorãda. Ber. de prim. med. nouis.

Per extrema probatur medium, & probatis extremis præsumitur medium. apud iurisconsl.

Mediocritas amabilis est. Chrysost. sup. Act. Apost. Homil. 16.

Mediocritate seclusa, vbique malum est. idẽ sup. Act. Apost. Homil. 12.

Finis.

CVius finis est melior, ipsum quoque est melius. Arist. Top. 3.

Finis est magis eligendus, quàm ea, quæ sunt ad finem. ibid.

Finis, non solùm est vltimum rei, sed & optimũ. idem Physic. 2.

Quoties exitus rei satis ostendit principia, debemus esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Quint. lib. 4.

Hoc plerunque facimus, vt consilia euentis ponderemus, & cui bene quid processerit, multum illum præuidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus. Cic. pro Rabir.

Exitus acta probat: careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat. Ouid. 2. Epist.

Exitus in dubio est. idem 2. Metamor.

Hominis euentus spe semper minores. in Hist. Sax.

Euentus belli, quasi index iustus. Liuius 3. dec. lib. 1.

Si rationem posteritatis habeas, quicquid non est inchoatũ pro perfecto est. Plin. Iun. lib. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exitus manifestat, quod à principio calaſtatur, & quæ dubia ſunt in origine, probantur in fine. Hugo de medit.

Finis eſt, ad quem cuncta referuntur. Auguſt. in princip. Rhet. cap. 2.

Finis opus laudabile reddit. idem de morib. Manich.

Sicut non eſt finis gaudio bonorum: ita non eſt finis tormento malorum. Gregor. libr. 4. Dial.

Quoniam eucntus rerum voluntati noſtræ ſe non accommodant, nos voluntatē eventibus accommodare oportet. Ariſt. apud Stob.

Finis præſentis vitæ cohærere debet futuræ vitæ principio. Ber. in die Apoſt. ſerm. 2.

Si finis bonum eſt: ipſum quoque bonum eſt. apud Iuriſconſult.

A fine denominatur res: ergo finis inſpiciendus eſt, non principium. ibid.

Vita.

EX GRÆCIS.

INter homines, non inter arbores viuendum. Plato de pulchr.

Melius eſt bene viuere, quàm vita. Ariſt. Topic. 3.

Cognoſcens properationē iſtiuſ vitæ ad tempus ſempiternum, nō procurabit vitam propriam. idem Phyſic. 2.

Circa duo verſatur vita, & omne ſtudium animalium in procreando, & in alendo. idem de anim. 8.

Non poſſumus dicere: viuemus hoc non patiar: poſſumus dicere: viuam hoc non faciam, meaſuri ſcilicet, & ſimilia. Plutar. de tranq. anim.

Dei munus eſt, quod viuimus: Philoſophiæ autem, quod bene viuimus. Stoic apud Plutar. de ſera num. vind.

Sic exiſtimo, hoc ipſum, quod viuimus, quod omnino naſcimur, quod in hominum genus aſciti ſumus, in hoc à Deo datum eſſe, vt immoleſcat eidem.

Mali ideo viuunt, vt edant, bibantque: ſed boni ideo cibum ſumunt, ac potum, vt poſſint viuere. idem.

Viuens fac laudēris, moriens Bonus puteris. Demetr. Phaler.

Vita noſtra in remiſſionem, & ſtudium eſt diuiſa. idem de lib. educ.

Vita vitæ nomen habet, ſed re ipſa labor eſt. Eurip. apud Plut.

Non malum eſt viuere, ſed malè viuere. Diog. lib. 7.

Nemo noſtrum ſibi ſoli natus eſt, ſed ortus noſtri partem ſibi vendicat patria: partem parentes: partem amici. Plat. Epiſt. 9.

Vita, peregrinatio quædam eſt. idem Epiſt. 10.

Vita certè brevis, ſed tamen dulcis. Eurip. in Alceſt.

Animā vna viuere, non duabus debemus. ibid.

Tenebris, & tetricis omnibus meo indicio vita non vita eſt, ſed calamitas. ibid.

Suauis eſt vita, ſi quis eam non cognouerit.

Vita natura, & legibus regitur. Demoſthe. aduerſ. Ariſtocr.

Vita eſt eligenda perfectiſſima: vita autem iucundiſſima. Socrat. apud Stob.

Vitam humanam conſernant beneficentia, honor, & pœna. ibidem.

Quidā tempus exiguum viuunt: annos verò multos. Simon. apud Stob.

Vita ſimilis eſt cæteri vitæ diei, & totum vitæ ſpatium vni diei æquale propemodum dixerim, per quem intuiti lucem, poſteris deinde vitam tradimus. Amph. ibidem.

Quàm iucundum eſt viuere, ſi quis cum illo viuat, quos probat? Menand. apud Stobæum.

Homini fortunato breuis eſt vita: infortunato longa. ibidem.

In vita tanquam in theatro tandiu viuendum eſt, quandiu rerum, & operum huius vitæ futurum fuerit ſpectaculum. Plat. apud Stobæum.

EX LATINIS.

INtus omnia diſſimilia ſunt, frons noſtra populo conuenit: non ſplendeat toga, ſed ne ſordeat quidem: non habeamus anrum, in quo ſolidi auri calatura deſcenderit: ſed non putemus frugalitatis indicium auro, argentóque carnuiſſe: id agamus, vt meliorem vitam ſequamur, quàm vulgus, non contrariam alioquin quos emendare volumus, fugamus, & à nobis auertimus. Senec. Epiſtola 5.

Vnam ſemel, ad quam vinas, regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. idem Epiſt. 20.

Nemo quam bene viuat, ſed quādiu, curat, cum omnibus poſſit contingere, vt bene viuant, vt diu nulli. idem Epiſtola 22.

Moleſtum eſt ſemper vitam inchoare: male viuunt, qui ſemper viuere incipiunt, quia ſemper ille imperfecta vita: quidam tūc viuere incipiunt, cùm deſinendum eſt, ſi hoc iudicas mirum, adijciam, quod magis admirere, quidam antè viuere deſierunt, quàm inciperent. idem Epiſt. 23.

Amor vitæ vt non abũciendus: ita minuendus est, vt si quando res exigit, nihil nos detineat, vel impediat, quo minus parati simus statim facere, quod quandoque faciendum est. idem Epistola.26.

Sæpe fit, vt qui diu vixit, parum vixerit. idem Epistola.50.

Vt satis vixerimus, non anni, & dies faciunt, sed animus. idem Epist.62.

Si fines bonorum, & malorum cognouerimus, nec vita tædio erit, nec mors timori. idem Epist.79.

Non vt diu viuamus, curandum est, sed vt satis, animo longa est vita, si plena est: impletur autem cum animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. idem Epist.49.

Quæris, quod sit amplissimum vitæ spacium, vsque ad sapientiam viuere. ibid.

Viuere profectò, militare est. idem Epist.97.

Etiam in longissima vita minimum est, quod viuitur. idem Epist.10.

Sic formemus animum, tanquam ad extremum ventum sit: nihil differamus, qui quotidie vitæ suæ manum imponit, non indiget tempore. idem Epist.102.

Singulos dies, singulos dies putemus. ibidem.

Sæpe in hoc est bene viuere, ne diu. ibidem.

Omnis vita, seruitium est. idem de tranq. anim.

Non accepimus brevem vitam, sed fecimus, nec inopes eius sumus, sed prodigi. idem de brevit. vit.

Vita si scias vti, longa est, sed exigua pars est vitæ, qua nos viuimus, cæterùm omne spatium, non vita, sed tempus est. ibidem.

Viuere in tota vita discendum est: & quod magis mirandum est, in tota vita discendum mori.

Qui dies suos, tanquam vitam ordinat, nec optat crastinum, nec timet. ibid.

Maxima vitæ iactura, dilatio est. ibidem.

Consuetudinem sermonis vocabo, consensum eruditorum, sicut viuendi, consensum bonorum. Quint. lib.1.

Quantum ad cognitionem rerum pertinet, etiam præteritis seculis vixisse videmur. idem lib.12.

Tota vita hominis, vnus est dies. idem declam.4.

Solus vixit, quantum voluit, qui mori maunlt. idem.

Nemo impune viuit. idem declam.5.

Nemo est tam dement, támq; parum de se cogitans, qui alienam vitam magis, quàm suam diligat. Cicer. in Vatin.

Commorandi nobis natura diuersorium hoc, non habitandi dedit. idem de Senect.

Dimidio vitæ viuimus. Plin. Iun. lib.2.

Vita silentio nõ transigenda. Sallust. in coniur. Catil.

Vtrunque efficax ad bene viuendum & bene instituti, & fœliciter nasci. Plinius Iunior in Pan.

Nihil est spiritu miseris mortalibus charius. Curt. lib.6.

Non est (crede mihi) sapientis dicere: viuam.

Sera nimis vita est crastina: vive hodie. Martial. lib.1.

EX SACRIS.

VIta vitæ mortalis, spes est vitæ immortalis. August. sup. Psalm.3.

Vita immaculata, senectutis stipendium est. Ambr.

Vita medicamentum, amicus est. August. de amic.

Nemo tam decrepitæ senectutis est, vt non se putet, vnum adhuc annum esse victurum. Hieronym.

Longa nostra desideria increpat vita brevis. incassum multa portantur, cùm iuxta est, quò pergitur. Grego.

Magna sunt vitæ actiuæ merita, sed contemplatiuæ potiora. idem.

Vita ignominiam coniunctam habent, fugienda. idem.

Antè vita, quàm doctrina quærenda est. vita bona sine doctrina gratiam habet, doctrina sine vita integritatem non habet. idem serm.40.

Tantis malis vita hæc repleta est, vt comparatione sui mors remedium putetur esse, non pœna. ibidem.

Diu vixit, qui paucis annis multa talenta lucrifecit Christo. Erasm. in Epist.

Vita hominum media est inter vitam angelorum, & pecorum: si viuit homo secundum carnem, pecoribus comparatur, si viuit secundum spiritum, angelis sociatur. August. in sup. Ioann.

Vita in peccatis mors est. idem de tripl. habit.

Viuere omnes & miseri, & fœlices optamus. idem lib.3. de liber. arbitr.

Vita præsens, nox est. Augu. sup. Psalm.76.

Vitam diuturniorem petere, non est iniustum. idem lib.2. contra Gaud.

Huius vitæ tempus, cursus ad mortem dicimus. idem lib.3. de Ciuit. Dei. cap.10.

Viuendum est humiliter, sociabiliter, ordinabiliter. Bernar. in vig. Pet. serm.1.

Vita, via est. Basil. in conc. de reb. temp.

Vita præsens, deceptio. Chrysost. sup. Genes. Homil. 34.

Vita præsens, certaminum cauea. idem sup. Luc.

Vita præsens, ludus. idem serm. 12. sup. Epist. ad Roman.

Vita præsens, stadium est. idem serm. 26. sup. Epist. ad Roman.

Vitæ humanæ tempus cursoribus comparatur. idem.

Viuimus in mundo, tanquã puellus in vtero. idem paræn. 1. ad Theod. lapsf.

Nihil in hac vita adeò magnificum, aut suaue, quod magnopere sit expetẽdum ei, cui Christiana fides verè fidem fecerit. Erasm. in Epist.

Nihil in hac vita laboriosius, quàm desiderijs terrenis æstuare, & nihil hic quietius, quàm huius seculi nihil appetere. Bernard. sermo. 6.

Mors.

EX GRAECIS.

MAximum, & optimum bonum est hominibus sortiri finem bonum. Aristotel. de Cœl. & mund.

Mors senum sine tristitia est, quia nullo eis dolore cõtingente moriuntur. idem de morte & vita.

Mors nihil aliud est, quàm recessus animæ à corpore. ibidem.

Mors Metaphoricè dicitur sinus. idem Metaph. 5.

Mors maximè omnium est terribile. est enim vltimum vitæ. idem Eth. 3.

Quem diligunt dij, iuuenis moritur. Menandr. apud Plut. in Orat. de consol.

Paucissimos, & sapientes & prudentes viros, in sua patria senescentes inuenis. idem de Exil.

Mortuo nõ male dicendum. Chil. apud Diog. lib. 1.

Nihil in vita mali est ei, qui sentit, nihil in vita priuatione mali esse. Epic. apud Diogen. lib. 10.

Malus malè peribit. Euripi. in Med.

Vltimus morborum medicus, mors est. apud Stob.

Duæ sunt mortis doctrinæ, altera, tempus, antequàm nati sumus, altera, somnus. ibidem.

Nõ mihi sine luctu mors eueniat, sed mortuus relinquam dolores, & suspiria. Euripi. ibid.

Deus sæpe quos plurimi facit, eos citiùs aufert à vita.

EX LATINIS.

IN hoc certè fallimur, quòd mortem prospicimus. magna pars eius tam præterijt, quicquid ætatis retro est, mors tenet. Senec. Epist. 1.

si quid

Si quid te vetat bene viuere, bene mori non vetat. idem Epist. 17.

Semel incidi, quàm semper premi, hoc est. idem Epist. 19.

Nemo non ita exit è vita, tanquam modò intrauerit, quæcunque vis occupa.

Adolescentem, senem, medium inuenit æquè timidũ mortis, æquè insciũ vitæ. idem Epist. 22.

Quid est turpius, quàm in ipso limine securitatis esse solicitum. ibidem.

Non repẽte in mortem incidimus, sed minutatim procedimus, quotidie morimur. quotidie enim demittitur aliqua pars vitæ. hunc etiam, quem agimus diem, cum morte partimur. Senec. Epist. 24.

In vtrumque admonendi, & firmãdi sumus, vt ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus. vtr fortis, & sapiens non fugere debet è vita, sed exire. ibidem.

Vnus dies de omnibus fert sententiam. idem Epist. 25.

Quia incertum est, quo loco te mors expectet, tu illam omni loco expecta. idem Epist. 26.

Meditare vtrunque commodius est, vel mortem trãsire ad nos, vel nos ad mortem. ibid.

Meditare mortem qui discit, libertatem iubet, qui mori discit, seruire dediscit. idem Epistol. 26.

Viuere noluit, qui mori non vult: vita enim cum exceptione mortis data est. idem Epist. 30.

Quis quæri potest, in ea conditione se esse, in qua nemo non est.

Tu mortem vt nunquã timeas, cogita. ibid.

Pulchra res est, consummare vitam ante mortem. idẽ Epist. 32.

Mors, quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam, nõ eripit. veniet iterum, qui nos reponat in lucem dies. idem Epist. 36.

Quoniam infantes, ac pueri, ac mente lapsi mortem non timẽt, turpissimum est, eam securitatem rationem nobis non præbere, ad quam stultitia perducit. ibidem.

Ante senectutem curaui, vt bene viuerem, in senectute vt bene moriar: bene autem mori, est libenter mori. idem Epist. 61.

Aptè ad mortem, quàm ad vitam præparandi sumus. ibid.

Nihil interest, anima per os, an per iugulum exeat. idem Epist. 77.

Nihil interest, quo loco desinas, desine quocunq; volet: tantum bonam clausulam impone. idẽ Epist. 78.

Mors per omnes it, qui occidit, cõsequitur occisum. idem Epist. 94.

Quem putas perüsse, præmissus est.

Senec.

Senec. Epist. 100.

Cui nasci contigit, mori restat, interuallis distinguimur: exitu æquamur. ibid.

Non licet plus efferre, quàm intuleris. idem Epist. 102.

Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. tunc in tenebris vixisse te dices, cùm totam lucem totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum vias intueris, & tamen illam admiramur procul. ibid.

Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum fuit. idem Epistol. 116.

Quod grauissimum natura fecit, commune fecit, vt crudelitatem fati, consolaretur æqualitas. idem de breuit. vitæ.

Mors misera non est. aditus ad mortem miser est. idem lib. 8.

Nulla mors inquietior, quàm quæ statim tota est. Quintilian. declam. 2.

Neminem inuenies mori volentem, qui non inueniat aliquem vetantem. idem, declam. 4.

Pro incolumitate hominis natura commenta est, vt periremus inuiti. ibidem.

Solus vixit, quantum voluit, qui mori maunlt. ibid.

Mortem quisquis damnatis præstat, indulget, idem Declamatio. 11.

Nihil est delicatius exitu. idem declam. 17.

Mors semper imparata miserit, negata cupientibus. ibidem.

Vtrunque timidi est, velle, & non velle mori. idem.

Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur: stultissimus iniquissimo. Cice. in Para.

Morti nihil est tam simile, quàm somnus. Cato maior.

Ex vita discedendum est tanquam ex hospitio, non tãquam è domo. Cicer. de Senect.

Si hac die non obieris, paucis post diebus tibi moriendum est, quia homo natus es. Cicer. ad Sulp.

Mortem omnibus horis impendentem timent, quis tranquillo animo potest consistere? idem.

Qui mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparauit. idem. 2. Tusc.

Non est iniussu imperatoris, id est Dei, de statione, ac præsidio vitæ discedendum. Cato maior.

Nõ deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus semper imminet, & propter breuitatem vitæ nunquam longè potest abesse. idem 1. Tusc.

Ipse animæ discessus à corpore sit sine dolore, & sit plerunq; sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate: totum hoc leue est, & qualecunq; sit: sit enim ad punctum temporis. ibid.

Mors terribilis est ijs, quorũ cum vita omnia extinguuntur: nõ, quæ

quorum laus emori non potest. Idem in Paradox.

Quid refert humine, an sublime putrescas. Max. lib. 6.

Humanæ vitæ conditionem primus, & vltimus dies continet. Max. lib. 7.

Non solùm fortior, sed etiam sapientior est aliquãdo mortis, quàm vitæ cupiditas. idẽ lib. 9.

Mors ærumnarum est requies. Sallust. in Declam.

Mori turpis viro forti non potest accidere. Cic. contra Catil.

Luctuosissimũ mortis genus est, quod non ex natura. Plin. Iun. lib. 1.

In ijs, qui morbo finiuntur, magnũ in necessitate solatiũ. ibid.

Impetu procurrere ad mortem commune cum multis: cum deliberatione autem ingentis animi est. ibid.

Qui voluptatibusediti quasi in diem viuunt, viuendi causas quotidie finiunt, qui verò poste ros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, ijs nulla mors non repentina est, vt quæ semper inchoatum aliquod abrumpat. idem lib. 4.

Dum suppetit vita, enitamur, vt mors quàm paucissima quæ possit aboleri, inueniat. Plin. Iun. lib. 4.

Effugit mortem, quisquis contempserit, timidissimum quemq; consequitur. Curt. lib. 4.

Fortissimi virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Curt. lib. 5.

Non satis est pigrè ire ad mortem. ibid.

Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
Et cùm tristis erit, præcipitata ruit. Corn. Gall.

Mors sola fatetur, quantula sint nostra corpuscula. Iuuenal. Saty. 10.

Puluis, & vmbra sumus. Horat. lib. 4.

Frange thoros, pete vina: rosa cape: tingere nardo:
Ipse iubet mortis te meminisse Deus. Mart. lib. 2.

Non nasci bonum, natum aut citò morte potiri. Auson. Eclog. de Vit. hum.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regúmq; turres. Horat. 1. Carm.

Serius, aut citius sedem properamus ad vnam,
Tẽdimus huc omnes: hæc est domus vltima. Ouid. 10. Met.

Mortem optare malum: timere, peius. Periand. per Auson.

EX SACRIS.

MInus timet mortem, qui minus delitiarum nouit in vita. Veg. lib. 1.

Libenter cupit cõmori, qui scit se sine dubio esse moriturũ. idem lib. 3.

Nõ mala mors putãda est, quam bona

bona vita præcesserit. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei.

Vocantur ante tempus, ne diutius vexentur à malis: mali verò, & impij tolluntur, ne diutius bonos persequantur. idem de Vit. Christ.

Latet vltimus dies, vt obseruetur omnis dies. idem Epist.

Non potest malè mori, qui bene vixerit, & vix bene moritur, qui male vixerit. idem de Doctri. Christ.

Tantis malis vita hæc repleta est, vt comparatione sui, mors remedium putetur esse, non pœna. Ambr.

Mori non solet, nisi quod nascitur. Tertul.

Mors non capit immortalitatem: mortale autem capit. idem.

Naturæ corruptio, alia natura est. Idem.

Mori timet, qui non sperat viuere post mortem. Chrysost.

Quando omnis sapientum vita, secundum Platonem, meditatio est mortis, debemus & nos præmeditari, quod aliquando futuri sumus: & quod velimus, nolimus, non longius abesse potest. Hier. ad Heliod.

Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter arripere. idem sup. Ioan.

Inter eum, qui decem vixit annis, & omn., qui mille, postquam idem finis aduenerit, & irreuocabilis mortis necessitas, trãsactum omne tantundem est, nisi quod magis senex onustus peccatorum fasce profecisse tur. idem ad Heliod.

Ad hoc autem conditor noster latere nos voluit finem nostrũ, diémq; mortis nostræ esse incognitum, vt dum semper ignoratur, semper proximus esse creditur, & quanto quis sit feruentior in operatione, tanto sit incertus in vocatione. Gregor. 12. Mor.

Qui considerat, qualis erit in morte, semper pauidus erit in operatione, atque inde in oculis sui conditoris viuet. idem 12. mor.

Nemo alio tempore mori potuit, nisi eo ipso, quo moritur. idem.

Fit miseris mors sine morte. idem in Moral.

Multo grauior expectata, quàm illata mors. ibid.

Mortis diem omnes assaturum scimus, & tamen omnes, ac si prorè omnes differre conamur, etiam qui post mortem se beatiores credunt esse victuros tantam habet vim carnis, & animæ dulce consortium. Aug. De Gratia noui test.

Quidam mortis suæ negotium ridenter exequuntur. Gregor. in Moral.

Offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere. Chrysost. sup. Matth. cap. 10.

Perculitur hac animaduersione peccator, vt moriẽdo obliuiscatur sui, qui viuens oblitus est Dei. Cæsarius in admon.

Mori nolle indicium est parui profectus. Aug. in Quæst. 17.

Post mortem nullum est meritum. idem in Enchir.

Morte nihil certius, incertius nihil hora. idem de Spir. & anim.

Mors ciuitatis pœna est. idem 22. de Ciuit. Dei.

Morte spontanea nemo perijt innocens. idem contra Gaud.

Non quali morte, sed quales ad se exeant, attendit Deus. idem Epist. 122.

Mortem horror non opinio, sed natura. idem sup. Psal. 44.

Mors à Deo vindicante est. idem in Retract.

Mors bonis bona, malis mala. idẽ 13. de Ciuit. Dei.

Mori vita & vita est. Amb. de Bono mort.

Mors pro remedio nobis est data. idem de Vit. resurrect.

Mortuus est, qui Deo non viuit. Aug. in Man.

Mortui permissu Dei viuis apparere possunt. idem de Cur. pro mort. gerenda.

Mortui laudari non cupiunt, nisi pro viuentium consolatione. idem Epist. 124.

Mori inuiti bona propter requiẽ, melior propter nouitatem: optima propter securitatem. Bern. in Epist.

Mors peccatorum mala, peior, pessima, sed bonorum mors, bona, melior optima. idem in Parua. Serm.

Mortem spiritualem optant sibi carnales, quorum vitam abhorrent. idem sup. cant. Serm. 2.

Mors, Christianis est somnus. Chrysost. Homil. 45.

Mors, animæ obliuio est. Bern. in Sentent.

Mors bona, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius. idem de Circuncisione Dom. Ser. 1.

Mortem iustus etsi non cuitat, certè tamen non timet. idem in Epist.

Mors à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberauit. idem Ad milit. templ. Serm.

Mori velle, hominis non est. Chrysost. sup. Matth. Homil. 35.

Mors, nomen tantum fidelibus. idem sup. Gen. Hom. 29.

Mortis consolatio, habere liberos. chrysostom. sup. Matth. Homil. 35.

Mortem hominis insanabilis morbus præcedit. idem sup. Matth. Hom. 47.

Mors radicem ex peccato habet. idem de Auar.

Defunctus.

Nihil à morientibus fingitur. Quint. Declam. 17.

Propter defunctorum virtutem Deus

Deus miseretur viuentium. Chrysosto. super Genes. Homilia 32.

Officium humanitatis defuncto collatum, præstantissimum. Ambr. de Thob.

Mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcu est: habui enim illos tanquam amissurus: amisi, tanquam habeam. Senec. 64.

Somnus.

EX GRAECIS.

NEcesse est omne, quod vigilat, dormire. Arist. de somn. & Vigil.

Somnus ex quarundam lassitudinum genere prodit. ibid.

Somnus est requies data animalibus propter salutem eorum. ibidem.

Homo non somniat ante quartum annum, sed post. idem de Animal. 4.

Homines, qui nunquam somniauerunt, viso somnio mutantur, vel in morbum, vel in mortem. ibidem.

Inter cœnam, & somnum internallum aliquod intercedat. Plutarc. de Tuend. bona valet.

Somnia peruersorum turbata. Plutarch. de Virt. & vit.

Hostes disciplinarum, labor, & somnus. Plat. apud Plut. de Liber. educ.

Suauissimus palpebris accedit somnus ab aurora. Eurip. in Rhes.

Somnus mortis frater est. Plat. de Leg.

EX LATINIS.

SOmnus ipse, pars vitæ est. Quint. Declam 2.

Nihil est, quod facilitas humana possit facilius imitari, quàm dormientis simulatio. ibid.

Inter dormientem, & simulantem non est nisi conscientia. ibidem.

Nihil est tam simile morti, quàm somnus. Cato maior.

Non bonus est homini somnus post prandium. Plaut. in Most.

Somnus altissimus in secunda vigilia noctis. Liu. 1. Dec. lib. 7.

EX SACRIS.

TRistitia somno mitigatur. August. lib. 10. Confess. cap. 13.

Somnus, medicamentum fatigationis est. Ansel. sup. Epist. ad Rom.

Somnus, aliquando inquieta quies. August. lib. 2. de Ciuit. Dei. cap. 22.

Somnus corpori, vigilia animæ tribuatur. Gregor. lib. 18. Mor.

Insomnio exteriores sensus dormiunt, & interiores cernũtur. idem 23. Mor.

somno membra languescũt, quòd sit frigidum & humidũ. August. de Quant. ani.

Somnus duplex, animæ, & corporis. idem super Psalm. 62.

Somni futuri temporum grauedo, iudicium est. idem super Psalmo 131.

Somnia non sunt obseruanda. Augustin. in Specul.

Somnus oblitionẽ significat. idem sup. Psal. 4.

Sopor lethο consanguineus est. idem lib. 4. de Anim.

Somnus iucundus est seruo. Chrysosto. ad popul. Antioch. Homil. 2.

Vigilia.

QVicunque viuere, & sapere cupit, maximè quàm longissimo tempore vigiles sola sanitatis commoditate seruata, ad hanc verò non multò opus est somno, si bene assueferis somnijs, magistratus profectò in vrbibus noctu vigilãtes hostibus terrori sunt. Plat. 3. de legib.

Maximum pernigiliæ malum. Iustin. lib. 25.

Somnus corpori, vigilia animæ tribuatur.

Quò pluribus horis vigilamus, pluribus horis viuimus.

Nocturnas lucubrationes, & intempestiua studia fugito. nam & ingenium extinguunt, & valetudinem vehementer offendunt, aurora musis amica est. Erasm. in Epist.

Sanitas.

EX GRAECIS.

OPtimum, bene valere: secundum, formosum esse: tertiũ, diuitias habere nulla fraude quæsitas. Plat. Rhet.

Sanitas est commensuratio calidorum, & frigidorum. Arist. Physic. 7.

Si gloria affectãda est, optimum est eam sanitatis causa imperata abstinentia affectare. Plat. de tuend. bon. valet.

Bona valetudo maximè diuinũ, suauissimúmque est condimentum. ibid.

Magnum ad rectè, & ex animi sententia viuendi compendium est, commoda corporis valetudo haud oppressa, sed agilis, atque ad omnem vitæ functionem rectè peragendã probè constituti. Plutar. probl. Dec. 6.

Pauca voluptati debentur, multa sanitati. Demosth. Exord. 19.

Incredibile est alicui tãtam ignauiam esse insitam, vt salutem suam negligat. idem 1. Olynth.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam. ibid.

EX LATINIS.

PLerique conualescunt negligentiæ bono. Quintil. Declam.8.

Prima pars sanitatis est, vt libenter accipias. idem Declam.13.

Homines ad deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Cicer. pro leg. Manil.

Habenda est ratio valetudinis: vtendumexercitationibus modicis. Cato maior.

Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant. Plin. Sen. lib. 18.

Nihil salubre est, nisi quod toto anno salubre est. ibid.

Animalia omnia nosunt sibi salutaria præter hominẽ. idem lib. 27.

Ita salubritas, quæ ducitur è cœlo ac terra, non est in nostra potestate, sed in naturæ, vt tamen multùm sit in nobis, quò grauiora quæ sunt, ea leuiora facere diligẽtia possumus. Varro de re rust.

Salutis argumentum, placidi mores.

EX SACRIS.

SAlutis propriæ non præsumitur quis immemor. apud Iurisconsul.

Valetudo bona fallax. Basil.

Incolumes exercent salutem corporis ad salutem mentis. Greg.

Nemo insanabilior, quàm qui sibi sanus videtur. idem super septem. Psalm.

Quid boni habeat sanitas, lãguor ostendit. Hier. in Epist.

Sanitas hominis perfectissima, est ipsius immortalitas. August. Epist. 56.

Nihil prodest sanitas in superficie corporis, si vulnus animæ intrinsecus latet. Gregor. in regist.

Salus à solo Deo est, quibuscunque modis detur. August. sup. Psalm. 34.

Sanitas corporis redundat, in mẽbris. Bern. in Epist.

Salus hominum in Christi manu posita est. Chrysost. sup. Matth. Homil. 35.

Morbus.

EX GRAECIS.

INfirmans ponit felicitatem esse sanitatem: pauper verò facilius, diuitias. Aristotel. Rhetor. 1.

Implacidissima res est ægrotus. Plut. de tranq. anim.

Medici quos morbos vellere possunt, extrinsecus deuertendos ad corporis superficiem putant. idem de Polit.

Iudicium cum effectu ægrotans habet. idem de virt. mor.

Non morbi omnes adueniunt taciti. Hesiod. apud Plut. de tuend. bona valet.

In quouis vitæ genere ægritudini locus est. ibid.

Præcipuus animi morbus, dementia est. idem de morb. anim. & corporis.

Vulneratus qui est, prælio non se admisceat. Homer. Iliad. 3.

Difficile est tractare ægrotantem hominem. Eurip. in Orest.

Facilius est aliquando ægrotare, quàm ægrotantem curare. Eurip. in Hippol.

Facilius morbum cum tranquillitate, & generoso animo feres. ibid.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam. Demosth. 1. Olynth.

EX LATINIS.

NOn quærit ager medicum eloquentem, sed sanantem. Senec. Epist. 76.

Est, mihi crede, vel in lecto virtuti locus. idem Epist. 79.

Multos morbos, multa fercula fecerunt. idem Epist. 96.

Nullam habet salutis spem ager, quem ad intemperantiam medicus hortatur. idem Epistola. 124.

Nunquam sine querela ægra tanguntur. idem de ira. lib. 3.

Quæ se adhuc secari plaga permittit, in summo est. Quintil. Declam. 10.

Tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Plin. Iun. lib. 7.

Inauditum vulnus inaudito cauterio extirpandum est. in Histor. Sax.

Ægris corporibus vna salus credenda est, si pax à dijs impetretur. Liuius 1. Dec. lib. 7.

Vulnera sanari non possunt nisi tacta, & tractata non fuerint. idem 3. Dec. lib. 8.

EX SACRIS.

AEgrotare incipimus mox, vbi nascimur. August. sup. Psalm. 111.

Multorum experimenta morborum cogunt multas inuenire medicinas. idem ad Bonifac.

Infirmitas corporis, sobrietas mentis est. Amb.

Aegrotus etiam debet seruare decorum. Nazanz.

Aegritudo diutius premit propter prolixiora vitia. Greg. in Euang. Homil. 19.

Fortitudo corporis, imbecillitas animi est: & rursus imbecillitas corporis, fortitudo animæ est. Hier.

Infirmitas considerans propria mala, nobis excusat aliena. Greg. 4. mor.

Languentes nec locus prohibet ab importuna petitione. Amb.

Longè facilius morbus declinatur, quàm admissus ejcitur. Erasm. in Epist.

Satius est stomachũ dolere, quàm mentem Hieron.

Corporis debilitas nimia etiam animi vires frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit, quicquid cum modo, & temperamento sit, salubre sit. Hiero. in Epist.

Infirmitas virtutũ officina. Ambros. in Psalm. 36.

Morbus est perpetuus, hæc vita. Aug. serm. 74.

Morborum genera non omnia in medicorum libris sunt comprehensa. August. lib. 22. de Ciui. Dei. cap. 22.

Corruptum cum corrupto miscerí potest. apud Iurisconsl.

Aegrotus factus sanus Dei non obliuiscatur. Chrys. sup. Matth. Homil. 25.

Aegrotationum omnium mater deliciarum vsus. idẽ sup. Matt. Homil. 50.

Aegrotos episcopus visitet. idem de sacerd. lib. 1.

Morbi ex peccatis plerunque generantur. idem sup. Ioan. Homil. 37.

Medicina.

EX GRAECIS.

OMnis cura eò tendit, vt bonum, & vtile ei, qui curatur afferat. Plat. de sanit.

Non potest oculus mederi, nisi prius caput, nec caput absque totius corporis medicina curatur. idem de temper.

Rhetor non semper persuadet, nec medicus semper sanat. Arist. Topic. 1.

Fabrum sanitatem fecisse accidens est, quoniam non est aptus ad faciendam sanitatem saber, sed medicus. Arist. Metaph. 5.

Eo quis facit ferculum delectabile, medicus autem vtile. ibidem.

Medendi ars, ratio sanitatis est. idem Metaph. 11.

Medici non apud sanos, sed vbi sunt aegroti, conuersare debent. Pansa apud Pluthar. in Apophthleg.

Medicorum præstantissimi ad repentinos fluxuum impetus medicinarum confestim non afferunt remedia. Plut. in Orat. conf.

Medicus vir multis alijs aequandus. Homer. Iliad. lib. 11.

Medicus garrulus, aegrotanti secundus morbus est.

Multorum medicorum visitatio me perdidit.

Medicina inter artes liberales elegantiæ ornatus, incunditatis nulla minus complectitur, magnam verò contemplationem de sanitate suis studiosis exhibebet. Plut. apud Stob.

EX

EX LATINIS.

NIhil aquè sanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio. Senec. Epist. 2.

Non gaudet aegroto medicus elato. idem Epist. 38.

Nulla dura videtur curatio, cuius salutaris videtur effectus. idem de ira.

Non minus sunt turpia principi multa supplicia, quàm medico multa funera. idem de Clem.

Non medicina sanat, sed quicquid videtur sana esse, medicina est. Quintil. declam. 8.

Maxima medicinæ pars esse cœpit, sanare posse. ibid.

Iniquissimum est, desperationem vocare, quoties remedium medicina non inuenit. ibid.

Nemo magis desperat, quàm qui se negat nosse languorẽ. Quint. declam. 8.

Medicina mortuorum sera est. ibidem.

Non expectet, vt statim gratias agat, qui sanatur inuitus. idẽ declam. 15.

Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis profitentur se tenere medicinæ scientiam, se ipsos curare non possunt. Sulpit. apud Cicer. in Epist.

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu, & exercitatione consequi possunt. idem. 2. Offic.

Aegri quia non omnes conualescunt, non ideo nulla medicina est. idem 2. de nat. deorum.

Nulla ars inconstantior medicina est, nec sæpius mutatur, cùm sit fructuosior nulla. Plinius senior lib. 29.

Medici famam nonitate aliqua aucupates animas nostras statim negotiantur. ibid.

Vt quisque inter medicos loquendo pollet, illico Imperator nostræ vitæ, cædisque sit. ibid.

Multa millia gentium sine medicu degunt, nec tamen sine medicina. ibid.

Non medicinam antiqui damnabant, sed artem. ibid.

Minus credimus, quæ ad salutem nostram pertinent, si intelligimus. ibid.

In hac artium sola euenit, vt vnicuiq; medicum se professo statim credatur, cùm sit periculum in nullo mendacio maius. ibidem.

Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicóque tantum hominem occidisse, impunitas est. ibid.

Lues morum non aliunde maior, quàm è medicina. ibid.

Imperatoribus vna medicina imperat. idem lib. 24.

Medicamenta si fortè in mensa ponuntur, non prosunt idem lib. 28.

Medicinæ ab animo hominii pendentes non omittendæ. ibid.

Medicinæ præcipue efficaciſſimus magiſter vſus. ibid.

Medici futurarum rerum incerti præſentibus inducijs certam valetudinem promittunt. apud Terent.

Medici ſalubres, ſed voluptate carentes cibos blandioribus eloquijs proſequuntur. Plin. Iunior. lib. 1.

Medici quanquam in ægritudine nihil ſerui, ac liberi differunt, mitius tamẽ liberos tractant. ibid.

Medici nihil, quod nociturum ſit in corporibus ægris relinquũt. Curt. lib. 6.

Cunctа prius tẽtanda, ſed immedicabile vulnus

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. Ouid. 1. Metamor.

Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem Idem 2. de triſt.

Mala eſt medicina, vbi aliquid naturæ perdit. Pub. Mim.

Non eadem ratio, ſentire, & demere morbos.

Senſus iners cunctis tollitur arte malum. Ouid. 4. de Pont.

EX SACRIS.

OMnis medicina habet ad tempus amaritudinem, ſed poſtea fructus doloris ſanitate monſtratur. Hier. ſup. Hier. lib. 2.

Improbus, & imperitus eſt medicus, qui alienum mederi appetit, & ipſe, quod patitur neſcit. Greg. in paſt.

Medicus vbi ceſſat curare, deſperat. Hier.

Nomẽ medicinæ à modo, & temperamẽto impoſitum creditur, vt non ſatis, ſed paulatim adhibeatur. nam in multo contriſtatur natura: in mediocriter autem gaudet. Iſid. 4. Eth.

Naturalis cura eſt, ægris dare lætitiam: ſic invalidum gaudere, & ſenatus eſt. Caſſiod. 2. Epiſt.

Dat Galenus opes, & lectio Iuſtiniana.

Ex alijs palleas, ex iſtis colligе grana. apud iuriſconſ.

Cauſam morbi ignorans, non poteſt curare morbum. ibid.

Medicina aliquando ſimilia ſimilibus, aliquando contraria contrarijs curat. Grego. 23. mor.

Medicina vtraque tam corporis, quàm animæ eſt à Deo. idem 1. de morib. Eccleſ. cap. 28.

Mederi, opus miſericordiæ eſt. idem lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 16.

Medicinam laudantes: non laudamus morbos. idem de ſpirit. & anim.

Bonus medicus non pecuniam, ſed ſalutem quærit ægroti. Plato apud Plat.

Medicinæ cognitio ſcripturis neceſſaria eſt. idem de doctri. Chriſtia.

Quies, & ſecuritas.

SEcuritas eſt habitus nos à timore prohibens. Plat. in definit.

Non multitudine negotiorum, ſed paucitate ſecuritatem animi metiri conuenit. Plut. de tranq. anim.

Quies à laboribus originem trahit. Plat. de leg.

Sedendo, & quieſcendo anima ſit prudens. Ariſt. Phyſic. 7.

Requies, & ludus videntur neceſſaria in vita. idem Ethicor. 4.

Non valentes continuò operari, requie indigent. idem Ethicor. 10.

Requiet neceſſariò eſt delectabilis, quia eſt medicina inſtitiæ, quæ conſiſtit in labore. idem Polit. 8.

Hoc ipſum nihil agere nonnullos ſæpe à recta animi inſtitutione deturbat. Plutar. de tranq. anim.

Præſit propriæ domui. Demetr. Phaler.

Pulchra res, quies eſt. ibid.

Vita noſtra in remiſſionem, & ſtudium eſt diuiſa. Plut. de liber. educ.

Commoda ſapientiæ, tranquillitas eſt. apud Stob.

Tranquillitas inter bonos eſt. ibidem.

EX LATINIS.

VItam ſecuram, & ſine vllis fortunæ incurſionibus, mare mortuum vocabat Demetrius. Senec. Epiſt. 68.

Homo non eſt tutus ab eo, quem fortuna fecit non timendum. Liuius 3. Dec. lib. 5.

Ego ſemper hac opinione tractus ſui, vt eum, qui nihil commiſerit, ſibi nullam pœnam timere exiſtimare. Cicer. in Vatin.

Dandũ eſt aliquod interuallum animo, ita tamen, vt non reſoluatur, ſed vt remittatur. Senec. Epiſt. 15.

Danda eſt remiſſio animis meliores nanque, & acriores reſurgunt. idem de tranquilli. anim.

Cùm iuuenes relaxare animos, & dare ſe iucunditati volent, caueant intemperantiæ, meminerint verecundiæ. Cicer. 1. Offic.

Primum argumentum bene compoſitæ mentis eſt, poſſe conſiſtere, & ſecum morari. idem.

Multùm ad tranquillitatem locus confert. idem Epiſt. 53.

Nulla placida quies eſt, niſi quam ratio componit. idem Epiſt. 57.

Interdum quies inquieta est. ibidem.

Granior est quies, quibus ex lassitudine calamitatum venit. Quint.declam.2.

Grata est pigritia corporum fatigatis. Curt.lib.8.

Remissio est malorum, vitæ tranquillitas.

Fœlix, qui proprijs æuũ transegit in aruis,

Ipsa domus puerum, quem videt ipsa senem. Claud. de senat. Veron.

Vix quenquam inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Senec. Epist. 43.

EX SACRIS.

A b animo petenda est tranquillitas. Eras. in Epist.

Quiescere est, bene in potestate esse. Greg. 4. mor.

Quæ in tranquillitate persistere nequeunt, se ipsa confundunt. idem lib. 8. mor.

Amor propriæ quietis, præiudicare non debet sanctæ obedientiæ actibus. Bern. serm. 47.

Quies bonos lucratur, & malos perdit. Augustin. in lib. 83. quæst.

Nemo securus debet esse in vita ista, quæ tota tentatio nominatur, vt qui fieri potuit, ex deteriore melior, non possit fieri ex meliore deterior. Aug. 10. confess.

Securitas diligentes homines negligentes facit. Chrysost.

Securitas nostra in solis Dei promissionibus est. August. sup. Psalm. 49.

Cõuersio securitatem parit. Greg. 24. mor.

Quibusdam sæpe virtutis magnitudo, perditionis occasio fuit, vt cùm de confidentia virium inordinatè securi essent, per negligentiam inordinatè mererentur. Greg. in Past.

Nihil est securius, quàm illi omnia committere, qui nouit suis cultoribus congruè profutura præstare. Cassian. super Psalm. 72.

Securitatis magna portio est, nihil iniquè facere, confusam vitam, & perturbatam potentes agunt, tantum metuunt, quantum nocent. idem Epist. 16.

Securitas, periculosa res est. August. in sententiis suis.

Securitas, pessima reipub. perditio. idem sup. Psalm. 13.

Periculum.

EX GRAECIS.

C irca labores, ac pericula fortitudine opus est, & patientia. Plut. de fort.

Prudenter periculum aggredere. Sodiad.

Quicquid tutum est, id solùm verè

verè laudatur, quod verò cùm periculo sit, id etiam admiratione prosequimur. Plutar. de educ. liber.

Nullus sibi similis in periculis homo, quoties ad audaciam ex metu venit. Eurip. in taur.

Pro dignis subeundum est discrimen. idem in Rhes.

Commune periculum sæpe coniungit eos, qui alioquin inter se diffidunt. Demosth. in argument. lib.

EX LATINIS.

A b homine homini quotidianum periculum. Senec. Epist. 104.

Quantum possumus, nos à lubrico recedamus. in sicco etiam parũ firmiter stamus. idem Epi. 117.

Auida est periculi virtus. Senec. de prosp.

Abiraris apud te aliquando pericula accessisse, quæ circa te semper errauerunt. idem de trãq. anim.

Serò animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur. ibidem.

In periculis maximè versatur affectus. Quint. lib. 6.

Periculo quæsita maximè placẽt. Plin. Sen. lib. 9.

In suo quisque periculo magnum animum habet. idem.

Vbi paria sunt periculum, & præmium, & secũdis rebus amplior fructus est, & aduersis solatium maius. Cur. lib. 9.

Nunquam periculo sine periculo vincitur. Pub. Mimus.

Metus, periculúmque exhortationem audire non sinunt. in hist. Sax.

Labior, & periculum impeditur, vnde honor, & periculum speratur. Liuius 1. Dec. lib. 6.

Plus animi est inferenti periculũ, quàm propulsanti. idẽ. 3. Dec. lib. 8.

Incautum est magnas res eisdem casibus, eisdem tempestatibus subdere. Plin. Iun. lib. 3.

EX SACRIS.

N emo diu tutus est, qui periculo proximus est. Cypr.

Periculis se offerre, temeritas est. Amb. 1. de off.

Periclitatur castitas in delitijs, humilitas in diuitijs: pietas in negotijs: veritas in multiloquio: charitas in hoc mundo. Bern. in quod. serm.

Singulare periculum singularem exigit operam. idem.

Ex considerationè remedij, periculi æstimatur quantitas. Ber. in Nat. domin.

Periculum non incurris, quantũcunque te humiliaris. idem sup. Cant. serm. 27.

Periculosè viuitur absque præceptore. idem de tribus ordinib. eccles.

Fortuna, & Sors.

EX GRAECIS.

Bona fortuna est, quando aliquod bonum euenit: mala autem, quando aliquod malum euenit. *Arist. Physic. 2.*

Fortuna non est in rebus animâ carentibus, nec infantibus, nec brutis. ibidem.

Muliebre dictum est, neminem vitare posse fatum. Plut. de Rhet.

Quidam anteuertunt fortunam, ipsámque occupant. Plut. de tranq. anim.

Fortuna non est infœlicitatis effectrix, nisi improbitatis præsidio. idem de curiosit.

Naturæ operatio, fortunæ non indiget. ibid.

Fortunæ nobis cyatos exiccantibus, si vnum bonum infundit, tria mala infundit. apud Stobæum.

Fortuna diurna est. Eurip. in Heracl.

Fortuna diuitibus pecunias non donauit, sed mutuo dedit. Bion apud Stobæum.

EX LATINIS.

Quod nõ dedit fortuna, non eripit. Senec. Epist. 60.

Malo me fortuna in castris suis, quàm in deliciis habeat. idem Epist. 68.

Fortuna non semper vna via, nè tota quidem incurrit: modo nostras in nos manus aduocat, modò suis contenta viribus inuenit pericula sine autore, nullum tempus ei certum est. In ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur. idem Epist. 91.

Nulli fortunæ tam dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat. Senec. de Ira. lib. 3.

Cum fortunam nouere, dementia est. Quintil. Declam. 4.

Non solùm ipsa fortuna cæca est, sed etiam ipsos plerunque efficit cæcos, quos amplexa est. Cicer. in Lælio.

Fortunam laudare, stultitia est: vituperare, superbia est. idē 1. de inuent.

Ei non multùm obesse potest fortuna, qui sibi firmus in virtute, quàm in casu subsidium collocauit. idem 4. ad Herenn.

Fortitudini fortuna adiumento esse solet. idem 2. ad Herenn.

Ferenda est fortuna, præsertim quæ abest à culpa. idem ad Torq.

Fortuna multis in pœnam paret. Plin. Sen. lib. 6.

Fortuna aduersas res cupido animo infligit, secundas parce. Maxi. lib. 7.

Multùm tum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest. Cæsar de bello Gall. lib. 6.

Multum fortuna in repentino hostium aduentu potest. ibid.

Fortu-

Fortunæ quisque faber est. Appius apud Sallust.

Fortuna, quos vni sibi credere coëgit, magna ex parte auidos magis gloriæ, quàm capaces facit. Curt. lib. 4.

Fortuna nunquam simpliciter indulget. ibid.

Fortuna rebus famam, pretiúmq; imponit. idem lib. 9.

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus fortuna deam, cœlóque locamus. Iuuenalis Sat. 14.

Efficacior est ad breue tempus fortuna, ad longum virtus. in hist. Sax.

Fortuna virtutẽ sequitur. Liuius Dec. 1. lib. 3.

Quî sit Mecœnas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Cõtentus viuat, laudet diuersa sequentes.
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Cõtrà mercator, nauem iactantibus austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur, horæ
Momento aut citò mors venit, aut victoria læta. Horat. 1. Serm.

Quid refert, qualis status tuus sit, si tibi videtur malus. Senec. Epist. 8.

Fata viam inuenient. Vergil. 3. Aeneid.

Quod manere incipit, fors esse desiit. in Histo. Sax.

Plerunque casus imitatur industriam. ibidem.

Sibi quisque dat mores, conditiones casus assignat. ibid.

Omnia, quæcunque agimus, mille casibus subiecta sunt. Liuius 3. Dec. lib. 10.

Cuiuis potest accidere, quod cuiquam potest. Senec. de tranq. anim.

Casus fortuitus non dicitur, quem diligentissimus quisque præuidisset. apud iurisconsult.

Si fortuna volet, fies de rhetore consul,
Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor. Iuuenal. Sat. 7.

EX SACRIS.

Sorte Ionas in mare missus, sorte Mathias in Apostolum electus est. Greg. sup. 1. reg.

Sors vnius cuiusque propria, est conuersatio. idem.

Sola fortuna prospera est, quæ otiũ dat philosophãdi. Augu. lib. 2. contra Academic.

Fortuna necessaria est sapienti. idem libro tertio, contra Acad.

Fortunæ bona sapientes non timent. idem Epist. 151.

Sortem tuam ita reddes tolerabiliorem.

liorē, si quod vis esse, sis. Erasm. in Epist.

Constantia, & Perseuerantia.

EX GRAECIS.

TArdè aggredere, quod aggressurus sis, perseuerantèr prosequere. Demetr. Phaler.

Raræ fœlicitatis est, celeritas, & magnitudo, varioris, diuturnitas, & constantia. Demosth. in arg. lib.

Inconstans mente, cæcus, aut surdus. apud Stobæum.

Inter homines multi boni, maliq; sermones incidūt, quibus haud exterrearis, nec sinas ab instituto operis dimoueri. Pythag. apud Stobæum.

Vt aduersas, sic secundas res immoderatè ferre, leuitatis est, præclaráque est in omni vita æquabilitas, idémq; vultus eadémque frons. Cicer. 2. Offic.

EX LATINIS.

NOn est satis iudicare, quid faciendum, vel non faciendum sit, sed stare etiam oportet in eo, quod sit iudicatum. Cicer. 2. de finib.

Nemo ad bonam mentem certo animo contendit, qui non peruenerit. Erasm. in Epist.

Admittendum est etiam, si summa desperes. in Hist. Sax.

Non si præstantis ingenij vis, vel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium, inertiámque deuoluit, sed quod sapienter speraumus, perseueranter consectari debemus. Colum lib. 1.

Homines agere vnum magnam rem puta: præter sapientem autem nemo vnum agit, cæteri multiformes sumus. hoc exige à te, vt qualem te præstare instituerit, talem te ad extrema serues. de eo, quem vidisti beri, meritò dici potest: hic qui est, tanta mutatio est. Senec. Epist. 121.

Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. idem Epist. 2.

Nihil est, quod non expugnet pertinax opera, & intenta, ac diligens cura. idem Epist. 68.

In excelso est beata vita, sed perseuerantia penetrabilis. ibid.

Quærendi defatigatio turpis est, cùm id, quod quæritur, sit pulcherrimum. 2. de fin.

EX SACRIS.

COepisse, multorum est: perseuerare autè paucorū. Hier.

Nititur quis frustra, nisi imitetur. Bernard. super Cant. Sermo. 85.

Quod

Quod sæpius agitur, crebrò; retentatur, aliquādo succedit. Erasm. in Epist.

Incæptum bonum agitur, si ante vitæ terminū deseratur, quia frustra velociter currit, qui prius, quàm ad metas venerit, deficit. Greg. lib. 1. Mor.

Perseuerantia est vnica filia summi regis, finis virtutum, earúmq; consummatio, totiúsq; boni repositorium, & virtus sine qua nemo videbit Deū. Bern. in Epist.

Absq; perseuerantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur, vigor virium, virtutis cōsummatio est, nuptrix est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror est patientiæ, cōstantiæ filia, amica pacis, amicitiarum modus, vnanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum, tolle perseuerātiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo, denique non qui incæperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Bernard. Serm. 2. in vigil. Pet. & Pau.

Non desiit, qui non deficit. idem.

Nihil non poteris, modò animus non desit. Erasm. in Epist.

In via Dei non progredi, regredi est. Bern.

Perseuerantia in bonis à Deo est. Aug. de Eccl. dogm.

Multò melius est non cæpisse, quàm non perseuerasse. idem de continent.

Currite fratres, tota curia cœlestis vos expectat. Bern. in Vig. nat. Dom. Serm. 3.

Mutatio, & inconstantia.

EX GRAECIS.

VItæ genus aliud, atq; aliud identidem mutare à molestijs, perturbationibúsq; animum eximere nequit. Plutarc. de Tranq. ani.

Permutatio, res tristis, cui verò semper malè est, nihil dolet, ex consuetudine infœlix existens. Eurip. in Herc. fur.

Clarissimæ olim vrbes, nunc nihil sunt, quæ nunc maximè superbiunt, eandem aliquando fortunam experientur. Demosth. in Arg. lib.

Quanta res, est miseratio mortalium, qui nonnunquam eorū, quos oppugnarunt, opem implorare coguntur. ibid.

Omnia mortalia propter necessitatem naturæ in mutationibus voluuntur, dum aut à meliore, in deteriorē statum transeunt, aut contra: res enim natæ augentur, aut vigent: vigentes senescunt, & tandem corrumpuntur.

puntur. Eurip. in Hippol.

Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca. Eurip. ibid.

Similis est vita theatro: quocirca sæpius pessimi quiq; honoratissimum inter homines tenent locum. Demosth. ibid.

Inconstantia fastidit amicos. Plutarch. de Amic. & adul.

EX LATINIS.

NVsquam est, qui vbiq; est. Senec. Epist. 2.

Non conualescit planta, quæ sæpius transfertur. ibid.

Quidam vt aliquid sui viderentur afferre, etiam recta mutarunt. Quint. lib. 3.

Difficile est mutare animum, etsi quid est penitus insitum moribus, id subitò euellere. Cicer. ad Quint. frat.

Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe turbat omnia, & totam opinionem, & parua nonnunquam cõmutat aura rumoret. Cic. pro Mur.

Sæpe tẽpore fit, vt quod plerunq; turpe haberi soleat, habeatur non turpe idem 3. Offic.

Tempore commutatur officium, vt non sit idem. idem 1. Off.

Abeunt omnia, vnde orta sunt. Cato maior.

Non potest quisquam nostrum subitò fingi, nec cuiusquam vita mutari, aut naturæ conuerti. idem pro Scyll.

Minimis momentis maximæ temporũ inclinationes fiunt. idem Philip. 5.

Vindex insolentia, varietas humanæ conditionis est. Max. lib. 4.

Plerunq; mutatis rebus ea quæq; mutata videtur, quæ manent. Plin. Iun. lib. 8.

Nescit, quid optes, aut fugiat sibi ludit diet. Pub. Mim.

Quid quisq; velit, nunquam homini satis cautum est in horas. Horat. lib. 2. Carm.

Optima quæq; dies miseris mortalibus aui

Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus,

Et labor, & duræ rapit inclemẽtia mortis. Virg. 3. Geor.

Optima ferè manibus rapiuntur auaris.

Implentur numeris deteriora suis. Ouid. lib. 2. Amor.

Simul parta decora vnius horæ fortuna euertere solet. Liuius 3. Dec. lib. 10.

Tam facilè seruum tuum, ingenuum videre potes, quàm tute seruum. Senec. Epist. 2.

Meliora præteruolant, deteriora succedunt. Senec. Epist. 109.

EX SACRIS.

INconstantia ex leuitate generatur. Greg. in Past.

Inconstantes seipsos negligunt. ibidem.

Frustra currit velociter, qui prius quàm veniat, ad metam desicit. idem 1. Mor.

Afficit, & mutabile est omne, quod patitur. Aug.

Patientia.

EX GRAECIS.

SImplicem dolorem cum liceat, non feras duplicem. Eurip. in Taur.

Quidam maguis passionibus, non mouentur: quidam verò pauciis mouentur, & quidam nulla causa eminente mouentur. Arist. de Anim. 1.

Cùm ratus fueris, nihil nec dixeris, nec feceris, prius, quàm vigies quatuor literas percurreris. Athenod. ad Cæsarem. apud Plutarch. in Apophth.

Tolerantia perpessio est malorum propter honestatẽ, habitus perferendi laboris honestatis causa. Plat. in Definit.

Posiquàm quæ honesta non sunt, patrare ausus es, patere & quæ non lubet. Eurip. in Hec.

Non est vlla ita difficilis aut passio, aut calamitas, cuius nũ sufficere queat pondus, hominum natura. idem in Oreste.

Stultitias eorum ferre, qui verum potiuntur, necesse est. idem in Phœniss.

Vile est, vt qui fideliter moneãt, tolerentur. Demosth. in text. exord.

Certamen patientiæ tale est, vt qui vincitur, ipso victore est melior. Eurip. apud Stob.

Magnam peritiam existimato, qua ferre potes aliorum imperitiam. Pythag. apud Stob.

Fortunæ mutationem sustine: nauiga secundum fluuium: nauiga secundum fortunã. ibid.

Prudentium virorum officiũ est, ne quid mali fiat, cauere: fortium autem, id, quod factum est, moderatè ferre. Pittac. ibid.

Lex dictat optimum esse in aduersis, quàm maximè fieri potest, quietem agere, nec conqueri, quòd incertum sit: id quod accidit, bonúmne, an malũ: tum quòd nihil dolor ad sequentia conferat, nec vlla humanarum rerum magni pendenda sit, eãq; quod subito præsidio esse potest, dolor impedimento sit. Plat. lib. 10. de Republ.

EX LATINIS.

TOrmenta quidẽ à me abesse velim, sed si sustinenda fuerint, vt me in illis fortiter, honestè, animosè geram, optabo. Senec. Epist. 68.

Cauere fortunam potest, qui ferre potest. idem Epist. 99.

Non quid, sed quemadmodum feras, interest. idem de Prouid.

Si imbellior est, qui te læsit, parce illi, si potentior, tibi. idem de Ira.

Ira.lib.3.

Fortior est patientia, cùm pietas scit se omnia fecisse pro vita. Quint.Declam.8.

Inter sanitatem, & patientiam nihil interest, si vtrunq; ferre nõ potest.idem Decl.14.

Speremus, quod volumus, sed quod acciderit, feramus. Cicer. pro Sest.

Versis rebus omnibus, cùm consilio prosici nihil potest: vna ratio videtur, quicquid euenerit, ferre moderatè. Cic.ad Torq.

Patientia tam similis est fortitudini, vt cum ea, vel ex ea nata videri possit. Max.lib.3.

Patientia quæri debet, quod gratia impetrare non potest. ibid.

Perser, & obdura: dolor hic tibi proderit olim.

Sæpe tulit lassis succus amarus opem. Ouid.3. Amor.

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est.

Quæ venit indignè pœna, dolenda venit. idem Epist.5.

Fortiter malũ q patitur, idẽ pòst patitur bonũ. Plaut.in Asin.

Cuiusuis doloris remedium, est patientia. Pub.Mim.

Feras, non culpes, quod vitari non potest. idem.

Furor sit læsa sæpius patiẽtia. idẽ.

Qui perferre nouit, vincit. in Hist.Sax.

Qui se vltro morti offerant, facilius inuenies, quàm qui dolorẽ patienter ferant. Cæsar de bell. Gall.lib.7.

Qui sua metitur pondera, ferre potest. Mart.

EX SACRIS.

PErfacile est vestem cõtemptã habere, inclinato capite incedere, velum super humeros dimittere, sed verum humilem patiẽtia ostendit iniuriæ. August.ad Probam.

Patiẽtia vera ipsum amat, quem portat: nam tolerasse, & odisse non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Greg. sup.Ezech.Homil.7.

Doctrina viri per patientiam cognoscitur: tanto ergo quisq; minùs ostenditur doctus, quanto conuincitur minus sapiẽs. idem sup.Euang.Hom.35.

Patientiæ finis, promissorum est expectatio. Amb.

Non bona patientia est, cùm possis esse liberum, seruum te promittere fieri: vera patiẽtia est, pati, vel agere contra quod libeat, sed non præter quod liceat. Bern.2.de Consid.

Nunquam est virtus patientia in prosperis: ille verò patiens, qui aduersis conteritur, & tamen aspectu suæ rectitudinis non curuatur. ibid.

Sapientes dum perturbationi suæ minimè resistunt, etiam si quæ fuerant à se tranquilla mente bene gesta, confundunt, & improuiso

prouiso impulsu destruũt, quicquid forsitan diu labore prouido construxerunt. ibid.

Plerunq; ideo patientes videmur: quia retribuere mala non possumus, sed qui idcirco malũ non retribuit, quia nequaquã valet, proculdubiò patiens nõ est: quia patientia non in ostensione inquiritur, sed in corde. idem in Homil.sup.Euang.

Nihil ita confusionem facit patienti malum, quàm tolerantia patientis. Chrysost.sup.Epistol. ad Hebr.ser.30.

Remedij pars est, non sentire malum. Eras.in Epist.

Verè magni animi est, quasdam iniurias negligere, nec ad quorundam conuitia aures, vel linguam habere. ibid.

Pulchrius est, alienã petulantiam ferre, quàm referre. ibid.

Leuius feruntur mala, quæ non possunt esse diuturna. ibid.

Victoria nõ minor est, hostes tolerare, quàm hostes vincere. Greg.

Semel vincit, qui statim patitur. Cypr.

Illud est magnificum, si sabiectus contumelijs, iudicium Dei laudes: si vexatus ægritudine, iudicio Dei deputes: si te inopia premit, non reuocet, quo minus laudes iudicium Dei. Ambr. sup.Beat.immac.

Paupertatẽ æquo animo ferre, virtus patientiæ est: sponte appetere, sapientiæ laus est. Bern.

Siue digni, siue indignè depositi sunt, Deo iudiciũ derelinquũt, & patienter sustinẽt, quod de se iudicatum est, isti & à Deo misericordiam consequẽtur, & frequẽter etiam ab hominibus reuocantur ad pristinum gradum, & ad gloriã, quam amiserunt. Orige.sup.Ezechie. Homil.10.

Magna virtus est, si non lædas, à quo læsus es: magna virtus est, si cui nocere potuisti parcas: nobile vindictæ genus est, ignoscere victo. Hugo.3.de Anim.

Patientia est honestatis, aut vtilitatis causa, difficilium rerũ, ac arduarum voluntaria, ac diuturna perpessio. Cassiodo. sup.Psalm.

Voluntariè Deo sacrificauit, qui inter angustias passionum iugiter gratias agit. ibid.

Affirmandus est animus ad omnia, quæ possunt homini accidere. Eras.in Epist.

Patientis iniustè, melior conditio est, quàm facientis. Aug.sup. Psal.5.

Patientia sapientiæ comes est. idem de Sapient.cap.2.

Patientiæ, & mansuetudinis exercitium in tribus consistit: in verborum iniurijs, in damnis rerum, in corporis læsione. Bernard.in purific.beat.Mar.

Non in passione esse, sed victorem esse passionis, beatum est. August.lib.de Sapient.lib.2.

Impatientia.

Ipsa, quæ mater est omnium per impatientiæ vitium virtus charitatis amittitur. Gregor. in Past.

Magnum malum est, ferre non posse malum. Bion apud Diog. lib. 4.

Non fert vllum ictum illæsa fœlicitas. Sen. de prouid.

Impatientes quædam nescita produnt. Greg. 22. mor.

Homines vt plurimùm sunt impatientes. idē in Euang. Hom. 15.

Dominus iratus sæpe cōcedit impatientibus, quod petunt. idem sup. sept. Psalm.

Impatientia sæpe inimica est potestati. idem 20. mor.

Impatientiæ stimulus summus, libido est. Tertull.

Impatientia malum malo cumulat. Aug. de patient.

Magna cum deliquimus, vix ferimus reprehendi. Bernar. sup. Cant. serm. 37.

Impatientia Deum contra nos prouocamus. Chrysost. o. de prouid. Dei. lib. 2.

Absurdè dicitur, malle non esse, quàm miser esse. Augu. lib. 2. de liber. arbit.

Spes.

EX GRAECIS.

Peritì ab imperitis bona spe differūt. Chil. apud Diog. li. 1.

Dulcis res, spes est. Bias ibid.

Spes pascunt exulet. Eurip. in Phœnis.

Sperare, non ignaui viri est. idem in Hercul. fur.

Meliora semper expectanda sunt. Apollod. apud Stob.

Quod extremum in vita est, spes est. Diog. ibid.

Spes mala sicut malus viæ dux, ad peccata ducit. ibid.

Nec nauim vna sola anchora, nec vitam vna sola spe muniri oportet. ibid.

Vt crura, sic spem quoq; non vltra extendere conuenit, quàm fieri commodè potest. ibid.

Quod maximè commune est, spes est. Thal. ibid.

Spes temerariæ plerunque fallunt homines. Eurip. ibid.

Spes vigilantium, est somnium. Pind. ibid.

EX LATINIS.

Voluntatem spes facit. Quint. lib. 5.

Ab altero expectes, alteri quod feceris. Senec. Epist. 95.

Mobiles sunt miserorum spes. idem Declam. 12.

O fallacem hominum spem, fragilémq; fortunam, & inanes nostras cōtentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur, & corruūt, & antè in ipso portu obruuntur, quàm portū conspicere potuerint. Cic. 3. de Orat.

Sola spes hominem in miseriis consolari solet. Cicer. in Catil.

Strenuus metus est, velocior tamē spes. Curt. lib. 7.

Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit,
Nec spes huic vena deficiente cadit. Ouid. 1. de Pont.

Credulam vitā spes facit, & melius cras fore semper ait. Tibul. lib. 2.

Spes etiam valida solatur compede vinctum.
Cura sonant ferro, sed canit inter opus. idem.

Insperata accidunt sæpius, quàm quæ expectes. Plaut. in Most.

Nec lætabitur vnquam, nec mœrebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponit sui. Cic. 5. Tuscul.

EX SACRIS.

Spei certitudine futura, tanquàm iam facta cognoscimus. Aug. lib. 11. cōtra Faust.

Vita vitæ mortalis, spes est vitæ immortalis. idem sup. Psal. 3.

Speranti grandia, modica minus data sunt. Bern.

Quæ præter spem eueniunt, solent esse gratiora. Erasm. in Epist.

De diuina misericordia amplius sperandum est, cùm humana præsidia deficiunt. Ambro. in Hexam.

Spes commodi furatur labores, & metum abscondit periculi. idem sup. Psalm. 12.

Spem in creatura ponere, de creatore desperare est. Gregor. 1. mor.

Tria considero, in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem reditionis. Bern.

Frustra sperat, qui Deum non timet. Greg. 17. mor.

Sperantibus, non timentibus iustitia Dei reuelatur. August. lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 24.

Bene sperant solùm, qui bonam conscientiam habent. idem sup. Psalm. 81.

Spes aliqua si subest, hominis vires auget. idem de quāt. anim.

Spes, comes amoris est. idē de bono viduit.

Spes sine fide esse nō potest. idem in sentent.

Spes futurorum omni præsentia temporalium certior. idem sup. Psal. 74.

Spes in dominum fallere non potest. idem serm. 170. de temp.

Sperare debemus dominum cum silentio. Bernard. sup. Cantic. serm. 63.

Spes inter timorem, & securitatem collocatur. idem serm. 52.

Spes sunt vigilantium somnia. Basil. in Epist.

Bona nobis à Deo cōcessa, magnā de futuris spē concedunt. Chrysost. sup. Gen. Homil. 35.

Spes sine fide non habet firmitatē. idem sup. Genes. Homil. 22.

Sperare nihil, nisi à Deo, sed nihil quærere, nisi Deum, singularis perfectionis est. Bern. sup. Psalm. Qui habit. serm. 9.

Spes miserorum, Deus. ibid. ser. 15.

Spes vitæ æternæ lætitiam facit. idem sup. Cant. serm. 27.

Spes futurorum bonorum præsentem fortunam lenit. Chrysost. sup. Genes. Hom. 27.

Desperatio.

INsperatum rerum finem invenit Deus. Eurip. in Alcest.

Desperationis causa est, inevitabilis timor pœnæ. apud Stob.

Turpiter desperatur, quicquid fieri potest. Quint. lib. 1.

Nihil gravius, quàm destitutæ spes torquent. idem Decla. 12.

Desperatio vilia honestis anteponit. Erasm. in Epist.

Dij immortales tum omnibus casibus præsunt, tum præcipuè eis, quibus nihil ratione potest administrari. Cæsar de bell. Alex.

Nemo desperet fieri posse, quæ facta sunt. Veg. lib. 3.

Clausis ex desperatione cresçit audacia, & cùm spei nihil est, sumit arma formido. ibid.

Libenter cupit commori, qui scit sine dubio esse moriendum. ibidem.

Prima salus est declinare culpam: secunda, nõ desperare veniam. Hugo de verb. Sap.

Desperatio cum perpetratione nequitiæ sociatur. idem lib. 8. mor.

Licet non exaudiamur de tribulatione, non est tamen desperandum. idem 26. mor.

Nullus desperet veniam, etiamsi circa finem vitæ ad pœnitentiam convertatur, nũquemq; enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat. Isid. de summo bon. lib. 2.

Desperatio, certa mors est. Aug. sup. Psal. 50.

Desperatio, homicida est animæ. idem serm. 6.

Desperatio ex ignorãtia Dei nascitur. Bern. sup. Cant. ser. 27.

Desperatio solicitudinẽ generat. Chrysost. sup. Matth. Homi. 16.

Desperationis radix, ignavia. idẽ Paræ. 1. ad Theod. Lapsi. Epist. 5.

Iniquissimum est, desperationem vocare, quoties remedium medicina non invenit. Quintil. Declam. 8.

Nemo magis desperat, quàm qui se negat nosse languorem. ibid.

Fama.

EX GRÆCIS.

FAmam, quam multi populi celebrãt, nõ ex toto perijt. Arist. Ethic. 7.

Non curãdum multos cognoscere, sed à nullo ignorari. Seip. apud Plut. in Apophth.

Fit na-

Fit natura quadam, vt ignavissimi hominum nihil curent, quæ sit de ipsis futura opinio: probatissimi autem viri cuncta faciant, quæ in futuris seculis bene inter homines audiant. Plat. Epist. 2.

Rerum gestarum fulgor perstringit oculos. Lucian. de vit. Demosth.

Si bene vis audire disce bene loqui, & cùm bene loqui didiceris, rectè facere conator: hoc enim modo bonam famam acquires. Epith. apud Stob.

De homine mortuo bene ominare. Chil. ibid.

Omnibus hæc consuetudo est præconibus, bis tantùm exaggerare, ac facta sunt. Eurip. in Heracl.

EX LATINIS.

HAec famæ natura est, vt primò sit vnius hominis audacia. Quint. Declam. 11.

In rumore cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniæ genus est, primum credere. ibid.

Famã accendit contentio non credentium. Quint. Declam. 8.

Homines non minùs opinione famæ, quàm aliqua certa re commoveri solent. Cicer. pro lege Manil.

Famam ex malo quærunt aliqui. Plin. Senior lib. 8.

Plerunque in novitate fama antecedit. Cæsar de bell. civil.

Rumoris publici autoritas instar oraculi est. Cicer. in Orat. perf.

Multi famam, conscientiam pauci verentur. Plin. Jun. lib. 3.

Summam rerum nunciat fama, non ordinem. idem lib. 4.

Fama bella conflant, & sæpe, quod falsum creditum est, veri locum obtinet. Curt. lib. 8.

Nunquam ad liquidum famæ perducitur, omnia, illa tradente, maiora sunt vero. Curt. lib. 9.

Sed famã vigilare iuvat: quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus. Ovid. 3. amor.

Bona opinio hominum, melior tamẽ pecunia est. Pub. Mim.

Honestus rumor, alterum patrimonium est. idem.

Nocte, diéque pater, totáque ex æthere sonanti,
Tota fremit, vocésque refert, iterãtque quod audit. Ovid. 1. Metamor.

Fama malum, (quo non aliud velocius vllum)
Mobilitate viget, virésque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Egreditúrque solo, & caput inter nubila condit. Virg. 4. Æneid.

Fama loquax, quæ veris addere falsa

Gaudet, & è minimo sua per mẽdacia crescit. Ouid. 9. Metam.

Famæ, ac fidei damna maiora sunt, quàm vt æstimari possint. Liuius Dec. 1. lib 3.

Fama rerum gestarum post mortem viuere facit. idem. 3. Dec. lib. 5.

Insita cupido hominibus augendi rumores. idem. 3. Dec. lib. 8.

Nomen bonum magis affectandum, quàm honores. idem. 3. Dec. lib. 9.

Otium plebis rumores excitat. idẽ 3. Dec. lib. 6.

Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed dissoluti omnino. Cicer. 2. Offic.

Perditissima ratio est, diligere formam, & negligere famã. idem 4. ad Herenn.

Ex sententijs omnium nostra fama pendet. idem in Pisonem.

Minus gratiæ rebus ex nũtio venit. Quint. Declam. 15.

EX SACRIS.

DVo sunt tibi necessaria: scilicet conscientia, & fama: conscientia propter te, fama propter proximum. Chrysost. de commu. sermon.

Pretium famæ perdit conscientia se publicè prodens. in Hist. Sax.

Sic doctor bonam eligat vitam, vt bonam etiam non negligat famam. Chrysost. de doctrin. Christ.

Quos fama bene commendat, se inuicem videre desiderant. August.

Fama virtutem reddit illustriorem, tametsi non maiorẽ. Bern. sup. Cant. ser. 17.

Fama mendacio gaudet. Tertull.

Famæ cupiditas ferè omnibus ingenita post mortem. idem.

Fama bona coram hominibus est necessaria. Anselm. sup. Epist. ad Corinth.

Falsus rumor citò opprimitur, & vita posterior iudicat de priori. Hier. in quad. Epist.

Homicidij genus est famam hominis impetere. Eras. in Epist.

Honesta fama multa commoda, quamuis non affectes, secum trahit. ibid.

Ad parandam famam, plurimum habebit momenti, si diligas argumentum fœcundum, & plausibile, quod vtcunque tractatum, suis ipsius dotibus commendari possit lectori. ibidem.

Minus tutum est rumores subnascentes negligere, quàm eis non credere. ibidem.

Famam suam negligens, crudelis est. Anselm. sup. Epistol. ad Philipp.

Fama absentes facit præsentes.

Fama mõstrum mille luminibus. Aug. lib. 2. contra Acad.

Famam qui custodit, non tantum in se, sed etiam in alios est misericors. idem de bon. vid.

Etiam si copia plurimũ solet habere fastidium, bonum tamen nomen repetitum semper efficitur gloriosum. Cassiod. lib. 2. Epistol.

Vide etiam in titulo de Laude.

Solus, & solitudo.

HOmo solitarius, aut angelus, aut bestia. Arist. Polit. 1.

Vnus vir nõ omnia videt. Eurip. in Phœnis.

Vnus manus imbecillis pugna. idem in Heracl.

Hominem solum quantumuis angusta fortuna alit. ibid.

Solus potest esse quis inter multos existens. Bern. sup. Cant. serm. 33.

Solus est, qui sine amico est. August. de amici. cap. 5.

Experto crede, aliquid amplius inuenies in sylua, quàm in angulis, ligna, & lapides docebunt te, quod a magistris audire non possis. Bern.

Solitudine vitia multa vitantur. Hieron.

Malum, quod nemo videt, nemo arguit, vbi autem non timetur reprehensor, securus accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. idem.

Vox vnius, vox nullius. apud iurisconsul.

Solitudinis palæstra difficilis. Cypri. de nat.

Non prodest solitudo corporis, si deest solitudo mentis. Greg. 30. mor.

Solus est, qui à Deo relinquitur. idem sup. 1. Reg.

Solitudo menti necessaria. Aug. tract. 17. exposi. Euang.

Eremus nudos amat. Hieron. ad Heliod.

Eremus aliquando deserenda. idem ad Rust. monach.

Eremi solitudo multo spiritu feruentes enomuit. Bern. sup. Cant. serm. 64.

Solitarius incedere curans, cæteris est molestus. Bern. in purific. Mar. serm. 1.

Solitudo superborum est, quia solos se reputant, & appetunt reputari. Bern. de fallac. præsent. vit.

Solitudo locus idoneus ad Philosophiam. Chrysost. sup. Ioann. Homil. 41.

Festinatio, & diligentia, & fuga.

DIligens industria vtilior, quàm bonum ingenium. apud Stob.

Diligentia iusta irreprehensibilis est. ibidem.

In tumultu festinatio quoq; mora est. Curt. lib. 9.

Sat celeriter fit, quicquid satis bene fit. Aug. Cæsar. apud Trāq.

In rebus bellicis celeritas amplior solet prodesse, quàm virtus. Veget. lib. 4.

Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutus. Cic. 2. de Orat.

Animæ cupienti nihil satis festinatur. Bern. serm. 73.

Festinemus, vt habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastu. ibidem. serm. 26.

Quorum opes ignauia nostra auxit, eadem diligētia destruat. Demosth. 1. Olynth.

Non potest iustæ diligentiæ vnquam reprehēdi. Sophocl. apud Stob.

Quod quæritur, comprehendi potest: effugit autem, quod negligitur. ibidem.

Diligentiæ subiiciuntur omnia. Antiph. ibidem.

Nimia diligentia suspicionem facit. Hier.

Nemo futurum putat diligentem, quem in ipsa nouitate operationis suæ non videt esse custodem. Cassiod. lib. 1. Epist.

Vince naturam diligentia, exclude de corporis somnium: naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam. Ambr. de Ioseph.

Sicut in vnoquoque mater est diligentia, ita vniuersæ doctrinæ, & disciplinæ nouerca est negligentia. Boēt. de discipl. scholast.

Diligentia in omnibus rebus plurimùm valet hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est, quod nō æquatur: qua vna virtute reliquæ omnes virtutes continentur. Cicer. 2. de Orat.

Diligentia nimia sæpe nocet. Plin. Senior lib. 25.

Ad res gerendas simul adhibeatur, & industriæ celeritas, & diligētiæ tarditas. Geli. lib. 10.

Somnium, & vinū, vtraque sunt inimicissima diligētiæ. Colum. lib. 11.

Plerunque casus comitatur industriam. apud Terent.

Dij facientes adiuuant. Varro de re rust.

In nocte fugitiuus multùm valet. Eurip. in Rhes.

Vide plura in titulo de cura, & solicitudine.

Mora, & negligentia.

EX GRÆCIS.

In ipsa mora malorum sunt remedia. Eurip. in Herc. fur.

Cunctantem maximè Mars odit. idem in Heracl.

Sero est hosti tunc demum occurrere, cùm finitimi omnes subacti sunt. Demosth. Olynth. 1.

Omnium nostra vita cunctando perit, & hinc est, quòd vnusquisque nostrum inter negotia moritur. Epic. apud Stob.

Perpetua cunctatio facit actiones imperfectas. Demetr. ibid.

Temporis dilatio lucrum non affert. ibidem.

EX LATINIS.

Negligentia nascitur ex re bene gesta. Liuius lib. 3. Dec. 3.

Plerisque longiori tractatu vis quædam accidit, & pondus: vtq; corpori ferrum, sic oratio animo non ictum magis, quàm morā imprimitur. Plin. Iu. li. 1.

Incitantur homines ad cognoscēda, quæ differuntur. idē li. 9.

Pelle moras, breuis est magni fortuna fauoris.

Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas,

Et validas segetes, quod fuit herba, facit. Ouid. de remed. lib. 1.

Vidi ego quod fuerat primò sanabile vulnus,

Dilatum longæ damna tulisse moræ. ibidem.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis. Luc. lib. 1.

Helleborum frustra, cùm iam cutis ægra tumebit,

Poscentes videas. veniēti occurrite morbo. Persius Sat. 3.

Mora omni odio est, facit sapientiam. Pub. Mim.

Magnum iræ remedium, est mora. Senec. lib. 2. de ira.

Nihil difficilius est, quàm differre gaudia. Quint. Declam. 2.

Plerunq; sera pro nullis sunt. idem Declam. 2.

Maxima vitæ iactura, dilatio est. Senec. de breuit. vit.

EX SACRIS.

Qui sapis cunctatur, inuitus videtur dare. Erasm. in Epist.

Quod differtur, nō aufertur. apud iurisconsult.

Mora sæpe periculosa est. ibidem.

Nescio hoc ipsum, quod concupiscimus, sit iucundius, dum vitatur. August. de spirit. & lit.

Hominem negligentem, res dubiæ facit. Chrysostom.

Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligētes. hoc ita fit, quia vbi vera vita sit, ignoramus. Hier. de hom. perf.

Negligentia sæpe de virtute facit peccatum. Grego. 13, mor.

Quodam modo custodiri negligentiùs solet, quicquid facilè creditur posse reparari. Castian.

Negligentes vix saluari possunt. Grego. sup. 1 Reg.

Vitanda negligentia est, nam in grauiore periculo est desperationis indicium. Bern. sup. Psal. qui habit. serm. 11.

Diuturnum tempus facit præsumi consensum. apud iurisconsult.

Negligentia nō inferēda, vbi stu-

dium impendendum. Chrysost. serm.1.

Negligētiores facit incerta punitio malor.idē sup.Gen. Ho.24.

Quidam ea semper differunt, quæ differri non expedit: vbiq; sunt præcipites, vbi res saniore consilio indiget. Petr.Ran.

Cura, & Solicitudo.

EX GRÆCIS.

NEmo habet parem curā suorum, & alienorum. Arist.Oeconom.lib.

Incōmoda naturæ industria corriguntur. in vit.Demosth.

Iuuenis cura dolere non assolet. Eurip. in Med.

Stulta verborum cura cum negligētia rerū. Demosth.exord.10.

In magnis negotijs oportet vnum negotiari ad vnum opus: quia melior est cura intenta in vnū, quàm circa plura. Aristotel. Polit.3.

Dulcissimum vitæ genus est, agere sua.

Quod plurimorum est commune, minimè curam sortitur. quia de propriis magis curāt homines: de communibus autem minus, quàm quantum singulis competit. Aristotel. Polit.3.

EX LATINIS.

SImplex recti cura est, multiplex, praui. Senec. Epist.123.

Stulta cura est, quæ spem non habet. Quintil. Declam.6.

Non est consentaneum, vllam honestam rem, actionémue, ne solicitus sis aut non suscipere, aut susceptam deponere. quod si curam fugimus, virtus fugiendæ est, quæ necesse est, vt cum aliqua cura, res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantiā libidinem, ignauiam fortitudo. Cicer.

Attenuant vigiles corpus miserabile curæ. Ouid.3. Metamor.

Humanum ingenium pro illis habet maximam curam, in quibus suā positam videt esse substantiam. Veget.lib.2.

Cura somnium excitat. in Histor. Sax.

Cura curam trahit. ibid.

Solicitudo requiem moratur. Curt. lib.4.

Cura, fertilitatis causa est. Plin. Sen.lib.18.

Alterum mater, alterum industria gignit. Max.lib.8.

Otium securitas est: negotium solicitudo. apud Ter.

Diligentia res in integrum restitui possunt, quæ negligentia perierant. Demosth. Declam 3.

EX SACRIS.

MEns curis occupata, ad superna nō attollitur. Gregor 5.mor.

Quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur. idem 17.mor.

Qui adhuc vitijs impugnari se sentiunt, aliorum curam suscipere omnino non præsumant. idem 23.mor.

Ex natura corrupta, & mala consuetudine curæ oriuntur. idem 23.mor.

Soliciti esse vetamur, laborare iubemur. Chrysost.

Nequaquam vlteriorum cura diei te cōterat. cuius enim diei spatium te visurum nescis, quam ob causam illius solicitudine torqueris? idem sup. Matth.6.

Cura, & solicitudo æstimatur pretio. apud iurisconsl.

Terrenæ solicitudines impediunt orationis effectum. Gregor.10. mor.

Nonnunquam qui quietus alicuius esse meritò creditur, positus in qualibet actione diuiditur. Greg. in mor.

Sicut homo nunquam inuitus bene seruit: ita nec occupatus bene commēdata custodit. Max. Episco. in quod. sermo.

Negotium ex negotio seritur. Erasm. in Epist.

Facito aliquod opus, vt te semper diabolus inueniat occupatum. Hieron. ad Rust.

Solicitus est Deus de his, qui de ipso sunt soliciti. Bern. sup. Cāt. Serm. 70.

Solicitudo, officium prælati est, non celsitudo. idem de consider. lib.1.

Solicitudo, desperationis est filia. Chrysostom. sup. Matth. Homil.16.

Labor, Opus, & Exercitium.

EX GRÆCIS.

NImiæ vitæ exercitationes obsunt magis, quàm prosunt. Eurip. in Hipp.

Præcipuum opus ducum, in prælio superare: præcipuum opus agricolarum, ex terra alimenta colligere. Plat. de scient.

Vnum opus optimè fit ab vno. Aristot. Polit.2.

Exercitium confert ad corpus, & animum. Plat. de scient.

Exercitatio infantum confert ad virtutem capessendam. idem de legib.

Repletis, & lassatis non conuenit exercitium. Plut. de tuend. bonalet.

Nec corpus exercendum est sine animo, nec animus sine corpore.

Vt nauigatio iuxta littus, sic ambulatio iuxta mare iucundissima est. idem probl. Dec.1.

Qui exercitio vtitur, caueat lassitudinem: qui bona fortuna fruitur, inuidiam. Bias apud Stobæum.

Diuitiæ

Diuturnum in operibus exercitium plus confert, quàm pulchrè instructi sermonis breuis adhortatio. Thucyd. ibid.

Plures fiunt exercitatione boni, quàm natura. Democr. apud Stobæum.

Labor exiccat, & senium inducit. vnde multùm laborantes senescunt magis. Aristot. de long. vit.

Circa labores, ac pericula fortitudine opus est, ac patiẽtia. Plut. de fort.

Totius honesti dux, & fundamentum, continentiæ labor in primis est. Pyth. apud Volat.

Operando viri pecuniosi fiunt, & dites: atque laborans multò magis amatur à dijs. Hesiod. apud Stobæum.

Per labores virtus incedit. idem.

Labor (vt aiunt) bonæ famæ pater est. ibid.

Labores cùm abiere, dulces sunt. ibidem.

In rebus inutilibus noli plurimùm laborare. ibid.

Laborare non dedecori est, sed otiari. ibid.

Labor generosum facit. ibid.

Laborare nolle iuueni turpe. ibidem.

Labor fit seipso fortior consuetudine. ibidem.

Labores gloria sequitur. ibidem.

Laboribus patria proficit. ibidem.

Labor est, natum esse. ibid.

Hanc rationem Deus sequitur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris ab is exigunt, in quibus certior spes est. Plat. de prosper.

EX LATINIS.

NOn est viri, timere sudorem. Senec. Epist. 30.

Ei labori incumbendum est, vbi effectus promittitur. Quintilia. Declam. 6.

Labor damno incenditur. idem Declam. 13.

Viris labor, mulieribus munditiæ conueniunt. Sallust. in Iug.

Vastitas instantis laboris, animos debilitat. Colum. lib. 4.

Præstat opere fatigatum vnum, aut alterum diem quiescere, quàm pressum nimio labore no xam concipere. idem lib. 12.

Labor, & periculum impeditur, vnde honor, & emolumentum speratur. Liuius Dec. 1. lib. 4.

Labor, & voluptas dissimillima natura, societate quadam iuncta sunt. ibid.

Omnis non est appellandum, quod cum latitia feras, ac voluptate. Cicer. in Verrem.

Quem in ipsa re trepidare noluerris, ante ipsam rem exercea. Senec. Epist. 18.

Ea solidissima pars est, quæ exercitatur crebriùs. idem de Prosper.

In omni doctrina infirma est omnis artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis. Cicer. 3. ad Heren.

Vita humana propriè vti ferrũ est: ferrum si exerceas, conteritur, si non exerceas, tamen rubigo interficit: item homines exercendo videmus conteri, si nihil exerceas, inertia, atq; torpedo plus detrimenti affert, quàm exercitatio. Gell. lib. 11.

Difficile est tenere, quæ acceperis, nisi exerceas. Plin. Iun. li. 8.

Habenda est ratio valetudinis: vtendum exercitationibus modicis. Cato maior.

Omnium mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura viuimus. Senec. Epist. 92.

Omnis virtus in actione consistit. Cicer. 2. Off.

Plus in negotijs gerẽdis res, quàm verba prosunt. idem Off. 2.

Iuuat facta verbis difficiliora. idẽ ad Quint. frat.

Opificium quæstus sustinetur frequentia, alitur otio. idem in Catil.

Commodè agendo factum est, vt sæpe agerem, sæpe agendo, vt minus cõmodè, quia assiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas paratur. Plin. Iunior lib. 6.

Omne opus difficile videtur, antequàm tentes. Veg. lib. 2.

Quod semper agitur, aliquando succedit. In hist. Sax.

Nascitur ex assiduitate laborum animi hebetatio quædam, & languor. Senec. de Tranq. ani.

EX SACRIS.

OTium parit sanctidium, exercitium famem. Bern.

Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Hier. in Epist.

Libentius suscipitur labor pro desiderio voluntatis, quàm pro amore virtutis. Leo Papa de Ieiun.

Nemo vult in incertum laborare, Lact. lib. 3.

Laborant etiam, qui mente operantur. Aug. de Ope. mon.

Laborandum est, vt victus paretur. idem lib. 2. de Serm. dom. in monte.

In omnibus laboribus fructus sem per pensandus est. Gregor. 13. Mor.

Sine labore transire non possumus æstum huius seculi. idem in Regist.

Inter laborandum psallendũ est. Aug. de Opere mon.

Laborauit Paulus nobis in exemplum. ibid.

Homo ad laborem natus est, si re fugit laborem, non facit id, ad quod natus est. Bernar. in Decl.

Homo animal est onerificũ. idem in Psal. Qui habit. Ser. 71.

Laboret

Laboret quisquis potest propter corporis robur. Basil. in Sum-mo mor.

Opus inferius artifice. Tertul.

Opera de mane est melior, quàm de sero. apud Iurisc.

Operamur tanto attentius, quanto difficilius. August. lib. 6. de Music.

Aliquod opus facito, vt te diabolus inueniat occupatum: non enim ab illo facilè capitur, qui bono vacat exercitio. Hier. in Serm.

Labor noster inanis, nisi manus domini adiuuet. sup. Gen. Homil. 5.

Laborem, & dolorem multi sustinent, quem tamen Deus non considerat. Bernard. Serm. de Pœnit.

Ad laborem cùm veneris, sic temperabis opus agendum, vt solicitudo operis intentione animi tui ab his, quæ Dei sunt, non auertat. Bern. in Doctr.

Laboribus præiatorum consideratis, minus affectari debet eorum honor. idem dom. in ram. palm. Serm. 3.

Labor malos mores corrigit. Chrysostom. sup. Psal. Quis est. Homil. 1.

Laborantibus finis dulcis est. idem super Matthæum Homil. 48.

Homo natus est ad laborem, etsi non ad laborem creatus est. Bern. Ad frat.

Otium.

EX GRAECIS.

VIdeant pueri, vt otium in quauis honesta re collocent. Plat. apud Plutarch. de Tuend. bona valet.

Ingenium hominis, ceu cariem, & senium in otio contrahit, propter obscuritatem, & muta quies, vitáq; sedentaria in otio semota, non corporibus modò, verùm etiam animis marcorem conciliat. Plutar.

Laboris condimentum, est otium. idem de Educ. lib.

Homo sanus otiosus, quàm febricitans, multo miserior est. Menand. apud Stob.

Idem est, otiosus, & malus ciuis. ibid.

Otium tabefacit corpus, animam verò socordia. Eusa. apud Stob.

EX LATINIS.

NIhil tam certũ est, quàm otij vitia negotio discuti. Senec. Epist. 57.

In otio inconcusso iacere, non est tranquillitas, malitia est. idem Epist. 68.

In facinus otiosus ardor erumpit. Quint. Declam. 4.

Nihil est dulcius otio literario. Cicer. 5. Tusc.

Otũ non minus, quàm negotũ ratio habẽda est. idem pro Plancio.

Otium,

Otium, securitas est: negotium autem solicitudo. apud Terent.

Ex otio prouenit amor. apud eum.

Satius est otiosum esse, quàm nihil agere. Plin. Iun. lib. 1. Epist.

Multa otium, secretúmq; dictat, atq; inuenit. ibid.

Nihil est pigrius delicatis, aut curiosis otiosi. idem lib. 9.

Nihil agendo homines malè agere discunt. Colum. lib. 11.

Otia si tollas, periêre Cupidinis arcus. Ouid. 1. de Remed. amor.

Variam semper dant otia mẽtem. Lucan. lib. 4.

Animi otio, & copia lasciuiunt. Liuius 1. Dec. lib. 2.

Otium plebis rumores excitat. idẽ 3. Dec.

Luxuria, & otio disciplina militaris tollitur. Liu. 4. Dec. li. 10.

EX SACRIS.

IN otio viuens, res aliorum concupiscit. Ansel. sup. Epist. ad Thessal.

Nihil tam facile, quàm otiosum, & dormientem de aliorum laboribus, & vigiliis disputare. Hier.

Nihil in sancto proposito otio deterius est, quod non solummodo non acquirit noua, sed etiã peracta consumit, sanctæ vitæ ratio processu gaudet, & crescit: cessatione torpescit, ac deficit: quotidianis, ac recentibus virtutum incrementis instauranda mens est, & viuendi hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum. idem ad Demetr.

Otium parit fastidium: exercitium famem: fames autem miro modo dulcia facit, quæ fastidium facit insipida. idem in Epist.

Otium maleficij principium est. Basil.

In otio cauendum est otium. Bern. Serm.

Sapientiæ otia negotia sunt, & quo otiosior sapientia, eo exercitatior in suo genere. Bernar. sup. Cant.

Subitò procedenti de vmbra ad solem, de otio ad laborem, malè cernitur omne, quod incipit. ibidem.

Si propterea otiosum est verbum, quòd nullã rationabilem causam habeat, quam rationem de hoc reddere poterimus, quod est præter rationem. idem in Serm.

Otium philosophorum, est studiũ, quia philosophus otiatur, quando studet: sed otium vulgare est, quando vacatur ab opere seruili. apud Iurisconſ.

Ab otiosis ad noxia verba, à leuioribus ad grauiora venimus. Greg. in Past.

Otio perit Roma, deleta Carthagine. August. lib. 1. de Ciuit. Dei. cap. 30.

Otium omnem malitiam docet. Chrysost.

Chryſoſt. ſup. Gen. Hom. 14.
Abhorrenti quæuis cauſa perſuadet otium. Eraſ. in Epiſt.

Magnanimitas.

MAgnanimitas virtus eſt, per quam vtraq; fortuna, virtúſq;, & ignominia feruntur. Ariſt. de Virt. & vit. diuiſ.

Magnanimitas eſt pulchrè ferre & fœlicitatem, & infœlicitatem: & honorem, & ignominiam: & non admirari nec delitias, nec clientelas, nec poteſtatem, nec victorias gymnicas: habere autem animi altitudinem, & magnitudinem. eſt autem magnanimus, nec vitam magni faciens, nec vitæ amans, ſimplex porrò moribus, & generoſus, iniuria potens laceſſiri, & non vindex: ſequitur autem magnanimitatem ſimplicitas, & veritas. Ariſtot. ibidem.

Magnanimitas eſt ornatus omnium virtutum. idem Eth. 5.

Magnanimi eſt, magna contẽnere, & mediocria malle, quàm nimia. Senec Epiſt. 39.

Magno animo de rebus magnis iudicandũ eſt. idem Epiſt. 71.

Magnanimitas in Imperatore eſt. apud Iuriſconſ.

Magnanimitas pugnat cum prodigalitate. Chryſoſto. ſup. act. Apoſt. Homil. 48.

Puſillanimitas, & pigritia.

PVſillanimitas vitium eſt animi, per quod neutram fortunam, nec honorem, nec ignominiam ferre poſſunt. Ariſt. de Virt. & vit. diuiſ.

Pigro, ſupplicij loco labor eſt: luxurioſo frugalitas pœna eſt. Senec. Epiſt. 71.

Nec pigri quidem ſua fata diſponunt, ſed vnicum bonum, diuturnam vitã exiſtimantes ſæpe acerba mors occupat. Cur. li. 9.

Grata eſt pigritia corporum fatigatis. idem lib. 8.

Pigri eſt ingenij contentũ eſſe his, quæ ſunt ab alijs inuenta. Quint. lib. 10.

Sic ſunt animo conſternati homines inaſſueti laboris. vt omnia, quæ imperantur, ſibi patienda, & perferenda exiſtiment. Cæſar de Bello Gall. lib. 6.

Pigritia malitiæ coniuncta eſt. Baſil.

Pigritiæ cũ auaritia certamẽ eſt. Aug. Ser. 22. de Verb. Apoſt.

Puſillanimes ad orationem vix exurgũt. Ber. ſup. Cant. Ser. 10.

Accuſatio.

EX GRAECIS.

ALiud accuſationis, aliud deliberationis eſt tempus. Demoſth. Demoſth. Exord. 12.

Accuſare improbum periculoſum eſt. idem.

Criminationes mutuæ inter nos odia pariunt. idem 1. Olynth.

EX LATINIS.

FAcillimum eſt alienam culpam accuſare, vbi fateris tuam. Quint. lib. 2.

Eſt iniqua in omni re accuſanda, prætermiſſis bonis, malorũ enumeratio, vitiorúmque ſelectio. Cicer. 3. de leg.

Nemo poteſt ſimul eſſe accuſator, & iudex. Scip. apud Plutar. in Apophth.

Carere debet omni vitio, qui paratus eſt in alium dicere, is demum maledicit, qui non poteſt verum ab alio audire. Cic. in Salluſt.

Semper ij diligentiſſimè, laborioſiſſiméque accuſarunt, qui ſeipſos veniſſe in diſcrimen exiſtimationis arbitrantur. idem in Verrem.

Si accuſatores multos eſſe in ciuitate vtile eſt, vt metu contineatur audacia, verùm hoc ita eſt vtile, vt ne planè illudamur ab accuſatoribus. idem pro Roſcio.

Omnes, qui alterum in iudicium vocant, prouidere debent, non ſolùm quid oneris in præſentia tollant, ſed etiam quantum in omnem vitam negotij ſuſcipere

conentur, legem enim ipſi ſibi indicant innocentiæ, continentiæ, virtutúmque omnium, qui ab altero rationem vitæ poſcunt, atque eò magis ſi id faciunt, nulla alia re, niſi vtilitate communi commoti, etenim non ſolùm accuſator, ſed ne obiurgator ferendus eſt is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſo deprehenditur. idem 5. act. in Verrem.

Ex accuſatione accuſatoris optimè intelligitur accuſationis veritas. Plin. Iun. lib. 3.

EX SACRIS.

PRæſumitur ſemper, quòd accuſatio fiat cauſa inuidiæ. apud Iuriſconſ.

Accuſator præſumitur calumniari, ſtatim quòd non probat. ibidem.

Accuſatio non tenetur, ſi non conſtat, de perſona, quæ produxerit illam. ibid.

Accuſatio eſt iuſtus metus fugæ. ibid.

Accuſatio de crimine non conſummato fieri non poteſt. ibid.

Accuſatus, non eſt reus, ſed conuictus. ibid.

Actio non datur contra patrem. ibid.

Actio ſequitur forum rei. ibid.

Accuſatio alicuius electi Dei non poteſt nocere. Anſel. ſup. Epiſt. ad Rom.

Accusationes propter promissiones deserens, punitur. Greg. sup. 1. Reg.

Accusatur frustra, qui à iudice laudatur. Aug.

Vir bonus sæpius accusat, quàm accusatur. Erasmus in Epistol.

Accuset se quisque, & propitium iudicem habebit. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Hom. 32.

Accusare se, & non corrigere, Deum est tertiare. idem Hom. 1. sup. Psal. 50.

Accusantur non solùm qui auferunt, sed qui non miserentur. idem sup. Ioan. Hom. 40.

Accusans seipsum, iram Dei mitigat. idem de patient. Iob. Homil. 40.

Accusantes aliena, grauiora nostra peccata facimus. idem ad popul. Antioch. Hom. 13.

Accusatio peccati exitialis est peccato. idem sup. Luc. de Lax. Conc. 4.

Accusator suipsius, est iustus. Chrysost. Hom. aduers. Iudæ. Oratio. 5.

Venia, & absolutio.

EX GRAECIS.

Deus sæpe parcit malis, à quibus optimos orituros nouit. Plutarch. de Sera num. vind.

Fortiter, ac rectè factis errata condonentur. Fab. Max. apud Plut. in Apophth.

Venia vltione melior est, illa namque mitis est ingenij: hac autem ferini. apud Stob.

Qui de malis pœnas non sumunt, bonos affici volunt iniurijs. Lycias apud Stob.

EX LATINIS.

SI imbecillior est, qui te læsit, parce illi, si potentior, tibi. Senec. de ira lib. 3.

Illis facile ignoscitur, qui nō perseuerare, sed ab errato se reuocare moliuntur. Cicer. in Vat.

Est vtilius, vnius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere, quàm propter multos improbos vni parcere. idem 5. act. in Verr.

Qui aliàs delinquit, delinquentibus facilè parcit. apud Terent.

Facilitas, causa est delinquendi. ibid.

Petere veniam solemus, aut cùm imprudenter erramus, aut cùm compulsi peccauimus. Gell. lib. 11.

Nemo parcit morituro, nec cuiquam moriturus. Curt. lib. 6.

Ignoscas alijs multum, tibi nihil. Pitthæ. per Auson.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. Pub. Mim.

Crede mihi, miseris cælestia numina parcunt,

Nec semper læsos, & sine fine premunt. Ouid. 3. de Pont.

Tam obseruans esto ad vitandam culpam tuam, quàm facilis es ad remittendam alienam. in Hist. Sax.

Plus est, quàm absoluere, dimittere defensionem. Quintil. Decla. 2.

Vtilius est absolui nocentē, quàm innocentem causam dicere. Cic. pro Roscio.

Nemo absolui potest, nisi qui dixerit causam. Curt. lib. 7.

Hominem improbum satius est accusare, quàm absoluere. Liuius 4. Decad. lib. 4.

Est non modò liberale paululum nonnunquam de suo iure discedere, sed interdum etiam fructuosum. Cicer. 2. Offi.

Magna est illecebra peccandi impunitatis spes. Cicer. pro Milon.

Quotusquisque reperitur, qui impunitate proposita, abstinere possit iniuria? impunitas enim maxima peccandi illecebra est. Cicer. 3. Offic.

Multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate remittunt, quæ bello, & armis cogi non possunt. Liuius lib. 5. Dec. 1.

EX SACRIS.

PLurimum interest, quo animo quisque parcat, sicut enim aliquando est misericordia puniens: ita & crudelitas parcens. August. ad Maced. Epist. 64.

Delicti cessatio, radix est veniæ. Tertull.

Gratia non sit, nisi offensæ. idem.

Quoad licet parcendum est eis, qui summa, publicâque funguntur autoritate. Erasm. in Epistol.

Culpam indulgentia præuenire non debet, ne securitas audaciam alat, & ad delinquendum fiducia remissionis inuitet. Cassiod. in quadam Epistola.

Veniæ via omnibus patet. Cypr. lib. 3. Epist.

Maior pars misericordiæ est, dimittere, quàm dare. Grego. 12. mor.

In quibusdam factis certi de venia redimus. Gregor. libr. 9. mor.

Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudicitiæ, transgressionum nutrix est. Bernard. lib. 3. de consid.

Occurrendum est, ne tractu temporis, impunita malitia crescat, & vires iniquitati dissimulatio, vel indulgentior gratia subministret, sed clarius audita correctio doceat imperitiam, & coërceat audaciam. Cassiod. in Epist.

Citius culpa dimittitur, quæ malitiæ studio non perpetratur. Greg. 10. mor.

In sola ecclesia est purgatio culpæ.idem 8.mor.

Culparum remissio aliquãdo plus valet, quàm punitio. idem in regist.

Sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam.ibid.

Citò parcendum est iniurianti, ne veniæ viã tibi intercludas. August. lib.4.de Ciuit.Dei. cap.5.

Sceleris non innocentia, sed magnitudo impunitatem facit. Augusti.de Ciuit.Dei lib.4. cap.4.

Indulgentia Dei multi abutuntur.idem Epist.54.

Sis humilis ad petendam veniam, facilis ad dandam& si membra erunt in pace. Bernard.de verb. Apost.serm.1.

Veniam delicti assecutus, si iterum peccat, grauius iudicium sibi præparat. Basil.in summo moral.

Multitudo sociorum impunitatem non facit criminis. Hiero. in Epist.

De suo iure aliquid relaxare, non modò liberalitatis, sed etiam commoditatis est. Ambros.

Iudex veniam dare peccatis non potest, quia voluntati seruit alienæ: Deus autem potest, quia legis suæ dispensator est, ac iudex.Tertul.

Humanitatis omnium id, in quo quisque sibi indulget, non ægrè ferre cæteris. Bernard.in Declam.

Probatio,& testimonium.

EX GRÆCIS.

NOn omne, quod videtur probabile, probabile est. Aristot.Top.1.

Probabilia sunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & ijs, vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, vel præcipuis.ibid.

Mihi contingat, nec latere virtutes, nec turpia agenti multos habere testes. Eurip in Hippol.

Partiuntur inter se mendacia testes. Demosth.

Tutius est, famam citare testem, quàm ipsum aliquid affirmare.idem 1.Olynth.

Recta solutio est, manifestatio falsi. Arist.Elench.2.

EX LATINIS.

NVllũ probationis genus debet inimicum videri, quod solum est. Quintil. Declama.7.

Frustra asserimus, quod fingimus, cùm vix prodest verum fateri. ibid.

Quis credibilior in cæde pauperis, quàm dives inimicus? ibid.

Non debemus quicquam agere, cuius

cuius non possimus probabilem reddere causam.Cicer.2. Offic.

Ad eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos debemus, vel etiam vsu peritos, & quid eis de vnoquoque officij genere placeat, exquirere.ibid.

Satis absolutum existimo, de quo tanta diuersitate regionum discreta hominum iudicia cõsentiunt.idem lib.de Orat.2.

Nihil motum ex antiquo probabile est. Liuius li.4.Decad.4.

Nullius calumniæ subijciẽda sunt, quæ dij comprobauêre. idem lib.5.Dec.4.

Non potest de veritate dubitare, quoties cum incertis experimẽta consentiunt. Quintil. Declam.4.

Plures est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. qui audiunt, audita dicunt, qui vident, planè sciunt. Plaut.in Trucul.

EX SACRIS.

TVrpe est ingenioso, id dicere, quod si neget, probare non possis. Lact.lib.3.

Probationis genus firmum, quod ab aduersario sumitur. Tertull.

De certis incerta probãtur. Lact. lib.2.

Magis credunt homines ornatæ veritati.ibid.

Apud bonos iudices satis habent firmitatis vel testimonia sine ornamentis, vel argumenta sine testimonijs. Lact.

Testimonium fidele est, quod causas non habet mentiendi. Hier.

In propria causa nemo idoneus testis est.idem.

Consanguineus bonæ opinionis, ac famæ potest esse testis pro consanguineo.apud iurisconsul.

Voluerunt maiores nostri, hanc patere inimicitijs viam, vt quẽ quisque adisset, cum testimonio posset tollere, mentiuntur enim sæpe in eos, quos oderunt. Cicer.pro Font.

Onus probationis reo non incumbit.Greg.sup.1.Reg.

Textus legis, & canonis, est locupletissimus testis. apud iurisconsul.

Efficacior probatio requiritur ab illo, qui vult probare id, quod non est verisimile. ibidem.

Testis non tenetur in tantum recordari de tempore, sicut de loco.ibidem.

Testimonium proprium suspectum est. Chrysost. sup.Ioann. Homil.12.

Quamuis vera sunt, credenda non sunt, nisi quæ certis indicijs comprobantur, nisi quæ manifesto examine conuincuntur, nisi quæ ordine iudiciali publicantur: non enim qui accusatur, sed qui conuincitur, reus est. Isid.li.1.Soliloq.

Defensio,& excusatio.

EX GRAECIS.

SI est turpe non posse se defendere corpore,turpius est non posse se defendere sermone. Arist.Rhet.1.

Odit Deus vim, sed parta possidere iubet. non ad rapinas relinquendæ sunt diuitiæ. Eurip. in Hel.

Quos nobis defensores paramus, hi sæpe hostilia parant. Demosth. ex Arg.lib.

Nisi ciues ipsi studiosi defendendæ patriæ vnà militent,mercenarij,qui solam mercedem expectant, rem plerunque malè gerunt.ibid.

Ij sedulò tuendi sunt, quibus perditis,& tibi sedulò pereundum est.idem 1.Olynth.

Non curiositatis, sed officij est, amicorum causam agere. Demosth.in Epist.

Si grati,vrbanitérque recuses,nõ minùs grata fuerit excusatio, quàm computatio. Plutar. de fuend bona valet.

Oportet eum,qui pro ciuitate aliquid agit, ciuitatis ingenium imitari.Demosth.apud Stob.

EX LATINIS.

DIfficilius semper est, defendere,quàm accusare.Quintil.lib.5.

Nescit tacere reprehensorum scelerum trepidatio, & statim respondet,illa cum suo sibi scelere parata defensio.taccre facilius est deceptis,quàm deprehensis.idem Declam.2.

Qui confessum defendit,non absolutionem sceleris petit, sed licentiam.idem.

Sine summo scelere nõ potes, quod maleficium in alijs vindicaris. idem in aliorum socio cùm scires,defendere.idem pro scil.

Hominem seruare, summa laus. Plin.Seni.lib.15.

Melior est causa suum non tradentis, quàm alienum poscentis.Curt.lib.7.

Vtcunque succedat res, malo defensionẽ meam displicere,quàm causam.ibid.

Tu cùm defenderis, aliena oppugnas.Liuius lib.9.Dec.3.

Nihil minùs conuenit aduocati partibus,quàm reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre.Quint.Declam.2.

Domus iurisconsulti,est totius ciuitatis oraculum. Cicer. 1. de Orat.

Qui adducti muneribus, alijs patrocinantur, honestam defensionis speciem quærunt. Demosth.ex arg.lib.

Satius est purgatos esse, quàm suspectos.Curt.lib.7.

Culpã præsertim deprehensam excusare, altera culpa est. Quint. lib.6.

Ingen

Ingenia humana facunda ad suã cuique culpam leuandam. Liuius 3.Dec.lib.8.

Aliquãdo exigit communis vtilitas,vt etiam falsa defendantur.Quint.lib.2.

EX SACRIS.

COepisti non defendere peccatum tuum,iam inchoasti iustitiam.perficietur autem in te, quando nihil aliud facere delectabit.Aug.serm.4.

Crimimibus alterius nemo se defendat.idem.

Si alienum opus excusare non potes,excusa intentionem. Bern. sup.Cant.serm.2.

Nihil impudẽtius arrogantia aduocatorũ, qui in subiectos tumidè intonant. Aug.

Fidelis aduocatus est,qui nõ quærit quæ sua sunt.idem.

Peccatum peccato addit, qui in culpa, quam fecit, patrocinia defensionis adiungit. Grego. 22. mor.

Turpe est defendere,quod constat iniustum non esse.idem.

Non debet iudex vendere iustum iudicium, aut testi verum testimonium: quia vendit aduocatus iustum patrocinium: illi enim ad vtranque partem ad examen adhibẽtur.isti ex vna constituunt. Aug ad Maced.

Verbosum aduocatum,& studentem eloquentiæ, cum sapientiæ sit inanis,non aliud,quàm iustitiæ hostem reputes. Bern.de consid.

Apud causidicos silẽtium venale est.Cassiod.sup.Psalm.73.

Non est facile de perfecta ætate malum credendum,quàm vita præterita defendit,& honorat vocabulum dignitatis.idem in Epist.ad Rust.

Fit plerunque,vt dum iniqui correpta in se mala defendere nequeant, ex verecundia peiores fiant, & sic in sua defensione superbiant, vt quædam vitia contra vitam corrigentis exquirant.Greg.10 mor.

Aduocatus perfectus iniustas causas nullo modo suscipiat. Greg.sup.Ezech.

Nemo,quem crimẽ aggrauat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.idem in Past.

Cùm is, qui mittitur ad intercedendum, displicet, irati animus ad deteriora prouocatur. ibidem.

Iudicem aditurus patronũ quærat. idem sup.Euãg.Homil.33.

Pauperes prouocare debemus nobis pro aduocatis.idẽ in Euãg. Homil.2

Incassum munita sunt omnia, cũ locus vnus, quo hosti pateat aditus,non est munitus Grego. in mor.

Nulla est peccati excusatio, si amici causa peccaueris. Aug.

de Amic.cap.7.

Criminis socius est, qui malè defraudantem defendit. idem Epist.54.

Excusatio perfecta, testimonium conscientiæ suæ. Bern. de consid.lib.2.

Excusationis genus est, cùm argueris, alium incusare. idem in paru.serm.

Excusationem de ignorantia non habent monachi. idem de aduent.domini.serm.3.

Consultor perdit memoriam, si sibi non soluatur debita merces. apud iurisconsul.

Habens loquendi locum apud diuitem, damnationem pro retento talento timeat, si non apud eum, sicut valeat, pro pauperibus intercedat. idē in Homil.

Doctor, qui consuluit, in causa aliena, tenetur illud consilium sequi in propria. apud iurisconsul.

Studiosus iuris debet esse humilis, nec præsumat iudicare de lege, nisi tota lege perspecta, & quare ibidem.

Satisfactio veniam sibi conciliat. serm.de confess.serm.

Coniectura, & suspicio.

EX GRAECIS.

Optima coniectura est scientia. Plat.de nat.nom.

Verisimile est in multis magis fieri peccatum, quàm in pauci. Arist.Top.7.

Non omne, quod apparet, verum est. idem Metaph.4.

Oportet, quòd ex vsu ex his, quæ consimia sunt, & similem habent speciem, colligere. Chrysippus.

Ex manifestis occulta deprehende. Demetr.Phaler.

Sæpe quodam animi præsagio diuinamus, à quibus nobis bona, vel mala impendantur. apud Demosth.in arg.lib.

Suspicio calumniam parit. ibid.

EX LATINIS.

Tutissimum iter est, suspectissimum. Senec.Epist.60.

Inter suspecta malè viuitur. idem Epist.75.

Morbum signa præmunciat. idem de ira lib.3.

Fœlicior innocentia est citra suspitionem. idem Declam.17.

De futuris rebus difficile est dicere: tamen interdum possis coniectura propiùs accedere, cùm res est eiusmodi, cuius exitus præuideri potest. Cice. ad Torq.

Multis signis coniectura constat. apud Terent.

Signa quædam sunt scelerum certissima. Cicer.in Catil.

Tam suspicione, quàm crimine carere oportet. Cæsar apud Tranq.

Suspic

suspitio, graue est hominibus malum. Pub. Mim.

Perinde vt est opinio de cuiusque moribus: ita quod ab eo factū est, & non factum existimari potest. Cicer.pro Cluent.

EX SACRIS.

Quanti non dederunt errori locum, & dederunt suspicioni. Amb.

Suspitio tollenda est, nō inferenda. Chrysost.

Innocentiā præstare possum, quid homines de me loquantur, non possum. Erasm.in Epist.

Nunquam sic eluūtur magna crimina, quin hæreat in animis hominum aliquod suspitionis vestigium. ibid.

Suspicari de illo creditur, qui à pluribus admonetur. Cassiodo. lib.7.

Sicut difficilè aliquem suspicatur malum, qui bonus est: sic difficilè aliquem suspicatur bonū, qui ipse malus est. Chrysostom. sup. Matth.

Suspiciones suas quisq; ferè cognitiones putat. Aug.Epist.54.

Suspicio, amicitiæ venenum est. idem de vtilit. cred.

Non tantum curemus habere bonam conscientiam, sed quantum potest nostra infirmitas, quantum vigilantiæ fragilitatis humanæ, curemus nihil etiā facere, quod veniat in malam suspitionē infirmo fratri. Augustin.

Arbitror esse boni viri, etiam falsam infamiam metuere. Eras. in Epist.

Coniecturæ declarant, qualis fuerit animus. apud iurisconsul.

Coniectura, est semiplena probatio. ibid.

Coniectura est, verisimilis ratio, suspicionem inducens, non de necessitate personam vincens. ibidem.

Ex circunstantijs facta, & dicta æstimanda sunt. Aug.libr.3. de doctr.Christ.

In incertis, non incertis locus est coniecturis. apud iurisconsul.

Ex vsu, vel consuetudine viuentis præsumitur voluntas eiusdem morientis. apud iurisconsul.

Talis quisq; præsumitur esse, qualis est habitus, quem gestat. ibidem.

Exemplum, & Imitatio

EX GRAECIS.

Arduum est, absque exemplo res magnas lucidè ostendere. Plat. de regno.

Exemplis vtimur in dicendo, vt facilius intelligatur illud, de quo dicitur. Aristoteles de Poēt.1.

Exēpla ponimus, vt sentiant adolescentes. idem priorum.1.

Eorum, qui reipub. præsunt, non modò singula verba, nec res tantùm publicitus gesta animaduerti, notarique solent, sed virtus quoq; iocique simul, & seria quoque, domus ipsa, familiæ, vxor, cubile curiosius conqueruntur. Plat. de Polit.

Laudatur imitatio, quæ rei similitudinẽ artificiosè assequitur, siue illa sit pulchra, siue deformis. Plutar. de Poët.

Vt plantarum semina: sic hominum vitæ, regionibus similes sunt. Cyrus apud Plutarch. in Apophth.

EX LATINIS.

Magna pars artis, imitatio est. nam vt inuenire primum fuit, ĩstque præcipuum: sic ea, quæ bene inuenta sunt, vtile est sequi. Quintil. lib. 10.

Non qui maximè imitãdus etiam solus imitandus est. ibid.

Nihil est, quod facilius humana calliditas possit imitari, quàm dormientis simulatio. Quintil. Declam. 2.

Habenda est ratio diligẽter, quos imitemur, quorum similes esse velimus. Cicer. 1. de Orat.

Magni interest, quos quisque audiat domi quotidie, quibus cũ loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, & matres etiam loquantur. Cicer. de clar Orat.

Imitandi sunt maiores, primum illud exemptum, ne vitia sint imitanda. Cicer. 2. Offic.

Cùm sit arduum, similitudinem fingere è vero: tum longè difficillima est imitationis imitatio. Plin. Iun. lib. 4.

Quæ imitari homines concupiscunt, nemo, aut rarissimi possunt. ibidem.

Omnes dociles sumus imitãditu pibus, ac prauis. Iuu. Sat. 14.

Studiosè pleriq; facta principum imitantur. Cicer. 1. Offic.

Hoc generi hominum propè à natura datum est, vt qua in familia laus aliqua fortè floruerit: hanc ferè qui sunt eius stirpis, cupidissimè prosequantur. Cicer. pro Rab.

Longum iter est per præcepta: breue, et efficax per exempla. plus ex moribus, quàm ex verbis trahimus. Senec. Epist. 6.

Aliquis vir bonus nobis eligendus est, & semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectãte viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. idem Epist. 11.

Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. aliquem habeat animus, quem verearur, cuius autoritate etiam secretum suum sanctiùs faciat fœlicem, qui aliquem sic vererĩ potest, vt ad memoriam quoque eius se componat, atque ordinet. qui sic aliquem vererĩ potest,

potest, citò erit verendus. ibidem.

Nisi ad regulam prauа non corriges. ibidem.

Qui in altiorem honoris gradum extẽditur, magis in exemplum spectantibus patet. Quintiliani Declam. 3.

Duo nos maximè mouent: exemplum, & similitudo. Cicer. 3. de Orat.

Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant homines. idem ad Caium Sever.

Graues pœnæ, exempla dicuntur. apud Terent.

Exempla mala ex bonis initũs orta sunt. Sallust. in coniuratio. Catil.

Cùm aures hominum nouitate lætantur: tum ad rationem vitæ exemplis erudimur. Plin. Iun. libr. 8.

Post Deum pauci, ad Deũ omnes ire volunt. Bern. sup. Cant. sermo. 12.

Inuenio apud sapientes honestissimum esse maiorum vestigia sequi, si modò recto itinere processerint. Plin. Iun. lib. 4.

EX SACRIS.

Exemplo bonorum, non malorum debemus duci. Augustin. in. de vtil. & necess. pœnitent.

Qui in conspectu populi malè vivit, quantum in illo est, eum, à quo attenditur, occidit. Greg. in Past.

Cùm maiores voluptati deseruiũt, minoribus lasciuiæ frena laxant. idem.

Pulcherrimus ordo est, & saluberrimus, vt onus, quod portandũ imponis, tu portes prior, & ex te discas, qualiter oporteat alĩus moderari. Bernard. Epistol. 72.

Exemplum nullum maius eo, cuius est exemplum. Tertul.

Sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeatur exemplum, & tamen per intentionem, quæ soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum. Grego. Homil. 11.

Nunquam exemplum à malis sumitur. Hieronym.

Plerunque contingit, vt qui de se malè opinari permittunt, per semetipsos nulla vnquam malè faciant, sed tamen per eos, qui se imitati fuerint, multiplicius delinquunt. Grego. in Past.

Nullum ego consilium melius arbitror, quàm exemplo tuo fratrem docere studeas. idem 10. Mor.

Sermo viuus, & efficax, exemplum operis est. Bernard. Sermon. 56.

Exemplum vitiosum est, si aut falsum est, vt reprehendatur: aut si improbum, vt non sit imitandum, aut maius, aut minus, quàm

quàm res postulabit. Cicer. 2. Rhet.

Exempla sunt omnium: tormenta paucorum. Cypr. de lapsi.

Antiquorum exempla ad insinuandam huius vitæ instabilitatem intuēda sunt. Greg. 4. Mor.

Ad exemplum non sunt ostendenda, nisi quæ firma sunt. idē in Past.

Exempla adiungit Deus, cùm eius verba audire nolumus. idē in Euange.

Parabolæ antiquorum non contemnendæ. Hieronym. ad Orat. Roman.

Exempla bonæ vitæ à Christo, & ab eius actibus assumere debemus. Bernard. sup. cant. Sermon. 23.

Quisquis malos non imitatur, offendit. Cypr. lib. 2. Epist.

Amat vnusquisque sequi vitam parentum, Amb.

Seruata veritate historiæ, imitari spiritualiter possumus, quod carnaliter audiuimus. Gregor. lib. 1. mor.

Deum imitari desiderat, qui fastigium potentiæ adeptus alijs prodesse desiderat, non præesse. Grego. 26. mor.

Turpe est nō imitari, quod sumus. idem in Past.

Imitari nolle bonum, & apud Deum, & apud homines pœna est. idem in regist.

Imitatores doctorum reproborum in idem præcipitium corruunt. idem sup. 1. Reg.

Exemplum multitudinis fugiendum. Chrysost. sup. Luc. de Laz. conc. 1.

Operatur filius, quæ viderit patrē facientē. Aug. 2. de Trini.

Aequalitas, Similitudo, Comparatio.

EX GRAECIS.

OMnia omnibus sunt similiter, ac semper. Antig. apud Plat. de rect. nom. ratio.

Qui à deceptione tutus esse vult, à deceptione caueat. idē de scien.

Similis simili semper hæret. idem de amore.

A similibus similia non licet fieri. Arist. Rhet. 2.

Tale additū tali, facit ipsum magis tale. idem Topic. 3.

Iuuenes se in speculo intueantur, & qui formosi sunt, digni eo specie fiant: qui autē deformes, eam deformitatem eruditione tegant. Socrat. apud Diogen. lib. 2.

Signa ferè præcedere solent, quoties magna mala aut ciuitati, aut genti alicui imminent. apud Stobæum.

Multa per se dicta alia videntur comparata cum suis causis longè alia. ibid.

Non

Non est natura comparatum, vt quilibet homo cuiq; conueniat, nec fortuna sinit eadem quibusuis esse paria. Plutarch. de Amic. mult.

Aequalitatem cole, quæ amicos semper amicis, ciuitatibúsq; ciuitates, socios socijs colligit: æqualitas enim legitima hominibus est. idem.

Si æqualis conditio omnium fuisset, nulla esset inter homines inuidia. apud Stob.

Inæqualibus æqualia, inæqualia fiunt, nisi mensuram accipiāt. Plat. de Legib. Dialog. 6.

Aequalitas temporis cùm ad æquales voluptates propter similitudinem trahat, amicitiam parit. ibid.

EX LATINIS.

NIhil potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscatur. Cic. 2. Tusc.

Non in omnes omnia conueniunt. idem pro Roscio.

Assiduum inter pares discordia malum. Iust. lib. 6.

Comparatio aliarum fœlices etiā quasdam miserias facit. Quint. Declam. 5.

Corpora quamuis excelsa, procerioribus admota decrescunt. Plin. Iun. in Paneg.

Multa sunt eadem, sed aliter. Quint. lib. 2.

Aliud est proximum esse, aliud secundum. idem lib. 10.

Multum signa faciunt, & ex alia memoria venit alia. idē lib. 11.

Nihil in rebus humanis natura voluit esse tam simile, quod nō aliqua proprietate secerneretur. idem Declam. 8.

Omnibus veris falsa quædam adiuncta sunt tanta similitudine, vt nulla sit iudicandi, & assentiendi nota. Cicer. de Nat. deor.

Duo nos maximè mouent, similitudo, & exemplum. idem ad Quint. fratr.

Nihil est, quod tam attrahat, & alliciat ad amicitiam, quàm similitudo: qua fit, vt boni bonos diligant. idem in Lælio.

Pares cum paribus facillimè congregantur. Cato maior.

Tantisper similis, & cōpar eorū fies, dum paria, & consimilia dicas, atq; audias. Gell. lib. 5.

Signis opus est apud non intelligentes. Plin. Iun. lib. 2. Epist.

Antiquis in rebus si qua similia veris sunt, pro veris accipiuntur. Liuius 1. Dec. lib. 5.

Imagines maiorum ad virtutes quosdam accendunt. Sallust. in Bell. Iug.

Ab altero expectes, alteri quod feceris. Pub. Mim.

EX SACRIS.

BOna clarescunt, cùm fuerint malis comparata. Bern. in Epist.

Epist.

Quæ per comparationem dicũtur, non per omnia esse similia necesse est. Aug. lib. 16. contra Faust.

Comparatiuus non semper, quod antè dictum est, auget. idẽ lib. 3. contra Cresc.

Fœda admota pulchris, pulchriora reddunt pulchra, & magis fœda redduntur. Bern.

Vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est. Amb.

Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simulatio. August.

Par in parem non habet imperiũ. apud Iurisconſ.

Simile non potest dici, vbi dissimilitudo inest. ibid.

Simile dicitur, quod concordat in multis, licet in vno discrepet. ibidem.

Pictores imitãtur arte naturam. Chrysost.

Pictura gentibus pro lectione est. Greg.

Fingimus aliquando sine mendacio. Aug. lib. 2. Quæst. Euang. Quæst. 50.

Imago, & quod ad imaginem, de vicino se respiciunt. Bern. sup. Cant. Serm. 8.

Vbi duo sunt similia, magis simile est eligendum. apud Iurisc.

Falsitatis mater, similitudo. August. lib. 2. Soliloq.

Imagines non adorantur, sed quod per imagines repræsentatur. Greg. in Regist.

Contrarium, & dissimilitudo.

Contraria iuxta se opposita magis eluceſcunt. Arist. Rhet. 2.

Impossibile est, contraria eidem semper inesse. idem Topic. 2.

Omne, quod corrumpitur, à contrario corrũpitur. idẽ Physic. 1.

Eiusdem sententiæ est, opposita considerare. idem Metaph. 4.

Omnis cõmoditas sua fert incommoda, & rursus omnis incommoditas sua fert cõmoda. Demosth. 1. Olynth.

Contraria sicut simul esse non possunt: sic nec carnales, & spirituales diuitiæ. Bern. Serm. 4.

Non est vna omnium facies. Cic. 1. de Nat. deorum.

Dispares mores disparia studia sequuntur. Cato maior.

Oderunt hilarem tristes, tristémq; iocosi:
Sedatum celeres, agilem, gnauúmq; remissi. Hor. Epist. 1.

Dissensio omnia turbat. Chrysost. sup. Ioan. Homil. 81.

Amor.

EX GRAECIS.

Amor audaciæ, & cõfidentiæ præceptor est. apud Stob.

Natura quodãmodo omnia amãti, tractabilis est. ibid.

Qui ad senectutem amare differt, ille vnà soluit iuuentutis fœnus. Menand. ibid.

Amor, nec coitus gratia fit, nec sine ea. Arist. ibid.

Si quod capit amantes, forma faciei esset, omnes eandem amarent: idem enim oculorum iudicium est. ibid.

Solus amor inter homines nullo sermone, consiliõue monetur. Menand. ibid.

Amor hominibus furor est. ibid.

Amor otiosa res est, & inutilis ad opera. ibid.

Nullus mortalium mendicans victum amauit, sed inter diuites iuuenis cupido agit. ibid.

Insidiosus amor est. ibid.

Amor, si cogas, magis solet intendi. ibid.

Amor tenebras infundit. ibid.

Amor natura surdus est admonenti. ibid.

Amor est cuiusdam irrationalis cupiditatis excessus, qui velocem habet accessum, tardum autem discessum. Theop. ibid.

Amor animæ otiosæ affectus est. ibid.

Omnis voluptas ab amore superatur. Plat. de Amor.

Quisquis amat, hallucinatur, & caecutit in eo, quod amat. Plut. de Amic. & adul.

Amor considentiam ad quiduis audendum subministrat. Plat. in Trim.

Amor vacantium occupatio est. Diog. lib. 7.

Amor est immortalitatis desiderium. Plat. de Amore.

Amare, est alicui velle bene, eius gratia. Arist. Rhet. 2.

Amicus est, qui amat, & è conuerso amatur. ibid.

Vnusquisq; naturaliter, & maximè amat seipsum. Arist. Polit. 2.

Amor ille validissimus, atq; sanctissimus omnium merito habetur, quem quis per virtutem à ciuibus, & popularibus sibi comparat. Plut. de Polit.

Cùm vbiq; sit loquax amor, nunquàm is verborum profusior, quàm in laudãdo. idem Probl. Dec. 1.

Flamma sæui amoris parua quidem primo vapore, sed fomento consuetudinis exæstuans, totos cõburit homines. Apul. lib. 6.

In via amori nulla est via.

EX LATINIS.

Sunt, qui neminem amant, nisi cùm perdiderint. Senec. Epist. 36.

Quantum amori in hominem liceat, illi magis, qui amãt sciũt. Quint. Decl. 15.

Admirabilior charitas, in quam coimus viribus nostris. idem Declam. 16.

Minus debetur homini, qui aliquem

quem ideo amat, quia necesse est.ibid.

A primis ætatibus in eãdem coire vitam, habet aliquid fraternitatis affectuum.ibid.

Ne scis an diligat, cuius non habeat experimentum, nisi sola fœlicitas.ibid.

Laus, & charitas sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima.Cicer.2.de Finib.

Rerum omnium, nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligi, nec alienius, quàm timeri.idem Off.2.

Nihil minus videtur hominis, quàm non respondere in amore ijs, à quibus prouocerit.idem ad Brut.

Parcendum maximè charitati hominum, nec temere in eos dicas qui diliguntur.idẽ.2.de Orat.

Tantum amori fraterno dandum non arbitror, vt quisq; de salute eorum consulat, communem relinquat.idem pro Scill.

Amor, inuentionis causa. Plin. Senior lib.5.

Vbi maximus, & honestissimus est amor, aliquando præstat morte, quàm vita distrahi. Max.lib.4.

Eo certius, quo miserius experimentum habet charitas. idem lib.5.

Notis suis amor plerunq; percurrit.Plin.Iun.lib.4.

Est suspectum, & anxium, de eo, quem ardentissimè diligas, interdum nihil scire.idem lib.5.

Non obligandus, sed remunerandus, qui prior cœpit.idẽ lib.7.

Facilius est, vnum amare, quàm multos.idem in Paneg.

Nemo fideliter diligit, quem aliquando fastidit.Curt.lib.5.

Conciliari nisi turpi ratione amor turpis non potest.Sen.epist.29.

Amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor.Quint.lib.6.

Habet aliquod solatium, quisquis in amore miser est.idẽ Decl.13.

Is tantum in amore sanatur, qui quod desinit, sibi debet.ibid.

Ægrè amantes de re vxoria audiunt.Terent.in And.

Amicus perpetuò, amator ad tempus.apud eund.

Quinq; sunt amoris lineæ: visus, colloquium, tactus, oscula, concubitus.ibid.

Insuauissimus amor est, quo frui non licet.ibid.

Stultus amator, irridenti credit. ibidem.

Amantibus omnia sunt suspecta.ibidem.

Amatores solatio angit non ladit.idem in Hecyr.

Penitus hærès amor fastidio præsentium accenditur.Curt.lib.7.

Omnes humanos sanat medicina dolores

Solus amor morbi non amat artificem.Propert.lib.2.

Heu mihi, quòd nullis amor est medicabilis herbis.Ouid.in Ep.

Difficile est longum subitò deponere amorem.Catul.

Errat, qui finem vesani ponit amori.

Verus amor nullũ nouit habere modum.Propert.lib.2.

Libertas quoniam nulli iam restat amanti,
Nullus liber erit, si quis amare velit.ibid.

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur.

Maiestas, & amor. Ouid.2. Metam.

Finem qui quæris amori,

Cedit amor rebus, res age, tutus eris.idem 1.de remed.amor.

Diuitijs alitur luxuriosus amor. idem 2 de remed.amor.

Sed tamen apparet dissimulatus amor.idem in Epist.

Iræ interueniunt, redeunt rursus in gratiam, verùm iræ, si quæ fortè veniunt huiusmodi inter eos rursus, si reuentum in gratiã est, bis tanto amici sunt inter se, quàm prius. Plaut.in Amph.

Amantium iræ, amoris redintegratio est.Terent.in And.

Nihil ita amorem incitat, quàm carendi metus.Plin.Iun.lib.4.

EX SACRIS.

Amor formæ, rationis oblitio.Hier.in Epist.

Violenta res est, & impotens, amor.Erasm.in Epist.

Ardentissimus amor cum metu non cohæret.ibid.

Solet spretus amor in iram conuerti.ibid.

Amor pudorem, modum, consilium nõ habet.Bern.sup.Cant. serm.73.

Amor purus, mercenarius nõ est. idem serm.83.

Amor vbi est, labor non est.idem serm.86.

Amari non nisi nota possunt. Aug.lib.3.de Trinit.

Amare alium non potest, qui seipsum non amat.idem.

Quæcunque amore possessa sunt, non sine dolore percunt. idem in Enchir.

Non amatur, quod propter se non amatur. idem de vnic.baptis.

Amatur aliquando res bona nõ bono amore.idem 2.contra sec. Manich.

Quod non videtur, plus amatur. idem sup.Ioann.tract.32.

Diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores. idem.

Non amatur, nisi quod delectat.idem serm.17. de verb. Apost.

Non potentior est spiritus noster vbi animat, quàm vbi amat, nisi fortè magis putetur esse, vbi vinctus ex necessitate tenetur, quàm quo sponte, & alacri fertur voluntate.Bern.

Lingua amoris ei, qui non amat, barbara est.idem.

Vsurpatio, vnanimitatis indiciũ est. idem.

Non est sincerus amor, qui suspicionis facem retinet. idem.

Vis amoris hoc agere solet in animo, vt in quem ipse semper cogitat, nullum alium ignorare putet. idem.

Nemo aliquem amat, quem non vult esse meliorem. Gregor. 12. mor.

Nemo potest aliquid obliuisci, quod amat: aut retinere, quod odit. Chrysost.

Verus amor animis constat, quem sæpenumero vel minuit, vel dissoluit corporis coniunctio. Erasm. in Epist.

Solidus amor est à virtute profectus, tam finem nescit, quàm ipsa virtus. ibid.

Qui puerili impetu se prosequuntur, pari leuitate desciscũt, qua acceserant. ibid.

Benevolentiam conciliat malorũ societas. ibid.

Charitas cor vnum multorũ fratrum facit. Augu. sup. Ioan. tract. 14.

Charitas in totum se extendit orbem. idem sup. Ioan. Epist.

Est inter bonos, studiosósque viros publica quædam, sed constantissima necessitudo, & similiũ rerum administratione conflata. Erasm. in Epist.

Verè amat, qui gratis amat. ibid.

Amare nihil, difficile homini. Hier. de cust. virg.

Difficile est, ab his diligi, quos præcedas. idem.

Inaudita est dilectio, quæ amicũ amat, & præsentiam eius non amat. Cassiod. sup. Psalm.

Dilectio absentiæ damnum non sentit, cúmque diuturnitate temporis pleraque solent infirmari, dilectio & temporis tractu, & locali distantia conualescit. Petr. Rau. in Epistol.

Amor verus est, si propter Deum amatur, quod amatur. idem lib. 4. confess.

Ad amorem inuitatio est maxima, præuenire amando. idem de Cate. rud.

Amor ordinatè amandus est. idem lib. 15. de Ciuit. Dei.

Amor læsus irasci debet. Hier. ad Heliod.

Amor monet & memorẽ. Erasm. in Epist.

Amatæ rei subtractio, desiderij augmentatio est. Bernard. sup. Cantic. serm. 56.

Amor dominum nescit, omnes ex æquo intuetur. idem serm. 58.

Mens amori occupata, sui iuris non est. Bern.

Amanti semel aspicere non sufficit. Greg. in Homil.

Omnis creatura cùm bona sit, & bene amari potest, & malè: bene, ordine constituto: malè, ordine perturbato. August. de Ciuit. Dei lib. 15.

Amor amore superatur. Hier. ad Vest.

Nihil amantibus labor est. Hier. in Epist.

Quos amamus, nonnunquã mortu petimus. Chrysost. sup. Epist. ad Corinth. Homil. 24.

Amamus nõ ex necessitate. idem sup. Epist. ad Ephes. serm. 2.

Amare nescire, turpe est. idem super Epist. ad Cor. Homil. 27.

Amare corporis famã, est deformitatem admirari. idem sup. Epist. ad Heb. Hom. 4.

Cupidinis incendium, socordia est. idem ser. 4. sup. Epist. ad Rom.

Amoris affectum exprimit putrix. idem sup. Epist. ad Thess. Homil. 3.

Odium.

EX GRAECIS.

ODium cæcum est. Plutar. de vtili. cap. ab inimic.

Odia soluenda: non autem inimicitiæ. idem de amic. mult.

EX LATINIS.

NOn est prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit. Sencc. de ira. lib. 1.

Infixa nobis est auersatio eius rei, quam natura damnauit. idem Epist. 99.

Vt optabile est, plus fauoris mereri: sic proximum, odij minus. Quintil. lib. 4.

Semper odiorum honestus occasus, & dum simultates nihil aliud habent, quàm nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est. idem Declam. 9.

Perpetua res est, odisse sine causa. Quint. Declam. 14.

Multorum odijs nullæ opes sufficere possunt. Cicer. 2. Offic.

Quem metuunt, oderunt, quem quisque metuit, perüsse desiderat. ibid.

Non tam ea, quæ sunt recta probãtur, quàm quæ praua sunt, fastidijs adhærent. idem 1. de Orat.

Hoc natura insitum est, vt quem timueris, quicum de vita, fortunisque contenderis, cuius insidijs euaseris, hunc semper oderis. idem pro Sill.

EX SACRIS.

ODio habeantur peccata, non homines. Leo Papa distin. 86.

Qui præ se fert odium, protinus sibi fidem abrogat, etiã in causa iustissima. Eras. in Epist.

Facilè redit in gratiam, qui odit inuitus. ibid.

Nemo potest perfectè diligere, quò vocamur, nisi oderit, vnde reuocamur. Aug. de ver. relig.

Propemodum naturale est, vt socrus nurum, & nurus oderit

socrum. Hier. sup. Mic.

Sicut rex in imagine sua honoratur: sic Deus in homine diligitur, & oditur, nõ potest hominem odire, qui Deũ amat, nec potest Deum amare, qui hominem odit. Chrys. sup. Matt. 22.

Nemo potest aliquid obliuisci, quod diligit, aut retinere, quod odit. Greg. in Homil.

Odium proximi impedit orationis fructũ. Greg. 10. mor.

Odia aliquando sunt pro veritate suãdenda. idem in Regist.

Odium, est ira inueterata. Aug. sup. Psalm. 25.

Odiũ tenebrat conscientiã. Greg. lib. 5. mor.

Odientes nos debemus diligere, & quantum in nobis est, pacem habere. idem in Regist.

Odium, spiritus est tenebrarum. Chrysost. sup. Matth. Hom. 13.

Odium omne malum suggerit. idẽ sup. Matth. Homil. 43.

Aemulatio, & Ambitio.

AEmulus est sigulus sigulo, atque fabro æmulus artifex, protinus est consors. Hesiod. apud Plut. de tranq. anim.

Natura comparatum est, vt inter eos æmulatio contentiosa non innascatur, qui diuersa virtute, diuersis moribus, non eodem studij genere operam rei cuipiam dant. idem de Polit.

Aemulatione virtus cognoscitur. Homer. Iliad. 23.

Inter pares nulla potest esse æmulatio. Quint. Decla. 9.

Nihil est tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Plin. Iunior in Paneg.

Tunc bene fortis equus reserato carcere currit,

Cùm quos prætereat, quósque sequatur, habet. Ouid. 3. de Art.

Cùm præstare cæteris concupieris, difficile est seruare æquitatẽ. Cicer. 1. Offic.

Pestis nulla maior in amicitijs esse potest, quàm in quibusdam honoris, & gloriæ certamen, ex quo inimicitiæ sæpe maximæ inter amicissimos extiterunt. idem in Lælio.

Aemulationi discretio necessaria est. Bern. sup. Cant. ser. 49.

Ambitio, improba res est, multi iam dum materna quærunt, amisere paterna. Herod. apud Stob.

Plurimæ seditiones ambitiõis causa in ciuitate oriuntur, de honoribus enim non quilibet, sed potentissimi cõtendunt. Arist. apud Stob.

Ambitiosi obsequijs conciliandi. ibid.

Ambitio, frequenter causa virtutis est. Quint. lib. 1.

Ambitio virtuti, quàm auaritiæ affinior. Sallust. in conjurat. Catil.

Tunc

Tunc maximè fauor, & ambitio dominatur, cùm sub aliqua se ueritatis specie delitescit. Plin. Iun. lib. 3.

Cauenda est gloriæ cupiditas, eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. ibid.

Ambitio possidet omnium virtutum præmia. Aug.

Potestatis ambitio angelum potestate angelica priuauit, scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit, non Euam cibus deflexerat, non mandatorum destituerat oblitio, sed promissi honoris ambitio illecebrosa decepit. Ber. ser.

Omnis adeundi honoris ecclesiastici abscindatur ambitio, si se iudicandos potiùs, quàm iudicaturos hi, qui præesse volunt populis, cogitarent. Orig. sup. Epist. ad Rom.

Ambitiosi tractantur eleganter. Hier. ad Rust.

Officium aliquando putatur ambitio. Hier. ad Salutiam.

Ambitio furoris causa. Bern. Epist. 126.

Ambitio latere vult. ibid.

Ambitio, hypocrisis mater. idem serm. 5. in dominic. Palm.

Ambitio, pessimus dæmon. Basil. in Epist.

Aemulari misericordiam Dei debemus. Chrysost. sup. Genes. Homil. 17.

Ambitio cæcos reddit homines. idẽ sup. Act. Apost. Hom. 28.

Qui agit, vt prior sit, forsitan si non transibit, æquabit. Quintil. lib. 10.

Quisquis intelligit habere se vitæ, famæq; æmulum, attentè sibi cauet, facta sua circunspicit, vitam omnem componit: quandoquidem, & hoc habet peculiare malitia, vt in peccando magis vereatur inimicos, quàm amicos. Plutar. de vtil. cap. ab inim.

Multum sibi adijcit lacessita virtus. Senec. Epist. 13.

Exhortãdi cunctamen optima ratio æmulum, qui, quod ipsi dubitant accipere, alij intercipere studeant. Demosth. 1. Olynth.

Marcet sine aduersario virtus. Senec. de provid.

Contemptus.

EX GRAECIS.

COntemptus, magnum auspicãdæ Philosophiæ instrumentũ est. Plut. de Trãq. anim.

Aequè cõtemnit pecunias is, qui largitur, ac is, qui non admittit. Plut. de virt. Alex.

Turpe est, voti factum compotem, ea negligere, quæ optaueras. Demosth. 1. Olynth.

Eò magis dolendus virtutis neglectus, quò maiorem fructũ confert illius accessio. Plutar. de prof. morum.

EX LATINIS.

Dicimus, vt bona temporalia contemnas, non vt nõ habeas, sed ne solicitus habeas. Senec. de vit. beat.

Breuissima ad diuitias, per diuitiarum contemptum via est. idem Epist. 63.

Contemptus corporis mei, certa libertas est. idem Epist. 66.

Quæ virtus est supernacua contemnere? tunc te admirare, cùm contempseris necessaria. idem Epist. 111.

Ad quæ noscenda iter ingredi, transmittere mare solemus, ea sub oculis posita negligimus. Plin. Iun. lib. 8.

Pecuniam in loco negligere, interdum lucrum est. Terent.

Nemo est omnino negligendus, in quo aliqua virtutis significatio apparet. Cicer. 1. Offic.

EX SACRIS.

OMnia contemnit, qui nõ solùm, quantum potuit, sed etiam quantum voluit, habere contendit. Aug. de cat. rud.

Virtus cò plurus æstimanda, quò plura contemnit: magnæ virtutis est, cum fœlicitate luctari, magnæ fœlicitatis est, à fœlicitate non vinci. idem.

Bona hæc contemnit, qui præ virtute negligit, cõtemnit, qui non eis fidit, contemnit, qui sibi non posidet, contemnit, qui benignè erogat, contemnit, qui non affligitur ablatis, si quando fortuna, quod suum est, repetit. Erasm. in Epist.

Rerum contemptu conflat fortitudo. Amb.

Omnia relinquere possimus etiam retinendo. Greg.

Non sunt contemnẽda quasi parua, sine quibus magnæ constare nõ possunt. Hier. ad Latam.

Si reum regiæ maiestatis quamuis humanæ humanis legibus capite plecti sancitum est, quis finis contemnentium diuinam omnipotentiam erit? 1. Grego. in moral.

Contemne diuitias, & eris diues: contemne gloriam, & eris gloriosus: contemne supplicia inimicorum, & tunc eos superabis. Chrysost. super Epist. ad Hebr.

Age ergo, qui relinquere dispone omnia, te quoque inter relinquenda memorare memẽto. Bern. in colla.

Quod non metuitur, contemnitur. Lact. de ira Dei.

Vtilius terrena opulentia tenetur humiliter, quàm superbia relinquitur. Aug. ad Paul.

Plus est animum deposuisse, quàm cultum. Hier. Epist. 120.

Qui spernit modica, paulatim decidit. August. lib. 9. confess. cap. 8.

Magis est contemnere seipsum, quàm

quàm mundum. idem de spirit. & anim.

Mundus hic non corpore, sed corde fugiendus est. idem de bon. perseu.

Qui terrena contempsimus, necesse est, vt flagrante desiderio cælestia requiramus. Bern. in paru. serm.

Relinquere omnia, quàm relinqui, melius est. idem in Decla.

Terrena esurit auarus, mendicus fidelis contemnit, vt dominus liber. Ben. sup. Cant. serm. 22.

Homo.

EX GRAECIS.

HOmo aliud est, quàm corpus suum. Plat. de nat. nom.

Omnis homo lucri cupidus est. idẽ de lucr. cupid.

Fœmina, & vir æquè ad omnia apti, sed fœmina imbecillior. idem de republ.

Homines vt in pluribus sunt mali: in paucioribus autem boni. Arist. Topic. 2.

Difficilis possessio, homo est. Plat. de leg.

Nos sumus quodammodo finis omnium. Arist. Physic. 2.

Homo est melioris carnis, quàm cætera animalia. idem de anima 2.

Masculi generaliter sunt longioris vitæ, quàm fœminæ, quia masculus calidior est, quàm fœmina. idem de long. vit.

Homo est rectissimum animalium. idem de mort. & vit.

Homines habitantes in montibus, fortiores sunt habitantibus in planicie. idem de anim. 8.

Hominum saliua serpentum morsibus aduersatur. ibid.

Homo mortuus quãquam habeat eandem effigiem, & formam figuræ, non tamen est homo. ibidem.

Homines magis dominãtur à primo patre, quàm à prima matre. idem Metaph. 5.

Omnes homines naturæ scire desiderant. idem Metaph. 1.

Homo naturaliter est animal politicum. idem Polit. 1.

Masculinum naturaliter dignius est fœmineno. ibid.

Sicut omnium animalium melior est homo lege frẽti, sic omnium animalium pessimum homo à lege, & iustitia separatus. ibidem.

Hominem homini nihil aliud mãsuetum, & mitẽ reddit, quàm beneuolentia, iustitiæ, & probitatis fides. Plut. de Polit.

Homo ex homine non alta cogitat. Pit. apud Volat.

Nihil habet commune cum mortali animante animal homo in immortalibus bonis exercitatus. Pitt. apud Diog. lib. 10.

Homines vehementer boni, aut mali perpauci sunt: medij autem plurimi. Plat. in Phæd.

Fœlices aio homines innuptos, & sine liberis: vna enim anima est, cui pro seipsa doloris onus est mediocre. Eurip. in Alcest.

Homo nihil omnino, quàm ipsa calamitas est. Herod. apud Sto.

EX LATINIS.

QVòd naturæ satis est, homini non est. Senec. Epist. 120.

Homo in adiutorium mutuum generatus est. idem 1. de ira.

Sunt quidam non re, sed nomine homines. Cicer. 1. Offic.

Hoc natura præscribit, vt homo homini, quicunque sit, ob eam ipsam causam tantùm, quod homo est, consultum velit. idem 3. Offic.

Sunt in terra homines, non vt incolæ, & habitatores, sed quasi expectatores superarum rerũ, atq; cœlestium. idem 2. de legib.

Nec figura corporis, nec excellens vis ingenij humani significat ad hanc vnam rem natum hominem, vt frueretur voluptatibus. idem 1. de finib.

Sic caueto te nõ esse mortalem, sed corpus hoc. idẽ de Somnio Scip.

Homini ex homine plura mala. Plin. Senior lib. 7.

Hominum natura nouitatis auida. ibidem.

Hominis industria belluarũ vim longè superat. Sallust. in coniu. Catil.

Homines aut mortalitatem suam, aut immortalitatem cogitare debent. Plin. Iun. in Epist.

Homo, est imbecillitatis exemplũ, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, inuidiæ, & calamitatis trutina: reliquum verò pituita, & bile. Arist. apud Stob.

Animalia cuncta noscunt sibi salutaria, præter hominẽ. Plin. Sen. lib. 27.

Duplex est hominum natura, sed præstantius eorum, qui sunt viri. Cicer. pro Roscio.

Hoc solum animal homo natũ pudoris, ac verecundiæ particeps, appetens coniunctionem hominum, ac societatem, animaduertéusque in omnibus rebus, quas ageret, aut diceret, ne quid ab eo fieri, nisi honestum, & decorum. Cicer. 4. de finib.

Nihil vni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus, quod si depranatio consuetudinum, si opinionum varietas imbecillitatem animorum nõ torqueret, ac flecteret, quocunque cœpisset, sui nemo ipse tam similis esset, quàm omnes essent omnium: itaq; quæcunque est hominis definitio, vna in omnes valet, quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinẽ esse in genere, quæ si esset, non vna omnes definitio contineret. Cicer. 1. de leg.

Nullum est animal præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. ibid.

Si considerare volumus, quæ sit in homine excellentia naturæ, & dignitas, intelligemus, quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè, ac molliter viuere: quàm honestum parcè, continenter, seuerè, sobriè. idem 1. Offic.

Cùm aspicere cœperimus, quid sit sentire, quid simus, & qd animãtibus cæteris differamus, tũc ea insequi incipiemus, ad quæ nati sumus. idem 2. de finibus.

Cùm voles veram nominis æstimationem inire, & scire, quale sit, nudum inspice, ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia., corpus ipsum exnat, animum intuere, qualis, quantúsque sit. Senec. Epist. 4.

Vt magnas vtilitates adipiscimur ex consensu hominum, sic nulla tam detestabilis pestis, quæ non homini ab homine nascatur. Cicer. 2. Offic.

EX SACRIS.

OPtima medicina homini est homo. Petr. Ble. in libr. de Amic.

Homo sine crimine potest esse, non autem sine peccato. August.

Vniuersis animalibus data est ratio: brutis tãtùm ad vitã tuendam: homini autem ad propagandam. Lact.

Omne hominum genus etsi ignoret, qualẽ Deũ habere debet, tamẽ habendum scit. idẽ lib. 1.

Homo natura obediens homini nocere non potest. ibidem.

Animalia fecit Deus propter hominem: hominẽ autem propter seipsum. si ergo animalibus ministrat propter hominem, quomodò hominibus non ministrabit proptor seipsum? Chrysost. sup. Matth.

Præ omnibus malis homo est pessimum malum. quælibet bestia vnum habet & propriè malũ: homo autem omnia. diabolus autem ad iustum accedere non audet: sed malus homo non timet, sed contemnit. idem sup. Matth. Homil. 11.

In homine est omnis creatura. August. quæst. 67. in lib. 83. quæst.

Homo, magnum est miraculum. idem lib. 10. de Ciuit. Dei.

Homo est spiritus, & caro. Gregor. 4. mor.

Homo ad contemplandum creatorem suum cõditus est. idem 8. mor.

Quia homo de humo sumptus est, iudicia Dei discutere, illius nõ est. idem 11. mor.

Plerunque homini non vacat, quod & bruta animantibus. idem 10. mor.

Homo nascitur in mundo: sicut flos in campo. idem 11. mor.

Homo non solùm exterius, sed etiã interius patitur mutabilitatem. ibidem.

Homo semper ad deteriora tendit, nisi disciplina arceatur. ibid.

Homo cæteris animalibus, non hominibus per naturam prælatus est. ibid.

Plus libet homini intueri, quid sibi in se placeat, quàm quid sibi in se displiceat. idẽ 22. mor

Homo non ex eo, quòd ipse est, sed ex ijs, quæ circa ipsum sunt, honorari debet. idem 24. mor.

Omnis homo inquantum rationalis, debet ex ratione cognoscere eum, à quo conditus est, esse Deum. idem 27. mor.

Homo potest dici Deus, non coli, vt Deus. idem 29. mor.

Hominum dignitas magna est, quia amici Dei vocãtur, ibid.

Homo mirabiliter conditus est, sed mirabilius redemptus. ibid.

Humanum genus, maximum ornamentum est terris. Augu. lib. 9. de Genes. ad liter. cap. 9.

Grande profundũ est homo. idem lib. 4. confes. cap. 14.

Homo omnium elementorum particeps. idem contra Prisc.

Omnes homines in Christo, vnus sunt homo. idem sup. Psalm. 29.

Homo, & peccator quasi duæ res sunt. idem tract. 13. in Euang. Ioann.

Homo de sapientia, quam recepit à Deo gaudet. idem tract. 14. in Euang. Ioann.

Homo iumentum est, Deus autem possessor. idem.

Homine nulla immanior fera, si sibi relinqueretur. idem lib. 22. de Ciuit. Dei. cap. 24.

Homo vitreo vase fragilior est. idẽ tract. 1. de verb. Domin.

Homo in seipso Deum cognoscit. idem de spirit. & anim.

Homo Deo comparari non potest, etiam si esset sine peccato. idem de nat. & grat.

Homo Trinitatis exẽplar in se habet. idem 63. de verb. Domin.

Homo etsi sine peccato esse possit, nemo tamen est, qui sit. idem de spirit. & anim.

Homo sua malitia malus factus est, non creatus. idẽ de cõmen.

Aduerte homo, quòd limus es, & non sis superbus, quòd Deo iunctus, & non sis ingratus. Bern. in vig. nat. dom. serm. 4.

Homo exterior per faciem cognoscitur: interior verò per voluntatem. idẽ in die. 6. Petr. Serm.

Homo non de qualibet terra, sed de limo plasmatus dicitur. idẽ de tripl. gener. cogn. nost.

Homines duo sunt, vetus, & nouus. idem in parv. sermo.

Homines, prò dolor, plꝰ ad ea, quæ facta sunt, quàm ad ea, ad quæ facta sunt, se occupant. idem in die Pent. serm. 2.

Homo, paruus mundus est. idẽ in Hexa.

Homo cognatus terræ. Chrysost. de verb. Esaiæ. Vidi dom. Hom. 4

Homo

Homo duplex in homine. idem in cap. Matth. 12. Homil. 29.

Hominem purum inuenire, difficile. idem sup. Ioan. Homi. 59.

Mulier.

EX GRAECIS.

FOemina omnes sunt minꝰ animosæ, quàm mares, præter vrsam, & pantheram. Arist. de anim. 8.

Mulier melioris est pietatis, quàm vir, sed maioris inuidiæ, & maledicosior est viro, et facilius decipit. ibidem.

Silentium præstat mulieri ornamentum. Arist. Polit. 1.

A mulieribus malè regitur ciuitas. ibid.

Mulierum nullum in tenebris discrimẽ. Plut. de præcept. cõnub.

Nisi fœmenum optima semina mulieres suscipiant, & participes eruditionis virorum fiant, absurda multa, prauáq; consilia, atque cogitationes, & affectus malos pariunt.

Omnium, quæ prædita sunt anima, mulieres sumus miserrima creatura, quas oportet primùm quidem diuitiarum excellentijs maritum emere, & dominum corporis accipere. malo etiam hoc ad hoc tristius malum est, et in hac re periculum magnum est, aut malum adipisci, aut bonum, non enim honesta diuortia sunt mulieribus. non licet repudiare maritum, ad nouos verò mores, & leges ea, quæ peruenerit, oportet patrem esse, quæ non didicerit domi, qua re maximè vtatur marito. vir verò quãdo molestiã cõcipit in domesticis, foris progressus molestiam animi sedat, aut ad quẽdam amicorum, aut ad æqualem se conferens, nobis verò necesse est ad vnam animã respicere, Eurip. in Medea.

Mulierei ad bona quidem ineptissimæ, malorum verò omnium effectrices sapientissimæ. ibid.

Mulier ad lachrymas nata est. ibidem.

Habet vim quandam ad mouendam misericordiam mulier. idẽ in Taur.

Ardua res est, contra reptiles bestias remedia præbuisse deos, sed nullus contra mulierem malam remedia adhuc inuenit. idem in Andron.

Omnia per mares mulieribus peragere conuenit. ibid.

Mulieres benevolæ inuicem sunt, & ad seruandum res communes aptissimæ. idem in Taur.

Mulieri conuenit mulier. idem in Helen.

Bona mulier inter malas mixta odio habetur.

Perpetuum, & necessarium malum est mulier. apud Stob.

Inter omnes alias res maximè inexpugnabilis est mulier. Eurip. ibidem.

Mulebr

Mulier ebre genus exempta parente odi. ibid.

Odi mulierem illam præcipuè, quæ cùm malè egerit, blandè loquitur. ibid.

Rarum est mulieris beneficium. apud Stob.

Non est vel murus, vel pecunia tam difficilis custoditu, quàm mulier. ibid.

Ego mulieri hoc vnũ credo, quod à morte non reuiuiscat. Antiph. ibid.

Egregios mulierum mores improbi sermones corrumpunt. ibid.

Mulier nec alios videre, nec ipsa videri debet, præsertim quæ eleganter ornata sit. vtrunq; enim ad res inhonestas incitamentũ est. Eus. apud Stob.

Mulierem non in ciuilibus negotijs, sed in domesticis oportet ingeniosam esse. ibid.

EX LATINIS.

Facilius mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quod multorum sermonum expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt. Cicer. 3. de Orat.

Mulieris famã multorũ oculis lux clara custodiat. idẽ. 2. de legib.

Mulier, quæ vini vsum immoderatè appetit, & virtutibus omnibus iannam claudit, & vitijs aperit. Max. lib. 7.

Mulieri imperare nõ concedit natura. Publ. Mim.

Mulier domus damnum est, & salus. Pub. Mim.

Mulier à muliere parum distat.

Mulieris æmulatio totam turbat domum. ibid.

Thesaurus malorum est, mulier mala. ibid.

Aut amat, aut odit mulier, nec habet medium. idem.

Quis potest mulieres vitare, vitet. Plaut.

Intolerabilius nihil est, quàm fœmina diues. Iuuenal. sat. 6.

Nulla diu fœmina pondus habet. Propert. lib. 2.

Varium, & mutabile semper, fœmina. Virg. Aeneid. lib. 4.

Malo in consilio fœminæ vincunt viros. Pub. Mim.

Neue puellarũ lachrymis moueare, caueto.

Vt fleret, oculos erudiere suos. Ouid. de remed. Amor.

Fœmina cùm par esse cœperit, superior efficitur.

EX SACRIS.

Audax est ad omnia, quæcunq; amat, vel odit fœmina, & artificiosa est nocere, cùm vult. Valer. in Epist. ad Ruf.

Mulierum est linguæ telo vlcisci suos affectus. Erasm. in Epist.

Mulier dicitur à mollitie morum, et ideo variũ, & mutabile testimoniũ profert. apud Iurisconsultos.

Mulierum genus auariſsimũ præsumitur. ibid.

Fœmineus sexus ad decipiendum vsitatus. Amb. serm. 44.

Fœmina viri portio est. Cypr. de Habit. virg.

Mulier dicitur mens infirma, & indiscreta. Greg. 13. Mor.

Mulier viro propinauit mortem: mulier viro nunciauit vitam. idem in Regist.

Mulieris stulta petitio est. ibid.

Mulier, vocabulum sexus est, non corruptelæ. Amb. ad Virg.

Mulier nec docere potest, nec testis esse, nec fidem dicere, nec indicare, quanto magis non potest imperare? Aug. in Quæst. ex vtroq; test.

Mulier propter virum formata. Chrysost. sup Gen. Hom. 15.

Mulierum sexus incautus. idem sup. Matth. Hom. 44.

Mulier antiqua malitia. idẽ sup. Matth. Hom. 15.

Mulicre bona nihil potentius. idẽ sup. Ioan. Hom. 69.

Mulier particeps imperij. idẽ Ser. 6. sup. Epist. ad Rom.

Mulier, maximum securitatis remedium. idem sup. epist. ad Corinth. Hom. 26.

Mulier vorax, turpis res. idẽ sup. Epist. ad Corint. Hom. 43.

Mulieribus cum virtute imperandũ nõ temere. idem sup. Epist. ad Ephes. Homil. 13.

Mulieres gloriæ vanæ studium in se habent. ibid.

Mulieri peculiare est ornari. ibid.

Mulierum omnia vitia, exceptâ fornicatione ferenda sunt à viro. idem sup. epist. ad Ephes. Hom. 16.

Mulieres sæpe pereunt, si lugere prohibeantur. idem ad popul. Antioch. Hom. 18.

Lachrymæ.

EX GRÆCIS.

Mvlier ad lachrymas nata est. Eurip. in Med.

Amare mortuum producit lachrymas. idem in Alcest.

Lachrymare ignobilibus liberum est, & misera loqui. idem in Suppl.

Afflictis hominibus suaues sunt lachrymæ. idem in Troad.

Tristitia profert lachrymas, tanquam arbor ista fructum. apud Stob.

Hominibus etiam luctum, aliqua est gratia. ibid.

Mortuum sepelito, nec supra vnã diem lachrymandum est. Homer. Iliad. 7.

Casus veteres non deplorãdi sunt nouis lachrymis. ibid.

Suspirium, morsus est doloris. apud Stob.

Si quis tristantem aliquem secutus eì dixerit, salue: necessariò eum lugere iubet. Philom. ibid.

EX

EX LATINIS.

SVnt, qui gratum facere mortuis, si grauiter eos lugent, arbitrentur. Cic. 1. Tusc.

Per lachrymas argumentum desiderij quærimus, & dolorem non sequimur, sed ostendimus: nemo enim sibi tristis est. Sen. Epist. 63.

Nihil facilius, quàm lachrymæ inarescunt. Quint. lib. 6.

Lachrymæ pœnitentiæ sunt indices. Curt. lib. 5.

Nemo sibi tristis est: clarius cùm audiuntur, gemunt, & taciti, quietíq; dum secretum est, cùm aliquos viderint, in fletus nouos excitantur. Sen. Epist. 100.

Ingeniscere nunquam viro concessum est, idq; rarò eiulatus, ne mulieri quidem, nihil est enim viro fletu muliebri turpius.

Lachrymæ prius nobis deerunt, quàm causa dolendi. Senec. de Breuit. vit.

EX SACRIS.

VIncit lachryma inuincibilẽ, ligat omnipotentem, inclinat virginis filium. Hier. in Epist.

Est pijs affectibus quædam flendi voluptas, & plerunq; graues lachrymas euaporat dolor. Amb. de Obit. Valent.

Sæpe quod torpentibus latuit, flentibus innotuit, & afflicta mẽs citius inuenit malum, quod fecerat, & reatum suum, cuius secura non meminit, hunc in se commota deprehendit. Gregor. 8. Mor.

Sicut per vehementes imbres, mundus aër, ac purus efficitur: ita & post lachrymarum pluuias serenitas mentis sequitur, atq; tranquillitas. Chrys. sup. Matt.

Multis consolationi sunt lachrymæ, & ex parte maximam magnitudinem doloris minuunt, dolor siquidem speciem ignis gerit, qui dum plus tegitur, plus ignescit. Petr. Blef.

Etsi pietas pro defunctis fidelibus flere iubet, fides tamẽ pro eis lugere vetat. Isid. 3. de Summo bono.

Lachrymæ pœnitentium cadunt in conspectum Domini. Aug. Serm. 3. in Fest. nat.

Lachrymæ infantium, testes sunt nostræ miseriæ. idem Hom. 10.

Fletus multus apud multos, sed fructus nullus. Bern. sup. Cant. Serm. 26.

Lugentes sunt aliqui, sed si ex corde procederent lachrymæ, non tam citò soluerentur in risum. Bern. de Aduen. dom. Ser. 4.

Lachrymæ, cibus sunt animæ. Basil. de Liber. arbitr.

Lugendum est, & post luctũ consolandum: post consolationem ad cœlestia contemplanda accedendum. Bernar. de Conuers. ad cleric. Serm.

Lugere impudenter, prohibetur. Chrysost. sup. Ioan. Hom. 61.

Lugendum cum modestiæ decoro. idem sup. Epist. ad Philip. Serm. 3.

Lugere mortuos ex pusillanimitate fit. idem sup. Epist. ad Hebr. Hom. 26.

Risus.

RIsus in ecclesia diaboli opus. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Homil. 15.

Risus non procul abest à derisu. Quint. lib. 6.

Risus grauitate sit mixtus. August. de Spir. & anim.

Voluptas.

EX GRAECIS.

NEc voluptas omne bonum, nec dolor omne malum. Plat. de Sum. bon.

Voluptas, & tristitia, quæ propriè animæ est, voluptates, & dolores corporis præcedit. ibid.

Voluptas, effugium doloris est. ibidem.

Omnis voluptas ab amore separatur. idem de amore.

A voluptatibus separari, extrema insitia est. idẽ de Sophist.

Propter voluptatem mala operamur, & propter tristitiam à bonis recedimus. idem Eth. 2.

Deliciæ fœneratores fecerunt, non secus ac aurifices, vnguẽtarios, ac tinctores. Plutarch. de Vit. vsur.

Voluptates corruptibiles sunt: honores autem immortales. Cleo. apud Diog. lib. 1.

Natura solatium quidem haud postulat, si delicias solatium appellas: refocillationẽ autem postulat, quæ media est inter voluptatem, & laborem. idem de Tuend. bona valetud.

Ipse voluptatis contemptus, si assuefecerimus, iucũdissimus est. Diog. apud Laërt. lib. 1.

Mali viri, voluptates malæ. Eurip. in Suppl.

Magnæ stultitiæ est propter breuem voluptatem cum alijs digladiari. Demosth. in arg. lib.

Voluptates oportet tanquam sirenes fugere eum, qui virtutem, tanquam patriam intueri desiderat. Socr. apud Stob.

Voluptates venari conuenit, quæ labores sequuntur, non illas, quæ præcedunt. Demosthenes ibidem.

Delectatio victa honestò optima, secus pessima est. Isocrat. apud Stob.

EX LATINIS.

IN præcipiti voluptas ad dolorem vergit, nisi modum teneat, modũ autem tenere difficile est, in eo, quod bonum esse credida

credideric. Senec. Epist. 13.

Quemadmodum scelerum etiamsi non sint deprehensa, cùm fierent, solicitudo non cum ipsis abijt, ita improbarum voluptatum etiam post ipsas pœnitentia est. idem epist. 27.

Quis hostis in quenquã tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdã voluptates suæ sunt. idem 39.

Quidam voluptatibus suis seruiunt, non fruuntur, & quod malorum intimum est, mala sua amant: tunc autem consummata est infœlicitas, vbi turpia nõ solùm delectant, sed placent: & desinit esse remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores sunt. ibid.

Effœminat animos amœnitas. Senec. epist. 51.

Proba istas, quæ voluptates vocantur, vbi transcenderis modum, pœnæ sunt. idẽ Epist. 84.

Eò delitiarum peruenimus, vt nisi gemmas calcare nolimus. idem Epist. 87.

Vis ciborum voluptatem contemnere, exitum expecta. idem Epist. 111.

Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descripsit, vt salui essemus, non delicati, ad salutem omnia apparata sunt, & in promptu, delitijs omnia miserè, ac solicitè cõparantur. idem Epist. 120.

Voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio. idem de Vit. beat.

Malorum esca voluptas, qua homines capiuntur, vt hamo piscis. Cato maior.

Imitatrix est boni voluptas, malorum mater omnium, cuius blanditijs corrumpuntur, quæ natura bona sunt. Cicer. 2. de Legib.

Maximas virtutes iacere oportet, voluptate dominante. idem ad Attic.

In voluptatis regno nõ potest virtus consistere. Cato maior.

Impedit consilium voluptas, & rationi inimica est, ac mentis, vt ita dicam, perstringit oculos. ibid.

Nemo est dignus nomine hominis, qui vnum diem totum velit esse in voluptate. idem 2. de Finib.

Quò maior est voluptas, eò magis mentem à sua sede, statúq; dimouet. Cic. 1. Parad.

Fluit voluptas, & prima quæque euolat, sapiúsq; relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi. idem 2. de Finib.

Omnibus in rebus voluptatibus maximè finitimum fastidium est. idem 2. de Orat.

Trahit sua quenq; voluptas. Virg. Eclog. 2.

Cogitate cũ animis vestris, si quid vos per laborem rectè feceritis, labor ille citò recedet à vobis, beneſactũ à vobis, dum viuetis, non recedet, sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit. Gel. lib. 16.

Voluptates cõmendat rarior vsus. Iuuenal. Sat. 11.

Voluptates abeuntes cõsiderandæ. in Hist. Sax.

Voluptates peregrinæ vigorẽ animi extinguũt. Liu. 4. Dec. li. 8.

Infœlix, qui huic rei viuit, vt altilia decenter secet, nisi quòd miserior est, qui hoc voluptatis discit, quàm qui necessitatis. Senec. Epist. 47.

EX SACRIS.

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est, vbi frequentia voluptatum: & minus auaritiæ molestias patitur, qui nõ videt diuitias. August. de sing. cler.

Sicut vitanda sunt amara salubria, ita semper vitanda est amara dulcedo. idem.

Semper voluptas famem sui habet, & transacta non satiat. Hier. ad Damasc.

Mortis est fabricatrix voluptas. Lact. lib. 6.

Te moneo, vt oblectamenta ista terræ pro magnis, ac veris bonis habere, ne credas, quæ sunt non tantùm fallacia, quia dubia, verùm etiã insidiosa, quia dulcia. Lact. de opif. Dei.

Voluptas sub necessitate aliquando se palliat. Greg. 30. mor.

Voluptas, & dolor, ad sensum pertinent communem. Augu. lib. 2. de lib. arbit.

Voluptatem pariunt conuenientia, dolorem resistentia. idem de ver. relig.

Voluptas ex calore nascitur. idem lib. 20. contra Faust. Manich.

Delectatio illecebrosæ cogitationis etsi paruam in anima moram faciat, fœda tamen post se relinquit vestigia. idem de conſid. ad cler.

Voluptas corporis malum: afflictio bonum. Bern. de aduent. domin. serm. 3.

Deliciæ sunt spinæ. Chrysost. sup. Matth. Homil. 45.

Deliciæ animam resoluunt, quasi copiosus amnis. idem sup. Act. Apost. Homil. 24.

Deliciæ ad corporis necessitatem non pertinent. idem sup. Epist. ad Ephes. serm. 5.

Deliciæ mortis autores. idem serm. 13. sup. Epist. ad Hebr.

In facetijs multa periuria. Chrys. sup. Epist. ad Ephes. serm. 15.

Valetudinis firmamentum luxus subruit. idem ad popul. Antioch. Homil. 55.

Voluptati ineſt supplicium. idem sermo. 4. super Epistol. ad Roman.

Voluptati formosos difficile imperare. idem de continent. Ioseph. serm.

Voluptas, vt torrens, omnia sub-

uertit. idem sup. Act. Apost. Hom. l. 27.

Voluptas fera grauis. idem contra lux, & crapul. serm.

Mundi luxus piæ animæ crux est. Aug. in manual. cap. 5.

Tristitia.

EX GRAECIS.

TRistitia ægritudinum maxima. apud Stob.

Propter voluptates mala operamur, & propter tristitiã à bonis recedimus. Arist. Eth. 2.

Melancholici naturaliter semper indigẽt medicina. idem Eth. 7.

Natura omnia molesta fugit. Plut. in consol. ad vxor.

Seueris, ac tetricis omnibus me iudice vita, non vita est, sed calamitas. Eurip. in Alcest.

Mœrores hominibus pariunt morbos. ibid.

Non appellandus est felix, qui pecuniã habet plurimã, sed qui non tristatur. ibid.

Vbi quis dolet, illic animum conuertit. ibid.

Tristitia, multiplex malum. ibid.

EX LATINIS ET SACRIS.

NOn debemus causas doloris accersere. Sen. Epist. 100.

Summa stultitia est frustra confici dolore, cùm intelligas nihil

posse profici. Cicer. 3. Tusc.

Nihil est præcipuè dolendũ cuiquam in eo, quod accidit vniuersis. idem ad Torq.

Tristitia sanno mitigatur. Aug. lib. 10 confes. cap. 13.

Communiũ est tristitia, vbi communis est causa. Bern.

Tristitia pia est, alterum vitijs tribulari. idem Epist. 145.

Vir nunquam esse tristis, bene viue, bona vita semper gaudium habet. Hugo 3. de Anim.

Tristis ex propinquo habet iram. Greg. in Past.

Tristitia præcedit lætitiã. Aug. in serm. de temp.

Tristitia sæpe grauitatem cordis sequitur. Greg. lib. 1. mor.

Non dolere stupiditas est, nõ hominis. August. lib. 4. de Ciuit. Dei. cap. 9.

Tristibus Deus læta semper nascet. Chrysost. sup. Act. Apost. Hom. 8.

Stultius nihil est, quàm famem captare tristitia. Senec. Epistol. 97.

Lætitia.

EX GRAECIS.

IN communi re gaudens solus nõ rectè facit. Eurip. in Ion.

Gaudium præsens est, odium in posterum. apud Stob.

Multa, quæ naturaliter non sunt delectabilia, cùm sunt assuefacta,

facta, delectabilia fiunt. Aristot. Rhet. 1.

Vnicuique est delectabile quod amat. idem Eth. 1.

Qui delectari velit sine tristitia, ad philosophiam recurrat. idẽ Polit. 2.

Omnes habemus, vnde lætemur. Plut. de tranq. Anim.

Quod incundissimum, idem calamitosum. Eurip. in Hippolyt.

EX LATINIS.

ANimus debet esse alacer, & fidens, & super omnia erectus. res seuera est, verum gaudium. Senec. Epist. 23.

Sola virtus præstat gaudiũ perpetuum, securum, etiamsi quid obstat quod nubium modo interuenit, quæ infra feruntur, nec vnquam diem vinunt. ibid.

Quia gaudium semper animos inquietat, modus raro lætis rebus interuenit. Cassiod. 4. Epist.

Nihil difficilius, quàm differre gaudia. Quint. Declam. 2.

Spem gaudia parãt, aduersa contritionem. idem Declam. 15.

Recto ordine priùs metus tollatur, quàm gaudium infundatur. Tert.

In profuso gaudio lachrymæ erũpunt. idem.

Gaudia, principium nostri sunt sæpe doloris. Ouid. 7. Metamorph.

EX SACRIS.

LAetitia nostra sit timore permixta. August. sup. Psal. 85.

Miseria nulla maior, quàm falsa lætitia. Bern. de lib. arbit.

Lætitia, iusti comes est. Chrysost.

Lætitiam quæ parere solẽt, extra nos sunt. Basil.

Gaudiũ priuatiũ, vanũ est. Greg.

Solet lætitia arcana mentis aperire, atq; aperienda amittere, aduersa verò cum nos exterius deprimunt, interim cautiores reddunt. Greg. 28. mor.

Verum gaudium non possidetur, nisi pax, & iustitia teneatur, prima enim est, & quasi radix iustitia, secunda pax, tertia, gaudium: de iustitia nascitur pax, de pace gaudium generatur. Cæsarius in admonit. 2.

Gaudium properat, & non fert lætitia moras. Cypr. Epist. li. 6.

In gaudio communi maior est episcopi portio. idem lib. 1.

Lætitia satietatis, penuria est tribulationis. Greg. 1. mor.

Lætitia ex propinquo habet luxuriam. idem in Past.

Delectatio est pẽdus animæ. August. lib. 6. music. cap. 11.

Delectatio parit tolerantiam laborum. idem de Pa. cap. 4.

Præsentis temporis ita agenda lætitia est, vt nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat

à memoria. Greg. Homil. 32.
Vnde quis gaudeat, plurimum interest. August. libr. 6. confes. cap. 6.
Gaudium malorum, stultitia est. idem de agone Christ. cap. 7.
Populi applausus ex eorũ est numero, quæ fortuna, non indicio contingunt. idem lib. 1. de music. cap. 6.
Gaudẽdũ est de ijs, quæ expectamus, & gaudendum de ijs, quæ sustinemus. Ber. de verb. Apost. serm. 2.
Gaudendum in bono alieno magno magis, quàm in proprio paruo. idem sup. Cant. ser. 49.
Gaudium in materia conuertibili mutari necesse est re mutata. idem de fallac. præsent. vit.
Gaudium solummodo verum est, quod de creatore concipitur. idem in Epist.
Hilarem diligit Deus. Bernar. de mag. serm. 3.
Lætos vos esse volo, sed nondum securos. Bern. sup. Psal. Qui habit. serm. 4.
Gaudere prosperitate aliorum generosius est, quàm deflere calamitatem. Chrysost. serm. 22. sup. Epist. ad Roman.
Gaudere in calamitatibus aliorum, impudentium est. idem ad popul. Antioch. Homi. 24.
Gaudium ex opinione venit. idem super Epistol. ad Hebræ. Homil. 20.
Delectamur per voluntatem, & exercemur per rationem. Bernard. serm.

Orbitas.

EX GRÆCIS.

NVllum est viro maius malum, quàm frustrari fida vxore. Eurip. in Alcest.
Nullum inter homines maiorẽ dolorem inuenies, quàm liberos mortuos aspicere. idem in Supp.
Vir ex familia cùm moritur, desiderabilis: mulieris verò rei imbecilles. idem in Taur.
In cæteris minus offendi potest mulier, at si marito priuatur, vita priuatur. Eurip. apud Stob.
Mulier cùm priuatur viro, priuatur vita. apud Stob.

EX LATINIS.

LIbenter se orbitas decipit, magnas calamitates vanæ ratio sustẽtat. Quint. Decl. 10.
Nihil est sceleratius prudenti orbitate. ibid.
Quisquis orbitatem facilè credit, festinat ad impatientiæ securitatem. Quint. Declam. 16.
Senectus, & orbitas licentiam præstant. Max. lib. 6.

EX SACRIS.

ORbitatis magnitudo, religionis occasio est. Hier. ad Saluinam.

Viduæ

Viduæ præ cæteris vacare debent orationi. Ansel. sup. Timoth.
Vidua grauius contra concupiscentiam confligit, quàm virgo. Aug. contra Iulian.
Vidua defensorem nullum habet. Chrysost. sup. Ioann. Homil. 6.
Viduæ psallunt noctu, & die. idẽ sup. Epist. ad Corinth. Hom. 30.

Consolatio.

EX GRÆCIS.

ANimo malè affecto medicinæ sunt sermones. Plut. in Orat. consol.
Facilius est consolari afflictum, quàm sustineri. Eurip. in Alcest.
Nũquam vlla de re dixeris, quòd amiseris eam, sed quòd reddideris. filius obijt, redditus est: ablatus est mihi ager, & hic redditus est, sed malus est, qui abstulit: quid est, quòd cures, per quem is, qui dederit, receperit? quandiu verò conceditur tibi, curam eius habeto tanquã alienæ possessionis: quemadmodum prætereuntes diuersorij. Epict. apud Stob.
Minus habet mœroris præsentem intuitus amicum. Suauè enim quiddam est amici sermo. Philem. ibidem.
Inest etiam verbis quædam voluptas, cùm oblitionem inducunt malorum. ibid.
Cui corpus malè affectum est, is opus habet medico: cui autem anima, amico. ibid.
Consolatio maximum est remedium tristitiæ. Socion. ibid.
Qui aliorum mala perpenderit, minùs ægrè feret sua. Phil. apud Stob.
In rebus secundis oportet intueri in eum, qui vtitur minùs secũdis: in aduersis verò, in eum qui vtitur magis aduersis. Pythag. apud Volat.

EX LATINIS.

SI intelligimus, solatium est æquo animo perdere quod periturum est. Senec. Epist. 99.
Nihil tam acerbum est, in quo æquus animus non inueniat solatium. idẽ de Tranq. anim.
Necessitas ferẽdæ conditionis humanæ quasi cum Deo pugnare prohibet, admonétque esse hominem, quæ cogitatio magnopere luctum leuat. Cicer. Tusc. 3.
Leuis est consolatio ex miserijs aliorum. Cicer. ad Torq.
Ipsa ægritudo lenitur, cum obijcimus mœrẽtibus imbecillitatem animi effœminati, cúmque eorum grauitatem, constantiámque laudamus, qui non turbulenter humana patiuntur. Cicer. 4. Tusc.
Motus animi solicitudines, ægritudinésque oblitione leuiun-

tur, traductis animis ad voluptatem. ibid.

Hæc sunt officia consolantium: tollere ægritudinem funditus, aut sedare: nec patere manare longius, aut ad aliam traducere. idem.

Sunt, qui consolationem respuant, sed refert quomodo adhibeatur: vt enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo prædicandum est. Cicero 3. Tuscul.

Consolationum multæ sunt viæ, sed illa rectissima: impetret ratio, quod dies impetratura est. idem ad Atticum.

Est in potestate abijcere dolorem, cùm velis, tempori seruientem. ibidem.

Dies stultis mederi solet. Cicer. ad Attic.

Est tarda illa quidem medicina, sed certissima, quam affert longinquitas, & dies. ibid.

Sola spes hominem in miserijs consolari solet. idem in Catil.

Difficillima est in luctu consolatio. Erasm. in Epist.

Amatores consolatio angit, non lenit. Tert.

Mediocre solatium est, quos amamus, nihil queri. Plinius Iunior. lib. 1.

Vt crudum adhuc vulnus medentium animos reformidat, deinde patitur, atque vltro requirit: sic recens animi dolor consolationes reücit, atque refugit, mox desiderat, & clementer acquiescit. Plin. Iun. lib. 5.

Maximum solatium est, vacare culpa. Cicer. ad Marc.

Non interpretemur malè naturæ beneficium: abstulit, sed dedit. Senec. Epist. 73.

Quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. idem. 100.

Hominis est dolore affici, & solatia admittere, non solatijs non egere. Plin. Iun. lib. 8.

Vnicum doloris leuamentum, studium est. ibid.

Flebile principium melior fortuna secuta est. Ouid. 7. Metam.

Nec fera tempestas toto tamen errat in anno.
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.

Bonus animus in re mala, dimidium est mali. Plaut. in Pseud.

Animus æquus, est optimum fortunæ condimentum. idem in Rud.

Esset aliquod imbecillitatis nostræ solatium, si tanto tempore repararentur cuncta, quanto finiuntur. Senec. Epist. 92.

Ratio in consolando plurimùm valere debet. Cicer. apud Curt.

EX SACRIS.

FEstina consolatio bonorum, consideratus finis malorum, tunc enim ex eorum interitu malum

malum conspiciunt, quod euadunt. leue æstimant quicquid in hac vita aduersum patiuntur. Greg. 21. mor.

Facilis erit consolatio, si inter flagella, quæ patimur, quæ fecimus delicta, ad memoriam reuocemus. idem in Regist.

Sera consolatione nihil potest esse frigidius. Erasm. in Epist.

Non est probus consolator, quem proprij vincunt gemitus. Hier.

Prolixior consolatio diutius afficit, quem consolari vis. Ambr.

Requiescimus in memoria illius, quem amissum dolemus. idem.

Solatium dolentis est, doluisse. idem.

Consolatio mitis esse debet, non aspera, quæ magis dolorem leuiat, feruorem mitiget, quàm commotionem excitet. idem in lib. de Ioseph.

Consolatur nos Deus, vt alios consolemur. Ansel. sup. Epist. ad Corinth.

Magna consolatio tribulationum est, autoris nostri dona ad memoriam reuocare. Greg. 1. mor.

Consolationem vxor marito præbet. Chrysost. sup. Genes. Homil. 38.

Consolatio amplior est, quàm afflictio. idem sup. Epist. ad Corinth.

Consolatio ex præteritis sæpe pio prodest. idem sup. Epist. ad Hebr. Homil. 11.

Sublenatio est doloris, visitatio collaborantis. Greg. 4. mor.

Postquam non abstulit, nisi quod dedit, suâ recipit, non nostra abstulit. Greg. in mor.

Infœlicitas, & tormentum.

EX GRÆCIS.

INfœlicitas inops consilij est. Eurip. in Ion.

Nec voluptas omne bonum, nec dolor omne malum. Plat. de summo bono.

Nemo est, qui miseris inuideat. Plut. de inuid.

Malorum suorum homo sibi causa. Homer. Odyss. lib. 11.

Non respicit iustitia miseros. Eurip. in Phœniss.

Voluptas, & tristitia, quæ propria est animæ, voluptates, & dolores corporis præcedunt. Plat. de summo bono.

Si ego miserè habeo, nihil in hoc glorieris, & tu miserè habere poteris. Eurip. in Androm.

Quando miseris bene volunt dij, cedit aduersa calamitas in melius. idem in Rhes.

Quibus est aduersa fortuna, non surdi solum sunt, sed ne videntes quidem res conspicuas vident. Sophoc. apud Stob.

Non facile est inuenire dominij sine malis viuentem. quisquis autem minus habet, illi videtur maius quiddam contigisse,

quàm alteri. Herod. ibid.

Non potest vllum tam graue dici verbum, nec affectio, nec calamitas diuinitus immissa, cuius molem natura hominis non ferat. Eurip. ibid.

Bona quærētibus vix obtingunt, mala etiam non quæsita. Demetr. ibidem.

Infœlix, quem pater Saturnus in senectutis limine misera calamitate perdidit. Homer. apud Stob.

Homo semper infœlix, natura credulus est. ibid.

Quemadmodum & corpori, sic & familiæ, vitæq; morbus accidit. Democr. ibid.

Inuidus dæmon maximè videtur hoc studere, vt inopinatam calamitatem inducat. ibid.

Dolor apud illos libenter manet, apud quos alitur, & augetur. ibidem.

Dolor resolutio animæ est. Cleant. ibidem.

Quàm fœlices sunt, qui à puero infœlices fuerunt. Dion. ibid.

Aduersa fortuna docet, quàm multos habeas amicos. Plut. in Apophth.

Si infœlicitates in commune conferentur, & vnusquisque ex æquo partiretur, futurum erit, vt plures suas capientes, discedant. Socrat. apud Plutar. in Orat. consol.

Promptius ad amicorum aduersos casus, quàm ad secundos successus succurrendum est. ibid.

Difficilis res est ferre mutationem rerum in deterius. Bias apud Diog. lib. 1.

Et mortalium aduersitates, & ventorū flatus non semper impetū habēt. Eurip. in Here. fur.

Dolentes per suspiria leuantur. idem in Alcest.

Calamitas est ipsis, qui perferunt, & spectatoribus vtilis. Plat. in Gorg.

EX LATINIS.

EST aliqua doloris ambitio. Senec. Epist. 64.

Plus ostentatio doloris est, quàm dolor. ibid.

Oportet alios esse miseros, & alios fœlices. Pub. Mim.

Repentè infœlicem esse, generat furorem.

Sine spectatore cessat dolor. Senec. Epist. 54.

Bonum virū Deus in delicijs non habet, experitur in dura, sibi illū præparat. Senec. de provid.

Est naturalis fauor pro laborantibus. Quint. lib. 4.

Qui intermittere in agendo dolorem potest, videtur posse etiam deponere. idem lib. 11.

Semper se cuīt odiūt miseri, ne esse meliores desināt. idē Decla. 1.

Dolor membrorū totam cogitationem in se rapit. idem Decla. 6.

Non debet dolere, qui potest gloriari. ibidem.

Est

Est quidem difficilis fœlicibus miseriarum vera æstimatio. idem Declam. 9.

Quàm verum est, quicquid exclamat calamitas, nec ab infœlicibus ficti temere exeunt gemitus. ibid.

Nihil crudelius calamitate, quàm gaudia reducūt. idē Decla. 11.

Leuior est dolor, qui disponitur. idem Declam. 12.

Quod vltimum miseris est, misericordiam perdere. ibidem.

Vltimum miseris spes est. ibid.

Nobiles sunt miserorum spes. ibid.

Habet aliquod solatium, quisquis in amore misereſcit. idem Declam. 13.

Difficile est tacere, cùm doleas. Cicer. pro Sil.

Doloris magnitudo vim quandā dicendi nobis dat, & tribuit. idem ad Atticum.

Leniora sunt ea, quæ repētino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ præmeditata, atque præparata inferuntur. idē in Off.

Dolor dissimulatione crescit. Iust. lib. 8.

Nihil infœlicius eo, cui nihil euenit aduersi. Senec. Epist. 92.

Calamitas virtutis occasio est. nemo duraret, si eandem vim haberet rerum aduersarum assiduitas, sicut primi ictus. Senec. de tranq. anim.

Spem gaudia parant: aduersa contritionem. Quintil. Declam. 5.

Aduersa res se domant, & docent, quid opus sit facto. secundæ res lætitia transuersum trudere solent, ac rectè consulendo, atque intelligendo. Gell. lib. 7.

Res humanæ semper in deterius prolabuntur. Sallust. in coniur. Catil.

Siqua venit sero, magna ruina venit. Propert.

Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,
Penelope fœlix, sed sine laude foret. Ouid. 5. de Trist.

Miserrima est fortuna, quæ nec in occulto quærit, nec in comperto auxilium implorare audet. Cæsar de bell. Gall. lib. 1.

Miseris parua est fides. Sallust. in coniurat. Catil.

Si dolori frænum remittas, nulla materia magna non est. Plin. Iun. lib. 4. Epist.

Multa luctuosa dolor inuenit. ibidem.

Est quædā dolendi voluptas, præsertim si in amici sinu defleas, apud quem vel laus sit parata, vel venia. idem lib. 8.

Dolendi modus est, timendi non est. ibid.

Aggrauat dolorem absentia, & mali impendentis ignorantia. ibidem.

Habent sua verba miseri, sua verba fœlices idem in Paneg.

Dicunt quidam esse infœlices, & quibusdam solatio est nosse sortem suam. Curt. lib. 4.

Optimè miserias ferunt, qui abscondunt. ibidem.

Nisi mutuò essemus miseri, olim alius alio potuissemus esse fastidio. ibid.

Dignus est omni malo, qui fortunæ suæ erubescit. idem lib. 5.

In communi calamitate suâ quisque habet fortunam. idem libro 6.

Reperire verba innocenti facilè est, modum verborum misero tenere difficile. ibid.

Magna est calamitas. ibid.

Recens dolor præteritum revocat. idem lib. 10.

Retludit aliquando soporatus dolor. idem lib. 7.

Miserrima est fortuna, quæ inimico caret. Pub. Mim.

Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensum cum re, consiliumq; fuit. Ouid. 4. de Pont.

Non est miser, nisi qui se esse credit. in Hist. Sax.

Assuetudo mali animos effert. Liuius 3. Dec. lib. 8.

Dedecori est fortuna prior. Lucanus.

Mobilis, & varia est fermè natura malorum. Iuuenalis Sat. 3.

Omnia, ad quæ gemimus, & expallescimus, tributa vitæ sunt. Senec. Epist. 27.

In dolore maximè est prouidendum, ne quid abiectè, nequid timidè, nequid grauè, nequid molliter, ne quid seruiliter, nec leuitèrque faciamus. Cicer. 2. Tusc.

EX SACRIS.

Affligit Deus nec iniustè, nec crudeliter. August. lib. Medit. cap. 39.

Nemo quantum proficit, nisi inter aduersa cognoscit. Gregor. in mor.

Cùm quis positus in prosperitate diligitur, incertum est, vtrùm prosperitas, an persona diligatur. amissio autem prosperitatis interrogat vim dilectionis. nec prosperitas quippè amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat. idem.

Aduersitates misericordia interpollat. Nazianz.

Afflictio, optimum quandoque remedium est ad salutem. idē.

Calamitas, inuentrix est ingeniosa. idem.

Aduersitas nostra, non est ira Dei, sed admonitio. Chrysost.

Aduersa non deijciunt quem prospera non corrumpunt. Gregor. 31. mor.

Aduersitas, prolatio virtutis est. idem Epist. 126.

Impossibile est scire afflictiones afflictorum ei, qui experimētum afflictionis non habuit. Chrysost. om. sup. Epist. ad Hebræ. sermo. 30.

In afflictionibus philosophandum. Basil.

Dolor non solùm eloquentes, sed etiam ingeniosos facit. Erasm. in Epist.

Nihil aduersum, nisi quod nobis obstat ad æternam felicitatem properantibus: nihil prosperum, nisi quod Deo conducit. ibidem.

Sæpe fit expulsa nube serenus dies. Cypr.

Aduersitas, quæ bonis votis, aut viris objicitur, probatio virtutis est, non indicium reprobationis. Greg. in mor.

Moderata afflictio lachrymas exprimit. idem. 9. mor.

Dolor animæ tortor est. August. de verb. Domini. Serm. 42.

Sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. idem.

Tantò quisque perfectus est, quātò quisque perfectius sentit dolores alienos. ibid.

Fugere persecutionem, non est culpa fugientis, sed persequentis. Bernard.

Incrementum doloris est, id quod dolet, scribere. Ambr.

Dolor nimius non deliberat. Bernard. Serm. 1.

Vexatio dat intellectum. Petr. Chrysol. in quod. serm.

Persecutio nō proficit ad salutem, nisi rationabiliter sustineatur. Gregor. in Regist.

Absurdum est dicere, malle non esse, quàm miser esse. Aug.

Miseriæ comes indutidia est malitia. idem.

Gratus est miseris de misericordia sermo. Bern.

Horrēdo modo sit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors semper viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Greg.

Quid miserius misero nō miserante se? August. in confess.

Ille bene nouit in exterioribus miseriis subsistere, qui scit de spe interna gaudere. Gregor. sup. Exech.

Sicut pura veritas non nisi puro corde videtur, sic miseria fratris non nisi misero corde seruatur. Bernar. de 12. grad. Homil.

Tribulantur boni, & mali, sed magno discrimine. Augusti. lib. 2. de consens. Euang.

Tribulatio cordis, merces est pœnitentiæ. idē in Quæst. ex vtroque test.

Tribulatio omnium maxima est, delictorum conscientia. idem sup. Psalm. 45.

In tribulationibus mali decidunt, boni confirmantur. idem sup. Psalm. 144.

Dolor timere nescit. in Hist. Sax.

Plus aduersa, quàm prospera prodest fortuna. hæc enim fallit, illa instruit. Veg. lib. 3.

Ex infortunio sunt aliqui felices. ibid.

Timendum est, ne nobis cadentibus

tibus surgat, qui nobis surgentibus irridetur. Gregor. 16. mor.

Aduersitates solum mali malas æstimant, & metuunt. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei.

Persecutio non semper iniustitiæ signum. idem. Epist. 63.

Non omnis persecutio bona, sed quæ propter iustitiam toleratur. idem de sermo. Domini in monte.

Persequitur grauius mala faciendo, quàm bonus mala coërcendo. idem.

Amantis, & inuidentis simile dolor est. Basil. de Virg.

De tribulatione multum eruditionis sanctis venit. Chrysost. sup. Matth. Homil. 12.

Afflictio, materia pietatis. idem sup. Epist. ad Philipp. serm. 15.

Aduersitas honorum non est ira Dei, sed admonitio. idem sup. Matth. Homil. 34.

Afflictio, pædagogus noster est. idem sup. Act. Apostolo. cap. 43.

Afflictione temporaria peccatum diluitur. idem sup. Psalm. 49. Homil.

Per afflictiones solùm regno cælorum nos fieri dignos est possibile. idem sup. Genes. Hom 32.

Afflictus valdè non proptereà à Deo credẽdus derelictus. idem sup. Genes. Homil. 32.

Calamitas quæuis ex sacra scriptura suam habet medicinam. idem sup. Genes. Hom. 28.

Calamitas, & tentatio ad sapientiam animam præparant. idem sup. Ioann. Homil. 60.

Dolor immodicus demergit animam. idem sup. Lucam.

Tribulatio amicos facit. idem sup. Act. Apost. Homil. 42.

Dolere caremus, si deliciæ desunt. idem serm. de dispensat. rerum tuarum.

Tribulatio vera philosophiæ est mater. idẽ ad popul. Antioch. Homil. 72.

Intelligat homo medicũ esse Deũ, & tribulationem medicamentum eius ad salutem. August. sup. Psalm. 21.

Si putas te non habere persecutionem, nõdum cœpisti esse Christianus. idem in quod. Sermo.

Solatio dolentis est doluisse. Ambro.

Breuius miser est, qui non sua culpa miser est, sed fatorum iniquitate. Erasm. in Epist.

Tribulationes nõ tantum patienter, sed etiam gratanter ferunt sancti. August. in quæstio. ex vtroque test.

Tormentis præmia crescunt. Cypr. lib. 3. Epist.

Non facilè inueniũtur in aduersitate præsidia, quæ non fuerunt in pace quæsita. Aug. in Epistlo.

Tormenta plerunque cruciant, sed non emendant. Gregor. 7. mor.

In huius vitæ tormentis timor dolorem habet, dolor timorẽ non habet. idem 9. Mor.

Tormenta à notis illata plus nocent, quàm ab ignotis. idem in Euang. Hom. 35.

Corripit Deus, quem diligit. Tert.

Deus non solùm nos donis, sed flagellis erudit. Greg.

Clementia, & misericordia.

EX GRÆCIS.

Difficile est simul & misereri, & sapere. Plutarch. in Apophth.

Qui flagitiosum miseratur, non mores miseratur, sed hominem. Arist. apud Diog. lib. 4.

Miserendum immerito infœlicibus. apud Stob.

EX LATINIS.

Est clementia hominibus omnibus necessaria, maximè autem decora Imperatoribus. Senec. de Clemen.

Saluum regem in aperto clementia præstat. ibid.

Ipsa regentis clementia verecundiam peccandi facit. ibid.

Clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi, vel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. ibid.

Petant etiam innocentes misericordiæ auxilium. Quint. lib. 11.

Nihil minus videtur partibus aduocati conuenire, quàm reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre. Quint. Declam. 2.

Quod vltimum miseris est, miserationem perdere. idem Decl. 12.

Nihil est laudabilius, nihil magno viro, & præclaro dignius placabilitate, & clementia, quæ ita probanda est, vt adhibeatur reipub. causa seueritas, sine qua administrari rectè ciuitas non potest. Cic. 2. Off.

Fauor, & misericordia aeres primos impetus habent, paulatim consilio, & ratione quasi restincta concidunt. Plin. Iun. lib. 2. Epist.

EX SACRIS.

Melius est, vt nullus sit miser, quàm vt tu facias misericordiam. August. sup. Psalm.

Plurimum interest, quo animo quisq; parcat: sicut enim aliquando est misericordia puniens: ita & crudelitas parcẽs. idem Epist. 64.

Gratus est miseris de misericordia. Serm. Bern.

Cùm alienæ infirmitati compatimur, valentius à nostra roboramur. Greg. 7. Mor.

Tantò quisq; perfectus, quãtò perfectius sentit dolores alienos.

idem

idem 29.Mor.

Iustitia sine misericordia, non est iustitia, sed crudelitas: sicut & misericordia sine iustitia, non est misericordia, sed fatuitas.Chrysost.sup.Matth.

Misereri volens proximo, sibi ipsi prius debet misereri. Gregor. 19.Mor.

Misericordia artem non habet. Hier.

Sub prætextu misericordiæ non iudicandum iniustè. idem.

Sola misericordia comes est defunctorum. Amb.Serm.

Plus est aliquando compati ex corde, quàm dare: quia quisquis indigenti perfectè compatitur, minus æstimat omne, quod dat: & rem quamlibet plerunq; dat, qui non compatitur. Greg.20.Mor.

Sic mens per cõpassionem doleat, vt etiam larga manus affectum doloris ostendat. idem in Homil.

Nonnulli duræ sunt ceruice, & attrita sunt fronte, vt quò magis eis compatimur, tãto magis nostra compassione, & patientia abutantur. Bern.in Ser.

Tria sunt, per quæ probatur vera compassio: scilicet occulta beneficia, paupertas, & mors. Hugo de Claust.anim.cap.9.

Misericordia est animi condolentis affectus, cum additamento beneficij, vt compatiamur de proximo, & largiamur de proprio. Aug.de Finit.

Non est, quòd fugias à deo irato, nisi ad deum placatũ. idem sup.Psalm.74.

Misericordiæ virtus tanta est, vt sine illa cæteræ etsi sint, prodesse non possunt. Leo papa in Serm.de Appar.

Sola misericordia est, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.Cassiod.in Epist.

Præcedentis misericordiæ beneficium perdidit, qui putat esurienti sufficere quod semel donauit. Valer.Epis.in quodam Serm.

Misericordia Dei est, summum solatium mœstorum. Gregor.1. Moral.

Misericordiæ tẽpus nemo perdat. idem sup.Euang.Hom.34.

Lex Dei, misericordia est. idem sup.7.Psalm.

Misericordia, verum est sacrificium, si propter Deum fiat. August.lib.10.de Ciuit.Dei cap.6.

Misericorditer multos occidit Deus. idem lib.3.contra lit.Petil.

In misericordia Deus iudiciũ non omittit. idem sup.Psal.32.

Misericordia laudabilior in paupere, quàm in diuite. idem in Quæst.ex vtroq; test.

Misericors esse non potest, qui in se crudelis est. idem sup.Psal.

Misericordia domini desperationi opponenda est. August.Ser. 122.de Temp.

Misericordia quæ sit de exiguo, placet Deo. Hugo in Qu.est.ex vtroq; test.

Misericordiæ promittitur miseranti. Bern.de Conuer.ad cler.

Natura mollior est homo ad compatiendũ, quàm ad indignandum asperior. idem sup.Cant. Serm.37.

Clementia Dei mensuram nõ recipit. Chrysost. de Pœniten. Homil.3.

Misericordiæ apud Deũ pelagus est. Chrysost. Serm.

Misericordia etiam iustũ indigẽt. idem Hom.21.sup.Psal.50.

Misericordia dei nequitiam hominis vincit. idem Ad pop. Antioch.Homil.80.

Misericordia Dei, pallium breue non est. Bern.sup.Cant.Ser.66.

Peccata aliqua minima sunt, alia magna, alia mediocria, & propterea egent triplici misericordia, parua, mediocri, & magna. Bern.de Primord.med. & nouiss.nost.Serm.

Misericordia rationem quandam habet. Chrysost.sup. Matth.Homil.33.

Misericordia, est salutis præsidiũ. idem de Miseric.Hom.

Misericors vir, pretiosa res. idem de Verb.Esaiæ Homil.4.

Misericors, magnus homo, & honorabilis vir. idem de Pœnit. Homil.7.

Pij cordis est, cedere importunitati. Bern.

Fauor, & auxilium.

EX GRÆCIS.

IVppiter mihi auxiliator, non metuo. Eurip.in Heracl.

Non est cadentis alium erigere, nec ignorantis docere, nec incompositi componere, nec imperare eius, qui non pareat imperio. Plutarch. de Doctrina princip.

Odi auxilium ferre serò amicis. Eurip.in Rhes.

Dijs enim nihil opus est amicis, satis enim ipse Deus qui vincat, cùm vult. idem in Her.fur.

Manus manum lauat, & digitus digitum.

Decretis auxilijs, apparatu celeri, legationibus facũdis, & promptis, animi trepidantes sociorum confirmantur. Demosth. 1.Olynth.

Ij, qui sibi ipsis benefacere nolunt, alijs cogendi sunt bona suppeditare. Cyrus apud Plutarc. in Apophth.

Deus ante omnia opera inuocandus. Plat.de Legib.

Solet diuinitas auxilium sui fauoris non in paruis ostendere, sed vbi spes humana defecit. Iosep. lib.1. Antiquit.

EX LATINIS.

ALteri viuas oportet, si tibi vis viuere. Sen.Epist.43.

Homo in adiutorium mutuũ generatus est. idem 2. de Ira.

Paucis natus est, qui gentes etatu suæ tantùm cogitat, multa annorum milia, multa populorũ superuenuunt, ad illa cogita, respice. idem Epist. 80.

Nocere facile est, prodesse verò difficile. Quint. lib. 8.

Nihil habet alicuius fortuna melius, quàm vt possit, nec natura, quàm vt velit seruare plurimos. ibid.

Homines hominum causa generati sunt, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. Cic. 1. Off.

Hoc natura perscribit, vt homo homini, ob eam tantum causam, quòd is homo sit, consultũ velit. idem 3. Off.

Si quam præstantiam virtutis, ingenij, & fortunæ, consecuti sunt nonnulli, impartiant eam suis, cõmunicentq; cum proximis, vt si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna eorum augeant opes, eisq; honori sint, atq; dignitati. idem in Lælio.

Omnis pro laborante fauor est. Quint. Declam. 9.

Hoc natura affert, vt eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus ingrediuntur. Cic. pro Mur.

Fauor, & misericordia acres primos impetus habent, paulatim ratione, & consilio quasi restincta concidunt. Plin. Iun. lib. 2.

Quò se fortuna vertit, eò se fauor hominum inclinat. Iust. lib. 5.

Quis est, qui inopis, & optimi viri causa non anteponat in opere dando gratiam fortunati, & potentis? à quo enim expectatur, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. Cicer. 2. Off.

Sat habet fautorum, semper qui rectè facit. Plaut. in Amph.

EX SACRIS.

Solent principum fauores ventorũ in morem subinde reflare in diuersum. Erasm. in Epist.

Illis fauemus sæpius, à quibus referendæ gratiæ vicem speramus. Amb.

Equorum cursus fauore perniciosior fit. Hier. ad Latam.

Primus locus apud regem lubricus est. Pius 2. apud Plat. lib. 2.

Nihil tam secundum naturam est, quàm tuare consortem naturæ. Amb. de Off.

Si non potest alteri subueniri, nisi alter lædatur, commodius est, neutrum iuuare, quàm grauare alterum. ibid.

Adiuuare imbecillem charitatis est, adiuuare velle potentem, elationis. Greg. 7. Mor.

Vult enim deus vnumquemq; alterius angustias sentire vt proprias, & quomodo sibi, si in tali tribulatione esset, subueniri cuperet: ita ipse alteri propter Deum subuenire non postponat. Hier. in Epist.

Impudens postulatio tempore necessitatis, & angustiæ, ab eo petere auxilium, quem in prosperitate cõtempserit. Hier. sup. Hier. lib. 1.

Nullius ope indigere se putat, qui alteri suam negat. Lact. lib. 6.

In rebus deploratissimis plerunq; opẽ numinis experimur. Eras. in Epist.

Age sic aliud, vt tuum non obliviscaris negotium, amicis ita enim prodesse debemus, vt nobis non noceamus. Cassiod. in Epist.

Gratum debet esse subsidium, vt sicut in vna mercatione varò solet existere, vterque videatur desiderata commoda percepisse. ibid.

Homines omnes diligendi sunt, sed omnibus si prodesse non possis, ijs potissimùm subueniendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet verũ opportunitatibus constricti tibi quadã sorte vniuntur. August. de doctr. Christ. serm. 2.

Hæc est lex diuinæ prouidentiæ, vt nemo à superioribus adiuuetur ad cognoscendam gratiam Dei, qui non ad eandem puro affectu inferiores adiuuerit. idem de ver. relig.

Eleganter dictum est, cùm quis in puteum cecidisset, & aqua eum suffocaret, accessit alius, eo viso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? obsecro (inquit) cogita, quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim, quæras. idem sup. Epist. ad Hebr.

Auxilium diuinum nobis adest, cùm in iniurijs mansueti sumus. Chrysost. ad popul. Antioch. Hom. 79.

Auxilium diuinum per bonam vitam cõciliandum. idem sup. Genes. Homil. 40.

Auxilium inimicis nec dare, nec ab eis accipere oportet. idẽ sup. Matth. Homil. 1.

Coadiutores Dei sumus consensu voluntatis. Bernar. de grat. & arbitr.

Crudelitas, & vindicta.

EX GRAECIS.

Crudelitas & gentes, & ciuitates, perdit semper. Eurip. in Oreste.

Crudelitas, & perfidia deterrent à deditione, & recõciliatione. Demosth. 1. Olynth.

Viro natura bono, necessitate autem sæuo, multo durius est, de alijs, quàm de se sumere

supplicium. Lucian. in Phalar.

Optima inimici vindicta est, te honestum, & bonum virum præstare. Diog. apud Plutar. de vtilit. capi. ab inimic.

Humanũ habetur, vltionem inimici, si quando per occasionem inciderit, negligere. ibid

Nemini intendendæ minæ, muliebre enim est. Chilo apud Diogen. lib. 1.

Frater fratris necem vlciscitur. Homer. Iliad. lib. 24.

Vltio vltionem vocat, & cædes cædem. Eurip.

Melior est venia, quàm vindicta, illa enim mitis est ingenij: hæc autem ferini. apud Stob.

Vltio, passio iniustitiæ est. ibid.

Vindex, malus, & miser. ibid.

EX LATINIS.

Minuti semper, & infirmi animi voluptas, vltio. Iuuenal. Sat. 14.

Rectius est in autores criminum vindicari: ad multos metus, ad paucos pœna pertinet. Veget. lib. 2.

Vltio proxima est auxilio.

Genus vltionis est, pascere, & non misereri. Quint. Decla. 5.

Vindicta nemo magis gaudet, quàm fœmina. Iuuenal. Satyr. 13.

Crudelitas minimè humanũ malum est, indignúmque regio animo: ferina ista rabies est, sanguine gaudere, ac vulneribus, & abiecto homine in lucẽtre animal transire. Senec. de clement.

Sæuitia non vltra fata procedit. Quint. Declam. 12.

Omnibus est odio crudelitas, & amori pietas, & clementia. Cic.

Nullis supplicum precibus crudelitas inhiberi potest. Cur. lib. 7.

Nec crudelitati luxuria, nec luxuriæ crudelitas obstat. idem lib. 10.

Superbiæ, & crudelitati si sera, non tamen leues veniũt pœnæ. Liuius lib. 3. Dec. 1.

Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, & tarditatem supplicij grauitate compensat. Max. lib. 1.

EX SACRIS.

Pauperem, & mẽdicum persequi, sola sæuitia est, & crudelitas, cuius nec honor quæritur, nec abundantia facultatis ambitur. Cassiod. sup. Psalm.

Crudelitas non est punire malos cum autoritate iuris. apud Iurisconsul.

Crudelis est qui negligit famam suam. ibid.

Si vindicare vis, file, & funestam ei dedisti plagam. Chrysostom. sup. Matth.

Surga

Surgamus ad vindictam, non quia læsi sumus, sed quia disciplina seruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur. Lact. de ira Dei.

Non minus mali est referre iniuriam, quàm inferre. ibid.

Vindicta sequitur scelus. Cypr. lib. 4. Epist.

Ira in vindicta malorum sequi rationem, non præire debet. Greg. Epist. 9.

In vlciscendis vitijs sæpe crudelitas fit, & iustitia putatur. Greg. 32. mor.

Vindicari velle, est de alieno malo lætari. August. lib. 3. quæst. sup. Leuit.

Vindicta tarda sit in regibus. idem 5. de Ciuit. Dei.

Vindictam, quam petunt scripturæ, prophetia est, non vindicta. idem sup. Psal. 108.

Vindicta in corde posita nocentior vipera. Chrysost. sup. Act. Apost. Homil. 41.

Damnum.

EX GRAECIS, ET LATINIS.

Nocere facilè est, prodesse verò difficile. Quintil. lib. 8.

Quid refert, animo quis noceat, an membris? idem Declam. 13.

Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, vt participet parem. Cicer. 2. Tusc.

Animaduertamus, ne cùm alios iuuare velimus, cæteros offendamus, sæpe enim aut eos lædimus, quos non debemus, aut eos, quos non expedit, si imprudenter, negligentiæ est: si scienter, temeritatis. Cicer. 2. Offic.

Quod prudentis opus? cùm possit, nolle nocere.

Quod stulti proprium? non posse, & velle nocere. Bias per Auson.

Non decet ob levia magna accersire mala. Eurip. in Androm.

EX SACRIS.

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. Lact. lib. 6.

Deploratæ malitiæ est, cùm nulla parte sis vtilis, totum conatum tuum vertere in perniciem aliorum. Erasm. in Epistol.

Etsi omnes, qui mare, & terram incolunt, conueniant ad lædendum, nocere nequaquam poterunt ei, qui à semetipso non læditur. Chrysost. de rep. lap.

Perditionis indicium est, quando affectatis iniquitatibus subsequens fallit effectus. Gregor. 6. mor.

Fœlicitas.

EX GRAECIS.

NEmo fœlix, nisi sapiēs. Plat. de nat. nom.

Fœlix non differt à misero per dimidium vitæ. Arist. Eth. 1.

Fœlix eget suffragio externorum. ibidem.

Infirmans ponit sanitatem esse fœlicitatem, pauper verò factus, diuitias. ibid.

Cùm puer nominatur fœlix, nominatur propter spem futuræ fœlicitatis. ibid.

Quantò maior est fortuna, tantò minus est secura. idem Eth. 8.

Fœlix amicis indiget honestis. idē Ethic. 9.

Duplex est fœlicitas contemplatiua, & politica, quarum prima est melior. idem Pol. 7.

Fœlicitas perfecta vsus virtutis est. ibid.

Secundis maximè rebus homines meminisse Dei debēt. Xenoph. apud Plut. de tranq. Anim.

Fœlicitatem rem esse putamus, ad quam admonitio non possit accedere. idem de Amicit. & adul.

Perpaucis contigit fœlices esse, & sapere. ibid.

Nihil tam superbum, nihil tam intractabile, quàm homo, quē fœlicitatis opinio corripit. idem de doctr. princ.

Fœlicitas non fortuitò, sed ex se contingit. Plutarch. de virtu. & vit.

Fœlicitatis magnitudo, ac splendor sæpenumero inuidiam extinguit. idem de inuid. et odio.

Generosi viri officium est, secundam ferre fortunam: sine inuidia verò hominis bene instituti. idem de liber. educ.

Non curo fœlicitatem ex funibus pendentem. Plut. in Apophth.

Ille maiore anxietate detinetur, qui se maximè cupit esse fœlicem. Diog. lib. 4.

Impartire amicis tuam fœlicitatem, & non solus bonum natus habeto, quin intercipe etiam labores vicissim. Eurip. in Orest.

Virum probum non conuenit auctū honoribus, mores mutare. idem in Supp.

Fortunato quæuis terra patria.

Pulchrum est quidem in foco ignē conspici splendidum: in fœlicitate autem animum. Socrat. apud Stob.

Difficilius inuenitur vir, qui secundam fortunam bene ferat, quàm qui aduersam. Hero. ibi.

EX LATINIS.

CLauis causas, si alia deficiant, nimia sibi fœlicitas inuenit. Senec. Epist. 92.

Non est, quòd credas, aliquem fieri aliena fœlicitate fœlicem. idem Epist. 95.

In ipsa

In ipsa securitate animus ad difficilia se præparet, & cōtra iniurias fortunæ inter beneficia formetur. idem Epist. 18.

Omnia (mihi crede) etiam fœlicibus dubia sunt. idem Epist. 102.

Non est, vt æstimāt homines, auida fœlicitas, sed pusilla. idem Epist. 119.

Non egere fœlicitate, fœlicitas nostra est. idem de prosp.

Res inquieta, fœlicitas est. ibidem.

Horum, qui faciles vocantur, hilaritas ficta est. ibid.

Complurium seruus est, quem vulgus fœlicem appellat. idem de vit. beat.

Non est calamitatis loco numeranda parum plena fœlicitas. Quint. Declam 6.

Tristis mensura calamitatum est, magna fœlicitas. idem Declam. 8.

Difficilis est fœlicibus miseriarum vera æstimatio. idem Declam. 9.

Vt aduersas, sic secundas res immoderatè ferre, leuitatis est, præclaráque est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eadémque frons. Cicer. 2. Offic.

Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant. idem 4. ad Heren.

Difficile est virtutes eum reuereri, qui secunda semper fortuna sit vsus. ibid.

Etsi optabilius est, vitæ cursum confici sine dolore, & sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert desideratum esse à suis ciuibus, quàm omnino nunquam esse violatum. idem pro domo sua.

Difficile est secundis in rebus non obliuisci sui. Erasm. in Epist.

Fœlicitas, & moderatio diuiduum contubernium habent. Max. lib. 8.

Consuescunt diū immortales, quò grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci volunt, ijs secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedunt. Cæsar lib. 1.

Res secundæ insolentiam pariunt. Sallust. in bell. Iugurt.

Tantò breuius omnia, quantò fœlicius tempus. Plin. Iun. lib. 8.

Ex aduersis secunda, ex secundis aduersa noscuntur. idem in Paneg.

Vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse. idem.

Fœlicitatis est, quantum velis, posse: magnitudinis, posse quantum velis. ibid.

Vera fœlicitas est, fœlicitate dignum videri. ibid.

Habet hoc primum magna fortuna, quòd nihil tectum, nihil occultum patitur. ibid.

Fortunati semper pares quærunt. idem lib. 5.

Fœlicitas preſſis manibus tenenda eſt. lubrica enim eſt, nec inuita teneri poteſt. idem lib. 7.

Qui fœlicitati ſuæ imponit frænum, melius illam regit. ibidem.

Inter obſequia fortunæ non ſatis cauta mortalitas eſt. Curt. lib. 8.

Res ſecundæ valent commutare naturam. idem lib. 10.

Fortuna cùm blanditur, captatum aduenit. Pub. Mim.

Fortunam citius reperies, quàm retinebis. idem.

Fortuna vitrea eſt, cùm ſplendet, frangitur. idem.

Leuis eſt fortuna, citò reposcit, quæ dedit. idem.

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum. Claud. lib. 1.

Hæc infœlicitas infœlicitate eſt, quòd nũquam tota perueniat, vel nunquam perpetuò ſubſiſtat. in Hiſt. Sax.

Rarò bona fortuna, bonáque mẽs datur homini. idem 3. Dec. lib. 10.

Res ſecundæ negligentiam creant. idem Dec. lib. 2.

EX SACRIS.

FOelicitas non dea, ſed Dei donum. non igitur colenda, ſed à Deo petenda. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei.

Fœlicitas terrena, ſemper eſt ſuſpecta. idem.

Cùm quis poſitus in proſperitate diligitur, incertum eſt, vtrum proſperitas an perſona diligatur. amiſſio autem fœlicitatis interrogat vim dilectionis. nec proſperitas quidem amicũ indicat, nec aduerſitas inimicum celat. Greg. in mor.

Aurea citius, aut literis in aqua ſcriptis confidere poteris, quàm proſperitati humanæ. Naz. anz.

Fœlicitas ſeculi euentus eſt contrarius. Anſelm. ſup. Euang.

Proſpera temperantur aduerſis. Chryſoſt.

Nulla res longa mortalium eſt, omníſque fœlicitas ſeculo dum tenetur, amittitur, cùm enim tribulationis tempus aduenerit, omne, quod præteritum eſt, nihil adiuuat ſuſtinentẽ. Hieron. ſup. Eſaiam lib. 7.

Difficile, imò impoſſibile eſt, vt præſentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, & illic impleat mentem, vt de delicijs ad delicias tranſeat, & in vtroque ſeculo primus ſit, vt in terra, & in cœlo appareat glorioſus. Hieronym. in Epiſt.

Proſperitas, nouerca virtutis eſt. Chryſoſtomus 2. de nug. euial.

Bona temporalia ſunt, non tantùm non fœlicia, quia dubia, vel etiam inſidioſa, quia dulcia. Lact.

Magna

Magna fœlicitatis pars eſt, nihil magnopere mirari. Eraſm. in Epiſt.

Cenſeo fortunam amplectendam vel ob id, quòd pluribus prodeſſe queas, vel ob hoc, ne peſſimo cuique ſis contemptui. ibidem.

Nihil aduerſum, niſi quod nobis obſtat ad æternam fœlicitatem properantibus: nihil proſperum, niſi quod Deo conducit. ibidem.

Nihil verè proſperum, nihil fœlix dici poteſt, quod non fortunarit totius fœlicitatis autor. ibidem.

Non admodum plauſibilis fœlicitas eſt, quæ plurimorum emittur infœlicitate. ibid.

In hoc potiſſimùm ſita eſt hominum fœlicitas, ſi quiſque ad hoc applicetur, ad quod eſt ex natura compoſitus. ibidem.

Non omne, quod fœliciter, bene ſuccedit: nec omne, quod bene, fœliciter. Greg.

In proſperitate turbatur iuſtus. idem.

Magna virtutis eſt, cum fœlicitate luctari: magnæ fœlicitatis, à fœlicitate non vinci. Auguſt. de verb. Domini. cap. 13.

Proſpera huius mundi proſperitatem habent veram, iucunditatem falſam. idem Epiſt. 36.

Præſentis vitæ proſperitas aliquãdo idcirco datur, vt ad meliorem vitam prouocet, aliquando vt in æternum plenius damnet. Greg. in Paſt.

In omni aduerſitate infœliciſſimum infortunij genus eſt, fuiſſe fœlicem. Boet. lib. 2. de conſolat.

Proſperitas animo periculoſior eſt, quàm aduerſitas corpori. Aug. ſup. Pſalm. 41.

Laus.

EX GRAECIS.

REprehenditur collaudatio, in qua vt cuncta, & maxima præferantur, falſa proferantur. Plat. de amore.

Laus eſt, ſermo elucidans magnitudinẽ virtutis. Ariſt. Rhet. 1.

Laudare præſentẽ, adulatoris eſt. idem Rhet. 2.

Laus, & gratiarum actio debetur danti, non accipienti. idem Eth. 4.

Nec ignis concipit fumum, nec gloria gignit inuidiam, ſi repente vtrunque celeriter emicuerit. idem apud Plut. de Polit.

Non eſt, qui viuus gloriari poſſit. Menand. apud eund. de Tranq. anim.

Sic lauda hominem, tãquam animal mutabile. apud Plutar. de cohib. ira.

Graui sermoni non conuenit laus ridicula.

Nulla est auditio laude suauior. Xenoph. apud Plut.

Gloria simulac fama, vt persimilis, ita quoque haud difficilis conseruatio. modicis enim fomentis opus habet: si quis verò, & extinguì eam, & frigere planè sinat, non sine magno negotio, vt iterum ardeat, effecerit. ibidem.

In nobis est bene, & malè audire. Philipp. apud Plutar. in Apophth.

Qui à malis laudatur, timeat ne aliquid mali fecerit. Ant. apud Lact. lib. 1.

Boni cùm laudantur, quodammodo odio laudantes habent, si præter modum id fecerint. Eurip. apud Stob.

Etiam laus nimia, onus est. Zen. apud eund.

EX LATINIS.

NEminem gloriari, nisi in suo oportet. Senec. Epist. 42.

Gloria, vmbra virtutis est. idem Epist. 79.

Qui virtutem suâ publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriæ. idem Epist. 114.

Non debet dolere, qui potest gloriari. Quint. Declam. 6.

Lucrifacit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur. idem Declam. 11.

Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Cicer. 2. Offic.

Ea est profectò iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt. Cicero ad Marc.

Breuis vita data est, & memoria bene redditæ vitæ sempiterna. idem Philipp. 14.

Exiguum nobis vitæ periculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. idem pro Rab.

Honos alit artes, omnésque incẽdimur ad studia gloriæ, iacentis ea semper quæ apud quosque improbantur. idem in Tuscul.

Opifices etiam post mortem nobilitari volunt.

Gloria formam, & similitudinem honestatis habet. Cicer. ad Cat.

Cùm optimus quisque maximè posteritati seruiat, esse aliquid verisimile est, cuius post mortem sensum sit habiturus. idem 1. Tuscul.

Non vita hæc dicẽda est, quæ spiritu, & corpore cõtinetur illa: inquã illa est vita, quæ viget memoria seculorum omnium, quam posteritas alit, quã ipsa æternitas semper intuetur. idẽ pro Mar.

Laus, & charitas sunt vitæ sine metu degendæ firmissima præsidia. Cicer. 2. de finib.

Non est vlla res tanti, aut eodem

modum vllũ tam expetenda, vt viri boni & splendorem, & nomen amittas. idem 3. Offic.

Est hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, & futuræ post mortem famæ, etiam detracto sensu, consulendum est. idem 3. de Finib.

Sunt, qui nihil laudant, nisi quòd se imitari confidunt. idem 2. Tusc.

Compendiaria ad gloriam via est, si quis qualis haberi velit, talis esset. Socrat. apud. Cicer. 2. Offic.

Paruum nihil tam est, quod gloriam parere nõ possit. Plin. Senior. lib. 15.

Non est necessaria solidæ laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio. Max. lib. 4.

Laudare se, vani: vituperare, stulti est. idem libr. 7.

Nulla tãta humilitas est, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. idem lib. 8.

Gloria nec ab his etiam, qui contemptum eius introducere conantur, negligitur. ibid.

De suis homines laudibus insolenter quidem, & libenter prædicant. Cæsar de bell. ciui. lib. 2.

Nemo tã efferis moribus est, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. Gell. lib. 2.

Magna laus non abest ab admiratione, admiratio autem, quæ maxima est, non parit verba, sed silentium. idem lib. 4.

Gloria maiorum, posteris lumen. Sallust. in bell. Iug.

Gloriæ itinera duo: scilicet pacis, & belli. idem in coniurat. Catil.

Gloria industria alitur. idem de cep. Ord.

Gloriam inuidiam vincere, difficillimum. idem in coniur. Catil.

Sequi gloria, non appeti debet. Plin. Iunior lib. 1. Epist.

Postquam desinimus facere laudanda, laudari quoque ineptè putamus. idem lib. 3.

Omnes, qui gloria, & fama ducuntur, mirum in modum assentio, & laus, à minoribus etiam profecta delectat. Plin. lib. 4.

Nescio, quo pacto homines magis iuuat gloria lata, quàm magna. ibid.

Laudare, est acerrimus stimulus mouendi. idem lib. 5.

Multò deformius amittere, quàm non assequi laudem. Plin. Iun. lib. 8.

Nihil non parum gratè sine comparatione laudatur. idem in Paneg.

Laudabilia multa etiam mali faciunt: laudare autem, nisi optimus non potest. ibidem.

Magnum est differre honorem, gloriam, manus. ibid.

Omnibus patet honorũ, & glo-

ria campus. ibidem.

Nec videri potest optimus, nisi qui est omnibus optimis in sua laude præstantior. ibidem.

Eximia gloria aliquando fortunæ est, nõ virtutis beneficium. Curtius lib. 8.

Clarior laus est, quo maior est, quem vicerit. ibidem.

Citò gloriæ obsolescit in sordidis hostibus. idem lib. 9.

In omni genere scientiæ & summis admiratio, veneratióque est, & infertoribus meritis laus contingit. Colum. lib. 1.

Excitat auditor studium, laudatáq; virtus.

Crescit, & immensum gloria calcar habet. Ouidius 3. de Pont.

Satis laudat, qui tacet. in Histor. Sax.

Gratia, & honor interdum in cupientibus opportuniora. Liuius lib. 1. Dec.a.

Principibus placuisse viris, non vltima laus est. Horat. lib. 1. Epistol.

Dignum laude virum musa vetat mori. idem lib. 4. carm.

Cuius prædicatio omnibus nondũ grata est, hunc memoriæ potius, quàm vocis testimonio cõprobemus. Cicer. 2. Philipp.

EX SACRIS.

BOnum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. *August. sup. Ioannem.*

Laus mundi parũ prodest, si conscientia criminis mordet. idẽ.

Laus, & gloria non in vulgo, sed in re ipsa suauis est. idem.

Gloriam concupiscens, non cogitat de labore. Chrysost.

Non est gloria, quæ affectatur. Erasm. in Epist.

Malo gloriam mihi serius contingere, sed solidam: quam maturius, verum pœnitendam. idem.

Si gloriari cupis, gloriam despice, et omnibus eris gloriosior. Chrysostom. Homil. 92.

Cùm bene viuitur, valdè timendum est, ne meus despectus cæteris de gloriæ singularitate eleuetur. Greg. 6. mor.

Non rectè planè, sed peruersi animi est, quærere gloriam, & non exercere virtutem, & velle coronari, qui non legitimè certarit. Bern. in Sermo.

Virtus mater est gloriæ. sola enim est, cui gloria iusta debetur, & secura impenditur. ibid.

Si verè laudabilis esse cupis, laudes hominũ non requiras, quia quamuis alicui sit facilè laudem non curare, dum negat: est tamen difficile, nõ delectari, cùm offertur. Hier. ad Cal.

Velle addere laudem in verè laudato, decipere est. Amb.

Laudes humanæ simul apparent, & euanescunt. Chrysostom.

Valdè perfectorum est, sic ostento opere,

opere, autoris gloriam quærere, vt illata laude nesciat priuata exultatione gaudere. Gregor. 22. mor.

Nescit laudem fugere, dum suppetit, qui ad hanc didicit anhelare, dum deesset. Idem in Past.

Natura sæpe ad laudem vel ignauos impellit. Lact. lib. 3.

Laus est, non facere, quod facere non possis. idem.

Æquo animo patitur laudem sibi detrahi, qui sibi nihil laudis arrogat. Erasm. in Epist.

Iustus ex laude sua polluitur. Gregor.

Remotis obstaculis vanæ opinionis scelera nuda pẽsentur, nuda inspiciantur, fallacia tegmina & vanæ laudis, & gloria auferantur, & apparebunt miseriæ peccatorum. August. lib. 3. de Ciuit. Dei.

Securitas laudis in laude Dei est, vbi laudator securus est, vbi non timet, ne de laudato erubescat. idem sup. Psalm.

Quid est, quod dicis? ego diues, ille pauper. sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas, taceas laudes tuas, qui miserationes tuas non commemoras. idem de doctrin. Christ.

Non valde gaudere debemus, quando laudamur, nec contristari, quãdo vituperamur: quia nec deprauare iniuria, nec coronare potest laus. idẽ in Epist.

Laus dũ vitatur, appetitur. Hieronym. in Epist.

Vilium satis hominũ est, & suam laudem quærentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant, & qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione malorum. ibidem.

Laudari interdum iusti appetũt, interdum refugiunt. Gregor. sup. 1. Reg.

Laus hominum, periculosissima tentatio. August. in lib. 10. confess.

Laus hominũ crudeliter aliquãdo contemnitur. idem in lib. de bon. vid.

Laus humana non appetis, sed subsequi debet rectè operantem. idem libr. 2. de sermo. Dom. in mont.

Qui laudes humanas appetit, testem suum quærit in terra. Greg. lib. 13. mor.

Si laudibus crigimur, vituperationibus humiliamur. Idem in regist.

Laudes quærere, vt maiora operetur, fallitur. idem in 1. Reg.

Laudibus diuinis imputandum. est, quicquid agere pensamus. ibidem.

Cùm pro bono opere laus transitoria quæritur, æterna retributione res digna vili pretio venundatur. Grego. in Past.

Laus bonorum operum comes.

Aug:

Augustinus lib.10. confessio. cap.37.

Gloriæ cupiditas piæ fidei inimica. idem lib.5. de Ciuitate Dei. cap.14.

Gloriæ cupiditas nonnunquam bona est. idem lib.5. de Ciuita. Dei.cap.13.

Gloriari de malitia, peccatum maximum. idem lib.3. contra Epistol. Petil.

Laudator errans, ingens malum est. idem lib. 7. de Trinit.

Malè Deum laudare non possunt. in Psalm.47.

Laudibus nostris nõ crescit Deus, sed nos. idem sup. Psalm. 134.

Qui Deum laudat lingua, non semper potest, qui moribus semper potest. idem tract. 8. sup. Epist. Ioann.

Hominum laus etiam improbè actu periculosè quæritur. idem sup. Psalm.79.

Laude tentamur à diabolo. idem lib.3. contra Petil.

Laus est in bonitate causæ, non in pœnæ acerbitate. idem sup. Psalm.38.

Falsa laus, adulatio est. idem sup. Psalm. 140.

Laus à conscientia, non à vulgo æstimanda est. idem tracta. 6. sup. Epist. beat. Ioann.

Laudamus sæpe, vt mordeamus. Chrysostomus sup. Epistol. ad Corinth.

Castitas.

EX GRAECIS.

AD pudicitiam nõnunquam conducit à proprijs vxoribus abstinere, ne quando commonearis in alienas. Plut. de curiosit.

Probæ mulieris nomen, ĩdem ac corpus domesticis parietibus contineri oportet. Thucyd. apud Plut. de clar. mul.

Honestatis simul frons, ac radix est, legitimam consequi disciplinam.

Ornamentum est, quod ornat, vt inquit Crates. ornat autẽ quod honestiorem mulierem facit: talem verò præstat non aurum, non smaragdus, non coccus, sed quæcunque grauitatis moderationis, & pudoris speciem adhibent. Eurip. in Androm.

Pudicæ mulieris nõ cõcubitus modò, verum nec oratio publica esse debet. nec minus sermo, quàm nudatio corporis est formidanda, & ab externis cauere debet, propterea quòd affectus, & mores, ac dispositio animi in sermone planè conspiciuntur. ibidem.

EX LATINIS.

NOn carere libidine, sed vincere libidinem, virtutis est. Erasm. in Epistol.

Hæ ferè fœminæ incolumi pudicitia sunt, quæ modesta forma sunt. Ennius apud Gell. lib.4.

Castitatis indicium, frugalitas est. Plin. Iun. lib.4.

Nulla reparabilis arte
Lapsa pudicitia est, deperit illa semel. Ouid. Epist.5.

Lis est cum forma magna pudicitia. idem Epist.15.

EX SACRIS.

FAma pudicitiæ in fœminis tenera res est. Hier. ad Sal.

Bona pudicitia coniugalis, sed melior continentia virginalis, vel vidualis. Aug. de Sanct. vid.

Honestati salus etiam postponenda est. Amb. 2. Off.

Honestas à natura petenda. idem 1. Offic.

Pudicitia nescia est captiuitatis. Amb. de Virg. lib.3.

Pudicitiæ comes, verecundia est. idem 1. Off.

Castitas conspectu impudico perditur. Aug. Epist.109.

Pudicitia vi nec in carne, nec in animo violari potest. idem Epist.122.

Pudicitia in diuite cõmendabilior. idem in Quæst. ex vtroq; testa.

Pudicitia, virtus animæ est, & comitem habet fortitudinem. idẽ lib.1. de Ciuit. Dei. cap.18.

Pudicitia violata non obest, nisi animus consensit. ibid. cap.6.

Pudicitia coniugalis, Dei donum. idem lib.1. de Nupt. cap.3.

Pudicus dicendus nõ est, qui propter Deũ pudicus nõ est. ibid.

Qui de castimonia carnis superbiunt, in immunditiam carnis cadere permittuntur. Gregor. lib.11. Mor.

Nec castitas sine humilitate, nec humilitas sine castitate valet. idem 21. Mor.

Castitas non est magna sine bono opere, nec econtra. idem in Euang. Hom.17.

Nihil æquè se prodit, quàm castitatis dispendium. Amb.

Pudicitia res est animæ, virginitas corporis: deniq; illa integra in animo permanente, potest ista de corpore violenter auferri: & cùm ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciua voluptate corrumpi. Aug. contra Iul. lib.4.

Nec casta est, quæ metu cogitur, nec honesta, quæ mercede conducitur.

Sex sunt, quæ incorruptam conseruant castitatem: scilicet sobrietas, operatio, asperitas cultus, inhibitio sensuum, raritas sermonis cum honestate, euitatio opportunitatis, & personæ, & loci, & temporis. Cassiod. sup. Matth.

Minoris laboris est, incognitã carnis caucre voluptatem, quàm reijcere iam cognitam. Bern. sup. Esd. lib.4.

Probatæ castitatis dicitur, qui non manifestè apparet incontinens apud Iurisp.

Casta præsumitur mulier, quæ in præterito fuit casta. ibid.

Continentia suaderi potest, imperari non potest. ibid.

Castitas etiam loci abolet infamiam, non locus infamat castitatem. Amb. 1. de Virg.

Concupiscentia, luxuria, & adulterium.

EX GRAECIS.

ANimalia multùm coëuntia, citò senescunt. Arist. de Long. vit.

Incipientibus venerem vox trãsit in sonum virilem: abstinentibus verò econtrario. idem de Ani. 7.

Amatores aggrediuntur audacter terribilia causa cõcupiscentiæ. idem Eth. 3.

Iræ, & concupiscentiæ venereorum transmutant corpus, & quibusdam insaniæ faciunt. idem Eth. 7.

Plurimum Veneris habet nõ nox, vt Menander inquit, sed fortuna. Plut. de Fort.

Veneris finis, luxuria est. Plut. de Tuend. bon. valet.

Vino sublato, non est venus. Eurip. in Rhesо.

Iniuriari fœminæ est, coire cum extranea muliere. Arist. accolam lib.

Adulterium, curiositas est alienæ voluptatis. Plut. de Curios.

Veluti lupus animal est cani simile: ita & adulter, & adulator, & parasitus amico similis est: amicum igitur aduerte, ne canum custodum vice, pernicioſum lupum nesciens, admittas. apud Stob.

Mulier eo die, quo prostituit corpus, & pudicitiæ modum deseruerit, si atim animum immutat, ita vt familiares pro inimicis habeat: alienos autem sibi fidos reputet, ac de honestis & turpibus cõtrariam opinionem induat. Lysias ibid.

Nunquam nunquam (ne dicam semel tãtum) mentem habentes permittere oportet, quibus vxor est, vt domum ad ipsam ingrediãtur aliæ mulieres, docent enim res malas, alia quæstus gratia matrimonium corrumpit, alia cùm peccauerit, multas morbi sui vult habere socias, multæ autem ex stultitia: hinc est, quòd domus virorum malè habeant: aduersus hæc igitur bene munitæ sedes, & pessulis oſtium ædes. Eurip. in And.

EX LATINIS.

LVxurioso frugalitas, pœna est pigro, supplicij loco labor est. Senec. Epist. 72.

Vacat pudicitia, libido occupatissima est. idem de Ira. lib. 3.

Non nutritur seruor concupiscendi, vbi frui licet. Quin. Decl. 13.

Fœlix, qui non nisi facultates in lupanari offudit. idẽ Decl. 15.

Libidinosa, & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Cato maior.

Facilior est transitus de virtute ad luxuriam, quàm à luxuria ad virtutem. Max. lib. 2.

Blandum malum est luxuria, & quam accusare facilius est aliquanto, quàm vitare. idẽ lib. 9.

Nec luxuriæ crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat. Curt. lib. 9.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper

Corporis arbitrijs hebetat caligine mentes. Claudianus.

Luxuria, & otio militaris disciplina tollitur. Liuius 4. Dec. lib. 10.

Adulterio quidam nobilitati sunt. Plin. Sen. lib. 24. cap. 5.

EX SACRIS.

ADulterium, naturæ iniuria est. Amb. lib. 5. Hexam.

Adulter non prolem, sed voluptatem quærit. Anſel. sup. Epist. ad Corint.

Adulterio nihil aliud est, quàm matrimonium illicitum. Tert.

Adulterio virum facit mulier, ab eo discedens. Aug.

Vacat pudicitia, libido occupatissima est. idem de Ira. lib. 3.

Non nutritur seruor concupiscendi, vbi frui licet. Quin. Decl. 13.

Fœlix, qui non nisi facultates in lupanari offudit. idẽ Decl. 15.

Libidinosa, & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Cato maior.

Facilior est transitus de virtute ad luxuriam, quàm à luxuria ad virtutem. Max. lib. 2.

Blandum malum est luxuria, & quam accusare facilius est aliquanto, quàm vitare. idẽ lib. 9.

Nec luxuriæ crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat. Curt. lib. 9.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper

Corporis arbitrijs hebetat caligine mentes. Claudianus.

Luxuria, & otio militaris disciplina tollitur. Liuius 4. Dec. lib. 10.

Adulterio quidam nobilitati sunt. Plin. Sen. lib. 24. cap. 5.

EX SACRIS.

ADulterium, naturæ iniuria est. Amb. lib. 5. Hexam.

Adulter non prolem, sed voluptatem quærit. Anſel. sup. Epist. ad Corint.

Adulterio nihil aliud est, quàm matrimonium illicitum. Tert.

Adulterio virum facit mulier, ab eo discedens. Aug.

Vxoris celans crimen, patronus est turpitudinis. Chryſost.

Adulter dicitur, qui nuptias violat. apud Iurisconſ.

Adulterium etiã feris, ac barbaris detestabile. Ambr. lib. 1. de Abraham.

Qui adulterium perpetrari desiderat, tenebras amat. Greg. lib. 5. Mor.

Adulter est in suam vxorem amator ardentior. Hieron. de Vest. sacerd.

Adulterium etiam voluntate cõmittitur. Aug. lib. 1. de Liber. arbitr. cap. 3.

Adulteria prolis cupiditate non excusantur. idẽ cõtra Iul. ca. 7.

Luxuria, ignis Dei dicitur. Gregor. 3. Mor.

Luxuria in corde frænanda est. idem 20. Mor.

Luxuria ex superbia nascitur. idẽ 26. Mor.

Alia est luxuria carnis, alia est luxuria cordis. idem 28. Mor.

De ventris ingluuie luxuria nascitur. idem 31. Mor.

Libidinem suam nemo factis patrum defendit. Aug. lib. 22. contra Faust.

Luxuriam fugere non prodest, si auaritiam sectaris. idem in Euang. Hom. 34.

Luxuria pluſquam cætera vitia diffamat. Gregor. sup. 1. Re.

Luxuria ætatem omnem fœdat, senectutem extinguit. Pius secund. apud Plat.

Coitus

Coitus animum deūcit. August. lib.1.Soliloq.

Cor habet in ventre gulosus:lasciuus in libidine: cupidus in lucro. Aug.

Sanus criminum stimulus est libido,quæ nunquam quietum effectum manere patitur, nocte feruet, die anhelat. Amb. in lib.de Abel,& Cain.

Luxuriosè viuentes senes fieri non expedit.Chrysost.

Quemadmodum si videris hominem amicitias medicorum assiduè colentem,ex hoc facilè intelliges,quòd infirmus est: sic & cùm videas,siue virum, siue mulierem, de dimittendis vxoribus, aut viris legem interrogantes,cognosce, quia vir ille lasciuus est, & mulier illa meretrix est.idem sup.Mat.19.

Non est morbus libidine commoueri,sed esse libidinosum. Lact.

Nihil sic ad edomandum carnalium desideriorum appetitū valet, quàm vt quisq; hoc, quod vnum diligit, quale sit mortuum penset. Greg. 26.Mor.

Lati ex propinquo habent luxuriam.Greg.in Past.3.part.

Libido in paupere culpabilior. August. in Quæst. ex vtroq; testam.

Libido confusionis est causa.idem 22.de Ciuit.Dei.cap.17.

Concupiscentia nostra,tentationū causa.idem de Contr.cap.17.

Concupiscentia minui potest,cōsumi non potest in hac vita.idem lib.5.contra Iulia.

Meretrices de rebus humanis auferūt,& omnia libidinibus turbabis.idē lib.2.de Ord.cap.4.

Virorū peior est impudicitia propter superbam iactantiā. August.lib.2.de Alter.coniug.

Adulterium cōsummatum, aspectus cum curiosit.Chrysost.sup. Gen.Hom.6.

Adulterij mater concupiscentia. idem de Pœnit.Hom.8.

Adulterium, etiam impudicus visus.ibid.

Adulterium, mala cacitas.ibid.

Adulter de omnibus suspicatur. idem sup.act. Apost.Hom.25.

Adulter erubescit,si adulter vocatur. idem sup.act. Apostol. Homil.26.

Concupiscentia violentissima res est.idem aduersus vitup.vit. monast. lib.3.

Concupiscentia saginato corpore efferuescit. idem sup.Epist. ad Galat.

Fornicatio otiosis peculiare crimē. Chrysost.in cap.Matth.21.Homil.40.

In fornicationem non corpus ducit,sed incontinentia. ibid.sup. Epist. prio. cap.6.ad Corinth. Homil.17.

Fornicatio ex amicitia nascitur. ibid.sup.Epist.Pauli ad Thess. cap.3.Hom.4.

Libido nescit modū.Chrysost.sup. Matth.Hom 33.

Luxu

Luxuria homicidas facit.ibid.in cap.Matth.14.Hom.49.

Luxuria ex temulētia venit. ibi. Carn.concup.ne sect. Serm.

Meretrix amare nescit. ibid. ad popul. Antioch.Homil.14.

Meretrix est vita in delicijs acta. Quòd nemo lædit,nisi à semetipso.Homil.

Desiderium, Affectus, & Voluntas.

EX GRÆCIS.

Desiderium præcedēs comprehensionem rei, magis dicitur dolor, quàm voluptas. Arist.Metap.11.

Vehemens cuiusq; rei appetitio comitem habet formidinem illius amittendæ, quæ hebetem ipsa lætitia facit.Plut.de trāq.ani.

Cupiditas res est valde suauis. Arist.de anim.11.

Non magna res est, assequi quæ quis desiderat,sed nō desiderare ea,quibus nihil indiget.Thucyd.apud Stob.

Signa voluntatis sunt,delectationes,& tristitiæ. Aristot.Rethor.2.

Vt promptam ad res gerendas voluntatem frangere,non est honestum:ita cùm illa nos relinquit,impetu violentiæ non est opprimenda.Plut. Vtrum seni sit ger.resp.

Non quantum valeat decretum, sed scriptoris voluntas spectanda est.Demosth.aduers.Arist.

Volentem sine difficultate vocamus.Eurip.in Helen.

Voluntas enētibus accommodanda.apud Stob.

Accidere solet, vt cùm alicuius probitatē,virtutes;q;audiamus, ita nescio quo pacto afficiamur,vt haud secus eum diligamus, acsi sæpe eum vidissemus,et eius consuetudine iamdiu vsi fuissemus.ibid.

Affectio iudicio tenebras effundit. Aesch.in Thim.

Affectus ex animo tollendi non sunt,sed cū decore,& moderatione conciliandi.apud Stob.

Facillimum est omnium seipsum quisque decipere: quod enim quisque cupit, id etiam animō inducit,& sibi persuadet. Demetr.apud Stob.

Affectus castigandi sunt.ibid.

Efferatos affectus non parui negotij est componere. Plut. de tranq.Anim.

EX LATINIS.

Cùm rebellat affectus: quocunque se verterit,pretiū aliquod suæ occupationis inueniet.Senec.Epist.68.

Imbecillis est omnis affectus, non obtinebis,vt desinat:si incipere permiseris,excluditur facilius, quàm expellitur. idem Epistol.117.

Facilè deficit affectus, qui descendit. Quint. lib. 6.

In periculis maximè versatur affectus. ibid.

Summa circa mouendos affectus hæc est, vt moueamur ipsi. ibid.

Hic solus affectus maior est, quàm filios amare, filijs misereri. idem Declam. 5.

Nullum damnum nouit affectus. idem Declam. 6.

Quicquid rationem vincit, affectus est. idem Declam. 10.

Appetitus omnes coërcendi, sedandique sunt, excitandáque est animaduersio, & diligëtia, vt ne quid temerè, ac fortuitò, inconsideratè, ac negligenter faciamus. Cicer. 2. Off.

Efficiendum est, vt appetitus rationi obediant, eámq; nec præcurrãt, nec propter pigritiã, ac ignauiam deserant, sintq; tranquilli, atque omni animi perturbatione careãt: ex quo elucebit omnis constantia, omnísque moderatio. idem 1. Offic.

Suum cuique pulchrum est. adhuc neminem cognoui pœtam, qui sibi non optimus videretur. sic res habet, me delectant mea, te tua. idem 5. Tuscul.

Ad omnes affectus impetu rapimur. Curt. lib 7.

Nemo serè est, qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorẽ, quàm reo præbeat. Cicer. pro Deiot.

Vt quisq; audit, mouetur. Quintil. lib. 11.

Voluntatem spes facit. idem lib. 3.

Dissidet ambiguis semper mens obuia votis,

Nec voluisse homini satis est, optata recusat:

Esse in honore placet, mox pœnitet. Auson. in Aeglog.

In magnis voluisse sat est. in Hist. Sax.

Multũ ad rem pertinet, quo proposito ad rem accedas. Senec. Epist. 109.

Sacrificantium mens, non res attenditur. Plin. Senior. in præf.

Plus voluisse peccare nocuit, quàm non peccasse profuit. Maxim. lib. 6.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Iuuenal. Sat. 6.

Semper in side quid senseris, non quod dixeris, cogitandum est. Cicer. 2. Offic.

Nulli assecuto satis fuit, quod optanti nimiũ videbatur. Sen. Epist. 119.

Rerum expetendarum tria sunt genera, nam est quiddã, quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumẽto captans aliquo, sed trahẽs sua dignitate, quod genus, virtus, scientia, veritas est. aliud autem non propter suam vim & naturam, sed propter fructum, atque vtilitatem petendam, quod pecunia est. tertium est ex omnibus partibus inuctũ, quod ex sua vi & dignitate nos inducit, & præscribit quandam vtilitatẽ, quæ magis expetatur, vt amicitia, bona existimatio. Cicer. 2. de inuent.

Cupiditas agẽdi aliquid, adolescit vnà cũ ætate. idem 3. de finib.

Inutiliter aliquid cõcupiscere, & in eo perseuerãter morari, exitio ea dulcedo vicina est. Max. lib. 7.

Nihil æquè gratum est adeptis, quàm concupiscentibus Plin. Iun. lib. 2.

EX SACRIS.

CVncta desideria dilatatione crescunt: si autem dilatatione deficiunt, desideria non sunt. Greg. Hom. 23.

Valentiores voces apud secretissimas aures Dei, non voces faciunt, sed desideria. idẽ in mor.

Ita fit, vt quod maximè quæratur, fugiat maximè. Erasm. in Epist.

In qualitate desiderij potest mẽs honesta cognosci. Cassiod. li. 4. Epist. 25.

Desiderijs religiosis facilè est concedendum. Greg. Epist. 52.

Desiderium mutabile est. Aug. de subst. Dialect.

Affectanti cœlestia, terrena non sapiunt. Bern. in Epist. 110.

Desiderium est, ipsa oratio. idem sup. Psal. 37.

Desiderij, vox etiam est valida. Bern. sup. Cant. ser. 74.

Voluntas ad malè agendum libera est, ad bene non ita. Augu. serm. de verb. Apost.

Voluntas nõ est, vbi est necessitas. Bern. de lib. arbit.

Quicquid vis, & nõ potes, factum Deum computat. August. sup. Psal. 57.

Mala voluntate miser quisq; efficitur, sed miserior, cùm desiderium malæ voluntatis implet. idem 13. de Trinit.

Volũtas Dei in omnibus operibus nostris attẽdẽda est. Gre. 6. mor.

Quos plerunque voluntas praua peruertit, aduersitas corrigit. idem 33. mor.

Volũtatẽ propriã alienæ subijcere, maioris est meriti. idẽ in. 1. Reg.

Si propterea non facis furtũ, quia times, ne videaris, intus in corde feciſti: furti reus teneris, etsi nihil inuasti. Aug. de lib. arbit.

Absit, vt id, quod propter bonũ, & licitum facimus, si ex hoc quicquam mali acciderit, præter nostram voluntatem nobis imputetur. idem in Epist.

Bonum prorsus condemnat intẽtio prana, & non penitus excusat recta. Ber. de præcep. & discip.

Velle, fabricatio Dei est. Naz.

Quantũ ad peccati rationem pertinet, nocuit qui nocere disposuit. Hier.

Omnia reliquit qui voluntatem habendi deseruit. idem.

In omni, quod dicitur, semper debemus tacitè recurrere ad mẽtem, & interiorem testem &

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicem requirere. Greg.

Voluntas humana non est libera, quandiu cupiditatibus subditur. Aug. Epist. 144.

Voluntas nō libertate gratiā, sed gratia libertatem consequitur. idem de concept. & grat.

Ex voluntatum qualitate, non temporum spatijs facta metiuntur. Aug. Epist. 49.

Sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt et de bono opere proximo præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum. idem.

Voluntati nec leges imperant, nec principes dominantur, libera est, & maximè, si spiritu ducitur: quia vbi spiritus, ibi libertas. Bern. in Epist.

Nihil interest, quo animo facias quod fecisse vitiosum est. Lact. lib. 5.

Est aliqua pietatis pars, velle piū fieri. Erasm. in Epist.

Non sunt omnia bona, quæ bona intentione fiunt. Aug.

Verba iustorum, & iniustorum similia sunt, differunt autem intentione. Greg.

Humanæ aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant: diuina verò iudicia, talia foris audiuntur, qualia ex intimis proferuntur. idem 28. mor.

Voluntas testatoris est lex. apud Iurisconsul.

Cùm vult, non potest, quia quando potuit, noluit, & ideo per malum velle, perdidit bonum posse. Aug. de verb. Apost.

Intentio peruersa si fuerit, prauū est omne, quod sequitur, licet rectum videatur. Grego. lib. 1. Dialog.

Bene velle, Dei donum est. Aug. lib. 1. contra Epist. Pelag.

Et velle, & facere facit in nobis Deus. idem de liber. arbit.

In voluntate meritum est. idem lib. 1. contra Pelag.

Voluntas Dei, est ipse Deus. idem lib. 11. confess. cap. 20.

Voluntas Dei, causa est omnium. idem lib. 1. de Genes.

Voluntas Dei, est lex eius. idem in Psal. 36.

Bonæ voluntati virtutes omnes adhærent. idē lib. 1. de lib. arbi.

Voluntas mali, nō est permittēda suæ libertati. idem Epist. 204.

Voluntas mala, primum animæ vitium. idem in sent.

Voluntatem malorum in bonum Deus non conuertit, quia non vult. idem 11. de Genes.

Voluntas bona, etiam misericordia est. idem sup. Psal. 125.

Nihil tam in nostra potestate, quàm ipsa volūtas. idem lib. 3. de liber. arbitr.

Volūtas est, qua peccatur, & qua bene viuitur. idē lib. 1. retract.

Quod ardenter volumus, moderatè dissimulare non possumus. Hier. ad Heliod.

Volun

Voluntas nō cogitur, & propterea sola meretur, vel demeretur. Bern. sup. Cant. serm. 59.

Voluntas nostra, grande malum est, qua sit, vt bona nostra, bona nobis non sint. idē sup. Cant. serm. 172.

Intentio bona, & recta requirit duo: rē, & causam, id est, quod intēdas, & propter quid. idem sup. Cant. serm. 33.

Intentio pugnantis, est causa, aut periculi, aut victoriæ. idem serm.

Voluntas nostra voluntati diuinæ subijci debet. Bern. de subiect. nostr. volunt.

Affectio sine ratione, motus est bestialis. August. lib. 1. de amic. cap. 9.

Affectus animi qui non habent, rectè non viuunt. idem lib. 14. de Ciuit. Dei. cap. 9.

Iudicare dignè de subditis nequeunt, qui in subditorū causis non merita, sed odium, vel gratiam consequuntur. Greg.

Omnis humanus affectus ponendus est ei, qui studeat veram pietatem animis hominum inserere. Erasm. in Epist.

Affectus tuus pretium imponit operi tuo. Amb. 1. de Off.

Expressio, affectus est iteratio. Bern.

Affectibus non est dandū tēpus. Multa non facere cogit affectus, dum propinquitatem prospicimus corporum, & corporū, & animæ offendimus creatorem. Hier. ad Fabiol.

Quemadmodum fit, vt incertis de causis alia forma alios rapiat: ita videtur, & ingeniorū esse quædam cognatio tacita, quæ facit, vt certis ingenijs impensè delectemur, cæteris non item. Erasm. in Epist.

Quicunque consanguinitate, aut amicitia, vel econuerso hostili odio, & inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Dei Christi, qui est iustitia. Hier. in Orig. sup. Amos.

Personam hominis accipere, est hominem, nō quia homo, sed propter aliquid, quod circa ipsum est, honorare. Greg. in Homil.

Affectuum omnium capita sunt, delectatio, & dolor. Amb. lib. 2. de Iacob.

Affectus promerēdi cœlestia tanto sit capax, quanto fuerit spectando longanimis. Grego. 20. mor.

Appetitus lege naturæ subiectus est rationi. Amb. lib. 1. Off.

Affectio alia est, quam caro gignit: alia, quam ratio regit: alia, quam condit sapientia. Bern. serm. 2. sup Cant.

Affectiones ordinatæ, virtutes sunt: inordinatæ, vitia. idem in parn. serm.

Affectionum animæ mutabilitas diuina mutat nomina. idem de diuers. affect.

Affectus liber est. idē Epist. 183.

Affectus suas voces habet. idem serm.69.sup.Cant.

Absit domine, vt in tabernaculo tuo pro pauperibus accipiatur persona diuitum, aut ignobilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegisti, vt confunderes fortia. Aug.serm.

Affectus animæ, quasi animalia sunt cum corpore. August.lib. 2.de Genes.

Appetitus reprimendus, quem omnino restinguere non possumus. Bern.de tripl.gener.cogn. nost.

Appetitus vanitatis, est contemptus veritatis, & contemptus veritatis, causa est nostræ cæcitatis. idem sup.Cant.serm.22.

Affectio obtenebrat iudicium. Chrys.sup.act. Apo.Hom.28.

Affectionibus singulis pharmaca quærēda. idē sup.Gen.Hom.32.

Voluntatem Dei scrutari, tutum, & pium est, maiestatem verò, temerarium, & formidādum. Bern.sup.Cant serm.63.

Voluntas propria cesset, & infernus non erit. idem de resurrect. Domini.serm.3.

Voluntas hominis libera cum adiutorio Dei. idem sup.Matth. Homil.13.

Voluntas sacrificium exhibeatur Deo. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil.41.

Inter verba laudantiū, vel vituperantium ad mentem semper recurrendum. Greg.in regist.

Necessitas.

EX GRAECIS.

Necessitas facit industriā parandi victus. Plat.de Rhe.

Quæ necessaria sunt, turpe est nescire. idem de Legib.

Necessarium non contingit aliter se habere. Arist. Metaph.4.

Necesse est, alteram partem cōtradictionis esse veram. ibid.

Fortissima rerum omnium, necessitas est. cuncta enim superat. Thal. apud Diog.lib.1.

Omne, quod ex necessitate fit, seruitus est, testibus Philosophis. Eurip.in Oreste.

Nulla res necessaria, turpis est hominibus. apud Stob.

EX LATINIS.

Effugere non poteris necessitates, vincere poteris. Senec. Epist.37.

Da operam, vt quicquid necesse futurum est, nunquam inuitus facias. idem Epist.62.

Repugnanti, non volenti necessitas est: in volēte necessitas non est. ibidem.

Necessitas fastidium excutit, recipiunt supernacua delectum. idem Epist.120.

Necessitas cegit, quod nō habeas, alimude sumere. Cicer.de Orat.

Humanæ imbecillitatu efficacissimum duramentum est, necessitas. Max.lib.2.

Necessitatis morbus grauissimus. Cicer.contra Catil.

Necessitas, pars rationis est. Plin. Iunior lib 6.

Efficacior in aduersis necessitas. Curt.

EX SACRIS.

Foelix necessitas, quæ in meliora compellit. August. ad Arm.& Paul.

Necessitatis tempore omnia sunt communia. apud Iurisconsi.

Necessitas dicitur, quæ in potestate nostra non est. August.lib. 1.de Ciuit.Dei.

Necessitas mater est omnium humanarum operationum.

Cogitatio, & consideratio.

EX GRAECIS.

Considerata meditatio oratiōē, & congrua mensura vagari non sinit. Plutar.de educ.lib.

Antequa domo quis exeat, recogitet quid actūrus sit: cū redierit, quid egerit. apud Dio.lib.1.

Eadem est meditatio bene viuēdi, & bene moriendi. Epict. apud Diog.lib.10.

Consideratio est cogitationis contentio. Plat.in defin.

Apud mortales alteræ semper cogitationes sapientiores sunt. Eurip.in Hippol.

Et quæ lōgè absunt, & quæ propè sunt.considerati debent.ibid.

Quod expediat, latet, atq; obscurum est, sed sapientis viri cogitatione cernitur, hominis eloquentis oratione declaratur. Demosth.1.Olynth.

Quorundam subitæ cogitationes meditatis aliorum cōsilijs præcellunt.ibid.

Cogitatio, orationis est fons. Chrysipp.apud Stob.

Nescimus æstimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Senec.Epist.83.

EX LATINIS.

Aliquid quotidie aduersus pauperiatē, aliquid aduersus mortem auxilij compara, nec minus aduersus cateras pestes, & cùm multa percurreris, vnum excerpe, quod illa die concoquas. Senec.Epist.2.

Quid pulchrius cōsuetudine examinandi totū diē tuū de re. lib.3.

Nulla res magis prodest, quàm cogitatio mortalitatis. ibid.

Minus afficit sensus fatigatio, quam cogitatio. Quint lib.1.

Cogitatio paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur. hæc quotiescunq; intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuuatur: hæc inter medios re-

rum actus aliquid inuenit vacui, nec otium patitur. Quintil. lib. 10.

Ad rem gerendam qui accedit, caueat, ne id modo consideret, quàm illa res honesta sit, sed etiam vt habeat efficiendi facultatem: in quo considerãdum est illi, ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis cõfidat propter cupiditatem. in omnibus autem negotijs, prius quàm aggrediare, adhibẽda est præparatio diligens. Cic. 1. Off.

Docto homini, atq; erudito cogitare, est viuere. idẽ 4. Acad.

Quoniam multum prodest animi prouisio, & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper homini omnia humana præmeditata. idem 3. Tusc.

In omnibus quid tempora petant, aut personis dignum sit, semper considerandum est. Idem 2. de inuent.

Primus metus adimit consilium: recogitatio verò reddit confidentiam. Terent. in Eunuch.

Summa stultitiæ professio est, cogitatis sceleribus non ire obuiam, sed manere, operiríque, vt cùm admissa perpetratáque fuerint, tunc demique vbi facta sunt, infecta fieri non possunt, puniantur. Gell. lib. 7.

Simul cogitant defensionem, iniuriam molientes. Sallust. in bell. Iug.

Homines aut mortalitatem suam, aut immortalitatem cogitare debent. Plin. Iun. lib. 9.

Nemo aliud potest cogitare, quàm quod diligit. Colum. lib. 11.

Versamur in varijs cogitationibus, vbi prima quæq; damnamus. Curt. lib. 6.

EX SACRIS.

QVicquid pudet dicere, pudeat & cogitare: assuescat animus solicita semper, ac peruigili custodia discernere cogitationes suas, & ad primũ animi motum vel probare, vel reprobare quod cogitat, vel bonas cogitationes alat, vel malas statim extinguat. Hier. ad Metr.

Cogitationes turpes vitare nõ potest qui honestas non habet. Greg. sup. 1. Reg.

Ante oculos Dei vacuæ nõ transuolant cogitationes nostræ, & nulla momenta tẽporis per animum transuolant sine statu retributionis. Greg. 20. mor.

Quocunq; tempore non cogitaueris Deum, puta te tẽpus illud perdidisse. Cassiod. sup. Psalm.

Quemadmodum ortus cogitationum non pendet à nobis: ita reprobatio, vel electio consistit in nobis. idem.

Considerata infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Greg. 5. mor.

Spiritualis homo omne opus suum aterna quadam consideratione præuenit, prius quidem an liceat, deinde an deceat, postremò an expediat. Bern. de consi.

Consideratio tui in tria quædam diuidatur, si consideres, quid, quis, qualis sis, quid in natura, quis in persona, qualis in vita. ibidem.

Omnis grauis angustia, si me inspicio, non tolero: si non inspicio, nescio meipsum: si me consido, terret me facies mea, si me nõ cõsidero, fallit me dãnatio mea. Ansel. in suis medit.

Frustra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nõdum idoneus est ad vidẽdũ seipsum. prius enim est, vt cognoscas inuisibilia spiritus tui, quàm possis esse idoneus ad cognoscenda inuisibilia Dei. etsi non potes cognoscere te, ne præsumas apprehendere ea, quæ sunt supra te. Præcipuum speculum ad videndum Deum, est animus rationalis intuens seipsum. Hugo 3. de Didasc. cap. 3.

Consideratio meliorum multum prodest ad humilitatem sanctorum. Grego. 31. mor.

Cuilibet officio, & statui contemplatio tribuitur. idẽ sup. Ezech.

Cogitationes nostræ non sunt in potestate nostra. Augustin. lib. 4. contra Epist. Petil.

Cogita, vnde venis, & erubesce: vbi sis, & ingemisce: quò vadis, & contremisce. Bernard. de

Prim. medit.

Cogitare debemus Dei maiestatem cum timore, charitatem cum amore. idem de aduent. Domin. Sermo. 3.

Consideratio quærat quod sermo non expedit. Bernard. de considera. lib. 5.

Consideret seipsum homo, vt piè condescendat proximo. idẽ sup. Cant. Serm. 45.

Cogitationes obscœnæ omni bestiæ ferociores. Chrysost. sup. Matth. Homil. 60.

Cogitationis peccatum contraria cogitatione dissoluitur. idẽ sup. Matth. Homil. 12.

Verbi visitationem putantes nostram esse cogitationem, periculosè erramus. Bernard. sup. Cant. Sermo. 33.

Temeritas.

RES fallax, temeritas. Demetr. Phaler.

Temeritas, impetus est sine ratione. apud Stob.

Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur. Quint. Declam. 1.

Temeritas cum sapientia non commiscetur. Cicer. pro Murena.

Omnis actio vacare debet temeritate, & negligentia. Cic. 1. Off.

Nihil est temeritate turpius, nec quicquam tam indignum sapientis grauitate, & constantia, quàm aut falsum sentire, aut quod nõ satis exploratum,

& cognitum sine vlla dubitatione defendere. idē. 2. de Nat. deorum.

Temerarium est secundis non esse contentum. Plin. Iun. lib. 4.

Temeritas felix nunquam inuenit modum. Curt. lib. 8.

Vnum est temeritatis solatium, perpetua fœlicitas. idē. lib. 9.

Audaciæ, & temeritati potius serò, quàm nunquam obuiandum est. Liuius 1. Dec. lib. 4.

Nimium præceps est, qui transire contendit, vbi conspexerit aliū cecidisse. August. in Serm. de Ascens.

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius: qui se negat scire quod scit, ingratus est. idem.

Compescat se humana temeritas, & id, quod non est, non quærat, ne quod est, non inueniat. idem contra Manich. lib. 1.

Imperitiam comitatur temeritas. Naz.

Fortitudo si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatē cōuertitur. 1 act.

Nō sibi quisq; proponat, & dicat, Habere volo, quod vincā. Aug.

Periculis se offerre, temeritas est. Ambr. 1. Offic.

Cognitio, & Nomen.

EX GRAECIS.

Philosophia est, qua quis se, & alios, bonūne, an mali sint, cognoscit. Plat. de Philosoph.

Noti maximè de se inuicem solliciti sunt.

Nosce teipsum. Delph. script. apud Plat. de Nat. nom.

Vnusquisque bene iudicat, quod cognoscit. Arist. Eth. 1.

Cōuenit, vt sui quisq; pulsus peculiares rationes nō ignoret (singulis enim diuersæ sunt) nec suæ temperaturæ sit imperitus, quàm calidum, quàm siccum habeat corpus, nec quarūm rerū vsu vel inuari soleat, vel offendi. Plu. de tuēd. bona valet.

Omnibus quidem innata est cupiditas quædam & cognoscendi, & innotescendi. ibidem.

Difficile est in voluptatibus se bene noscere. Demetr. Phaler.

Cognoscens age. Sodiad.

O Iupiter, de auro, quod sit adulterinum, indicium hominibus præbuisti manifestū: virorum autem quod conueniat malum exploratum habere, nullus clarè insitus est corpori. Eurip. in Medea.

Pulchra nomina imponenda sunt pueris. Plat. de Sapient.

Denominatio sit ab affine, & à digniore. Arist. Polit. 8.

Multi, vt est verisimile, variis regionibus nomina eadem habēt, & ciuitas cum ciuitate, & mulier cum muliere. Eurip. in Helena.

Nomina cum re consentiunt. Demosth. 1. Olynth.

Non oportet ex significatione nominis de moribus iudicare.

EX LATINIS.

Discite omnia præter virtutem, mutare nomina. Senec. Epist. 96.

Erroris par est, paruis dare modū excedentia nomina, nisi cum ex industria risus inde captatur. Quint. lib. 8.

Initium est salutis, cognitio peccati. Senec. Epist. 28.

Multò ad rē magis pertinet, qualis tibi videaris, quàm alijs. idē Epist. 29.

Opus est ad lætitiam sui experimento. Idem de Prosp.

Totum inspice mētis tuæ aditum, etiamsi nihil mali feceris, potes facere. idem de ira lib. 3.

Noscat se quisque, & non tantùm ex cōmunibus præceptis, quàm ex natura sua capiat consilium formādæ actionis. Quint. li. 11.

Minimè sibi quisq; notus est, et difficillimè de se quisq; iudicare, et sentire potest. Cic. 3. de Rhet.

Cognitione turpium vehementium amātur honesta. Eras. in Epist.

Caput est in omni negotio nosci, quid agēdum sit. Colum. lib. 1.

Pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multùm diuersa, remota
Erroris nebula. quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? Iuuen. Sat. 10.

Autorū nomina nō supprimēda sunt. Plin. Senior in Prolog.

EX SACRIS.

A Creatura non cognoscitur Deus, nisi quantum vult se reuelare. Aug. sup. Euang.

Cognitio infœlicitatu, est summus ad fœlicitatem accessus. idem sup. Epist. ad Rom.

Qui vult intelligere, qualis est, tales debet aspicere, qualis non est. Grego. 24. mor.

Quantò quis minus se videt, tantò minus sibi displicet, & quāto maiorem gratiæ lumen percipit, tantò amplius reprehensibilem se esse cognoscit. ibid.

Prudentis hominis est, nosse mensuram suam. Hier.

Cognitio Dei nihil prodest, nisi mutetur conuersatio. Aug. in Quæst. ex vtroq; test.

Absq; notitia sui creatoris omnis homo, pecus est. Hier. ad Heliod.

Inuentionis pars est non minima, nosse quod quæras. Augusti. lib. 1. Quæst. sup. Genes. cap. 1.

Nosci ab omnibus amatur. idē. 11. de Ciuit. Dei. cap. 27.

Glutinum duplex, cognitionis, & dilectionis. Bernard. in dedic. eccles. Sermo. 1.

Nosse Deum, doctum facit hominem: timere Deum, sapientem. Bernard. in Epist.

Cognomen debet poni quando ex nominibus propriis resultat incertitudo. apud Iurisconsul.

Nisi

Nisi rei nomẽ sciueris, cognitio rerum perijt. Isid.

Nomina apud veteres ratione aliqua ponebantur. Ambr. sup. Epist. ad Roman.

Nomen à noscendo dictũ est. August. lib. de Magist.

Vnde sit, eius nomẽ habere potest, quod inde fit. idem lib. 10. confes. cap. 19.

Nomen quasi notamen dictum. idem in Genes. ad lit.

In nominibus nõ est laborandum, vbi de re constat. idem lib. 2. contra Cres.

Nomen sine re, nihil est. Idem in Epist. beat. Ioann.

Res significans significatæ rei nomen, aliquando accidit. idem Epist. 102.

Nomina rebus sunt posteriora. Basil. contra Apolog.

Vestigare, quid desit, non sit tibi pigrũ, nec quod desit, verecundũ sit fateri. Bern. de Cõs. li. 2.

Affectionum animi mutabilitas diuina mutat nomina. Bernard. de diuers. affect.

Ars, & Ingenium.

EX GRAECIS.

PEritiam ars, imperitiã fortuna sequitur. Plat. de Rhet.

Quod caret ratione, ars non est. ibidem.

Omnes præceptiones artium, leges sunt. idem de legib.

Res omnes vel natura, vel fortuna, vel arte fiunt. ibidem.

Oportet vt ars in hoc naturam imitetur, vt quicquid agit, propter finẽ agat. Arist. de Poet. 2.

Omnes artes vtuntur quibusdam communibus. idem Elench. 1.

Ex sensu fit memoria, ex multis memorijs fit experimentum: ab experimento autem vniuersale accipitur, quod est principium artis, & scientiæ. idem Post. 2.

Ars imitatur naturã, in quantum potest. idem Physic. 2.

Ars multa complet, quæ efficere natura non potest. ibid.

Artifex, qui potest se assimulare naturæ, secundum suum posse, semper est melior. idem de sensu & sens.

Artifex sapientior est experto. idem Metaph. 1.

Experientia artem facit, imperitia verò casum. ibidem.

Experientia, singularium: ars verò vniuersalium cognitio est. ibidem.

Hominum genus arte, & rationibus viuit. ibid.

Ars gubernandi ciuitates principatum tenet in omnibus artibus. Arist. Eth. 2.

Addimenta artium fiunt cũ temporum longitudine. idẽ Eth. 1.

Circa difficilia ars sit semper, & virtus. idem Eth. 2.

Vnusquisque artifex diligit opus suum. idem Eth. 9.

Ars laborat citra fortunæ opem. idem de Fortit.

Cuiusq; rei quispiam vsum habet, hoc est vnicuiq; maius, quàm Troiam capere. Eur. in Andr.

Quoniam sagittarius artis suæ tam peritus est, qui non aliquando aberret ab scopo? Demosth. 1. Olynth.

Vir pauper, qui nullã didicit artem, non tutò viuere potest. apud Stob.

Artem natura requirit. ibid.

Hominem ingeniosum, atq; mansuetum, atq; virilem difficile reperies. Plat. de Scient.

Consentaneum est, in genere nobili, quàm ignobili, ingenia esse meliora. idem de Nat. nom.

Hominis ingenium, seu cariem, & senium in otio contrahit. Plut.

Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit. Arist. apud Sen. de Tranq. anim.

Ingenium seruitute opprimitur. Homer. Odyss. lib. 12.

Bonus ingenijs minore periculo consulitur. Demosth.

Magni est ingenij, statim in præsenti videre, atq; intelligere, quid dicto, & facto sit opus, turpe est re facta intelligere, quid fieri debuisset. Demosth. 1. Olynth.

Multa opportuna dictu fortunatis, & ingeniosis subitò veniũt in mentem. ibid.

Homines acres nunquam otium agunt, semper aliquibus negotijs faciessunt. ibid.

Ingenium magnum, & prauum, calamitosum est reipubl.

Remum impellit, qui didicit. Plutarch. de Curiosit.

Opus, quod sit à melioribus, semper est melius. Arist. Polit. 1.

Nullus est vsus statuæ, etsi pulchrè fabricata sit, nisi quis accedat, qui vim artis intelligat. apud Stob.

EX LATINIS.

ACutiora ingenia, & ad intelligendum apertiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aër sit purus, ac tenuis, quàm eorum, qui vtuntur crasso cœlo, atq; concreto, quinetiam cibo quo vtaris, interest ad mentis aciem. Cic. 2. de Nat. deorum.

Ferè fit, vt ingenia acriora corpuscula sortiantur imbecilliora. Erasm. in Epist.

Paritas ingentorum, æmulationem facit. Gell. lib. 14.

Nulli tam clarum statim ingenium est, vt possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam, atq; commendator contingat. Plin Iun. lib. 6.

Aliud solicitudinis, aliud securitatis ingeniũ est. idẽ in Pan.

Sæpe summa ingenia in occulto latent. Plaut. in Capt.

Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus.

Qui velit ingenio cedere, rarus erit. Mart. lib. 8.

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis, ingenijq; bonis. Ouid. 3. de Trist.

Infœliciter euenire solent quæ tentantur inuita Minerua. in Histo. Sax.

Ingenium hominis ad vitia procliue, perniciosa statim arripit. ibid.

Fœlix illud seculum ante architectores fuit: ista nata sunt iam nascente luxuria. idē Epist. 91.

Non desiderabis artifices, si naturam fueris secutus. ibid.

Omne, quod ars consummauit, à natura duxit initium. Quint. lib. 2.

Tradi omnia, quæ ars efficit, non possunt. Quint. lib. 7.

Artes virtutis sunt magistræ. Cic.

Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent cōmune quoddam vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. idē pro Arc. poēt.

Nou' est interdictum aut rerum natura, aut à lege aliqua, atq; more, vt singulis hominibus, ne amplius quam singulas artes nosse liceat. idem 2. de Orat.

Quam quisq; nouit artem, in ea se exerceat. idem 1. Tusc.

Ad quæ artes aptissimi erimus, in his potissimū elaborabimus, si aliquando necessitas nos ad ea detruserit. idem 1. Off.

Nulla ars imitari naturæ solertiam potest. idem 2. de Natur. deorum.

Meliora sunt quæ natura, quàm quæ arte perfecta sunt. ibid.

Vt non omnia prudenter dicantur, tamē in plerisq; officio fungi præclarum est. Demost. lib. 1. Olynth.

Auaritiæ causa artes coluntur. Plin. Sen. lib. 2.

Quod ars adumbrare non valet, ea casus imitatus est. ibid.

Vsus, & experientia dominatur in artibus. Colum. lib. 1.

Nulla est ars, aut disciplina, quæ singulari sit consummata ingenio. idem lib. 4.

Vt nulli venatori fuit vitio, non omnes feras capere: ita diffusam artem tractantibus, satis est maximam partem tradidisse. ibid.

Indubitatæ artis approbatio est rerum semper effectus. Veg. lib. 2.

Omnes artes in meditatione consistunt. ibid.

Nauita de vētu, de tauris narrat arator:
Enumerat miles vulnera, pastor oues. Propert. lib. 2.

Caput est artis dicere quod facias. Quint. lib. 11.

Quicquid fieri potuit, potest. Sen. Epist. 99.

Magnum lenocinium est, autor gratiosus. Erasm. in Epist.

Maius

Maius est propria facere, quàm aliena disponere. Lact. lib. 2.

Opus nullum certum est mercedis incæptæ. Tertul.

EX SACRIS.

ARs infœcunda est sine vsu, & vsus temerarius est sine arte. Chrysost. sup. Psal. 6.

Artifex nouit suum opus. Aug. sup. Ioan. tract. 2.

Omnes artes instructore indigēt. Hier.

Qui non intelligunt artes, non mirantur artifices. Sid. 5. Epist.

Artes materijs posteriores. Basil. in Hex. 2.

Artes pascendi, & regnandi, sorores sunt. idem in Conc. sanct. Mart.

Ingeniosum nasci, fœlicitas est. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei.

Doctrina politiora quidem, sed nō meliora ingenia facit. Tert.

Sicut qui tardus est ad percipiendum, pro intentione tamen boni studij præmium percipit: ita qui præstitum sibi à Deo ingenium negligit, condemnationis reus existit: quia donum, quod acceperat, despicit, & per desidiam derelinquit. Isid. de Summo Bono.

Grandes materias ingenia paruа non sustinent. Hier. ad Nepot.

Maximum vitium est subtilitatis, nimis se ostendere, vtilissima est dissimulatio subtilitatis, quæ affectu apparet, habitu latet. Pet. Rauen. in Serm.

Artis suæ neminem pudeat. Chrysostom. sup. Epist. ad Corinth. Homil. 6.

Artes non docent moderari passiones. idem sup. act. Apost. Homil. 28.

Addē, quòd ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros. Ouid. 2. de Pont.

Nulla vitæ pars vacare debet officio, in eōq; excolendo sita est vitæ honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Cic. 2. Off.

Officia viri, & mulieris. Deus pulchrè digessit. Chrysost. Homil. 34. sup. Epist.

Eloquentia.

EX GRAECIS.

MOres dicentis sunt, qui persuadēt, non oratio. Menand. apud Plut. de Polit.

Ars rectè dicendi non absq; veritate. Plat. de Republ.

Rhetorica persuadet, sed non docet. idem de Rhet.

Rhetorica docet & iusta persuadere, & horum contraria fugere. Arist. Rhet. 1.

Rhetor non semper persuadet, nec medicus semper sanat. idem Top. 1.

Ciuile ius, & gratia eloquentiæ non in postremis ducenda est virtute

virtute magistra, & principe: non enim rhetoricam suadendi opificem, sed adiutricem esse debemus existimare. Plut. de Polit.

Rhetorum est agere verbis, philosophari autem licet etiã tacendo. Plutarc. probl. 1.

Tumidum orationis genus, ciuile nequaquam est, tenue verò nusquam mouet. quemadmodum enim corpus non solùm incolume, sed etiam bonæ habitudinis esse oportet: ita & orationem non modò nõ ægrã, sed etiam robustam esse conuenit: nam quicquid tutum est, id solummodò collaudatur: quod cum periculo sit, id etiam admiratione prosequimur. Plutarc. de Lib. educ.

Dicendi peritus, dicendi quoq; tempus cognoscit. Arch. apud Plut. in Apophth.

Præclara gesta præclaris indigent oratoribus. ibid.

Quantum in bello potest ferrum, tantum in Republ. prodest eloquentia. Demetr. apud Diog. lib. 5.

Bona causa bonæ orationis semper accusationem præbet. Eurip. in Hec.

Cùm facundus orator malè sentiens persuaserit populum, exitium fert Reipubl. Eurip. in Orest.

Oratoris est consilium dare, populi rem gerere. Demosthe. in Cher.

Non orator, sed oratio inspectanda. idem Exord. 14.

Grata, quàm vtilia dicere, difficilius est. idem Exord. 15.

Oratio ad captum auditorum, & ad rei naturam accommodanda. idem Exord. 18.

Orator in bona causa autoritate imperandi perditus est. Demosth. ex arg. lib.

Magna eloquentiæ vis potentissimos etiam reges expugnat. idẽ 1. Olynth.

Cauenda est oratori præsertim in rebus dubijs affirmatio, quæ contentiosiorem facit auditorem. ibid.

Tanquam bonus figulus, oratio animam ornat. Plato apud Stob.

EX LATINIS.

Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cũ singulis loqueremur. Quintil. lib. 1.

Eloquentia, quæ admirationem non habet, nullam iudico. idem lib. 8.

Non satis efficit, nec vt debet, plenè dominatur, si vsq; ad aures tantùm volet oratio. ibid.

Minus est totum dicere, quam omnia. ibid.

Sunt qui diserti esse malũt, quàm boni. idem lib. 12.

Nemo est orator, qui non se similem Demosthenis esse velit. Cic. de optim. genet. orat.

Miser, & vt ita dicam, pauper orator est, qui nullum verbum æquo animo perdere potest. Quint. lib. 8.

Aphilosopho si afferat eloquentiam, non aspernor, si non habet, non admodum desidero. Cicer. 2. Tusc.

Pacis est comes, otijq; socia, & iam bene constitutæ ciuitatis velut alumna quædam eloquentia. idem de clar. orat.

Duæ sunt artes, quæ possunt homines locare in amplissimo gradu dignitatis, vna imperatoria: altera oratoris boni. ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo verò belli pericula propulsantur. idem pro Muren.

Eloquentia principibus maximè ornamento est. idẽ 4. de Finib.

Nihil est tam inhumanũ, quàm eloquẽtiam ad salutẽ hominũ, & ad conseruationem datam, ad bonorũ pestem, perniciémq; conuertere. idem 2. Offic.

Nihil est tam incredibile, quod dicendo nõ fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione. idem in Parad.

Vt hominis decus est ingenium: sic ingenij lumen, est eloquentia. idem de clar. Orat.

Sunt aliqui ita fortunæ muneribus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo Deo facti esse videantur. idem 1. de Orat.

Orator tristitiam, atque seueritatem mitigat, & relaxat, odiosásque res sæpe, quas argumẽtis diluì non facile est, risu, ioco que dissoluit. ibid.

Scholasticæ declamationes sunt eiusdem hominis, eiusdem fortunæ, non eiusdem tamen quotidie fœlicitatis. Gel. lib. 14.

Eloquentia est incunabula virtutum. Sallust. contra Catil.

Supremus fœlicitatis cumulus, est laudator eloquẽtissimus. Plin. Iun. lib. 2.

Malè eloquentia sine moribus differtur. idem lib. 3.

Inuenire præclarè, enuntiare magnificè, interdum etiam barbari solent: disponere aptè, figurare variè, nisi erudite, negatum est. ibid.

Ac velut in magno populo, cùm sæpe coorta est

Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus,

Iamq; faces, & saxa volant: furor arma ministrat.

Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem

Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant.

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. Verg. lib. 1. Aeneid.

Discitur, innocuas vt agat facundia causas:

Protegit hæc sontes, immeritósq; premit. Ouid. 2. de trist.

Comes facundus in via pro vehiculo est. Pub. Mim.

EX SACRIS.

FInis oratoris est, persuadere. Aug. in princ. Rhet.

Eloquentia Ambrosij Augustinus liberatus est. idem libr. 5. confess. cap. 14.

Eloquentia non semper vera persuadet. idem libr. 2. de doctri. Christ.

Eloquentiam summâ pauci assequuntur. idem de vtil. cred.

Eloquentiam non natura, sed disciplina parit. Chrysost.

Ex doctis imperfectis melius est rusticitatem sanctam habere, quàm eloquentiam peccatricẽ. Hier. ad Nepot.

Benedicere ad paucos pertinet: bene autem viuere, ad omnes. Lact. lib. 1.

Non in lingua, sed in corde sapiẽtia est. idem.

Vtinam tam multi bene facerent, quàm multi bene loquuntur. ibid.

Rectus, ac nudus orationis ductus simplici naturæ congruit. Eras. in Epist.

Præcipua eloquentiæ pars est, apposita dicere. ibid.

Non habet inter lachrymas eloquentia locum. Hier.

Eloquens est ille, qui scit parua submissè, media temperatè, magna granditer dicere, qui scit inuenire præclarè, enuntiare magnificè, disponere apertè, & figurare vtriè. Cassiod. sup. Psalm. 73.

Sepe reperitur simplicitas veridica, & falsitas composita, quæ hominem suis erroribus illicit. Isid. de summo Bono.

Eloquentia nec veram, nec falsam efficit orationem. Aug. 5. confess.

Eloquentia sine sapientia multum obest. idem lib. 4. de doct. christ.

Eloquentiæ præceptis loquuntur etiam qui nunquam didicerunt. ibid.

Eloquentia in homine prauo, est venenum in poculo aureo. idẽ lib. 1. de Anim.

Artificiosa oratio stultos, non sapientes flectit. Pius 11. apud Plat.

Oratio difficillima moderatu. ibi.

Oratio tempestiua melior silentio. ibid.

Oratio non longa est, quæ ordinata est. ibid.

Non debet sibi omnino displicere orator. Aug. de Catech. rud.

Breuitas.

FRustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Arist. Physic. 2.

Orationi breui multum inest sapientia. Soph. apud Stob.

Breuiloquium silentio finitimum est, & ideo commendabilius. Lycurg. apud Stob.

Breuitatem in hoc ponimus, vt nõ minus, nec plus, quàm oportet, dicatur. Quint. lib. 4.

Quicquid præcipies, esto breuis, vt citò dicta

Percipiãt animi dociles, teneãtq; fideles. Horat. de Arte poët.

Paucis opus est, & efficacibus. Senec. Epist. 38.

Nihil ita absque labore manifestam facit veritatẽ, sicut breuis, & pura narratio. Bern. ad Eug. lib. 1. cap. 9.

Quod inter principium, & finem clauditur, breue est. Aug.

Breuitas obscuritatem parit. August. lib. 3. retract. cap. 13.

Visus, dies, & lux.

EX GRAECIS.

DIfficile est, multa simul conspicere. Arist. Elench. 1.

Oculi morum indices. Demosth. in Orat. Amet.

Oculi inspiciendi in ducenda vxore.

Dies est latio solis super terram. Arist. Topic. 6.

Quiuis homo, etsi seruus, delectatur, dum lumen videt. Eurip. in Oreste.

Non licet præsentem diem rectè viuere, nisi quasi vltimam victurus cogitauerit. Mus. apud Stob.

EX LATINIS.

INstar totius vitæ dies est. Sen. Epist. 62.

Vnumquenque diem non tãquam vltimum capio, sed tanquam posset esse vnus. ibid.

Nullus agenti dies longus est. idem Epist. 123.

Fastidio est iam lumen gratuitum. ibid.

Quod illustrandæ alterius rei causa sumitur, debet esse clarius eo, quod illuminat. Quint. li. 8.

Lux naturale solatium est. Curt. lib. 8.

Discipulus est prioris posterior dies.

Vitijs nostris in animũ per oculos via est. Quint. Decla. 1.

Totius hominis debilitas est, oculos perdidisse. idem Decla. 2.

Non inuenies debilitatem, quæ magis cum paupertate conueniat, quàm visus priuatio. ibi.

Oculi augent dolorem, quia ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt. Cicer. ad Torquat.

Acerba audire tolerabilius est, quàm videre. idem ad Curion.

Facilius ad ea, quæ visa sunt, quàm ad ea, quæ audita sunt, oculi mentis feruntur. Cicer. 3. de Orat.

A consuetudine oculorum animum abducere, difficillimum. idem 2. de Nat. Deorum.

EX SACRIS.

SVbitò procedẽri de vmbra ad solem, & de otio ad laborẽ, graue cernitur omne, quod incipit. Bern.

Oculo prauo, vitiatóq; mala sunt, etiam quæ optima. Erasm. in Epist.

Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Augustin. de comm. vit. cleric.

Oculi corporis ad corporata: oculi verò cordis ad spiritualia sunt. Greg. sup. Ezech.

Oculi ad cognoscendum inter sensus principes sunt. Aug. lib. 10. confess. cap. 35.

Cæcitas ipsa visus præstantiam commendat. idem 22. de Ciuit. Dei cap. 1.

Oculi per animam vident. Greg. sup. Cant.

Dum alia negligimus, oculum non habemus. idem sup. Ezech. Homil. 6.

Oculi sunt fenestræ animæ. idem in Euang. Homil. 6.

Visionis internæ claritatem nemo, nisi bonis operibus inueniet. idem sup. 1. Reg.

Nouum iudicium habemus, quoties aliquid cõtemplamur. Erasm. in Prolog. sup Plut.

Lux, regina oculorum est. Aug. 10. confess. cap. 34.

Dies, imago vitæ: nox, mortis. idẽ de fid. & oper.

In nocte dies, & in die vesperæ desideratur. Greg. lib. 8. mor.

Dies mentis, est splendor eruditionis. idem in 1. Reg.

Dies primus, lux prædicationis, crastinus est diuinæ gratiæ. ibi.

Lux mentium præsentem lucem multò superat. Augu. lib. 22. contra Faust.

Ante lucem creatam Deus non fuit in tenebris. ibid.

Lux erimus per fidem. idem Epistol. 200.

Sol nõ omnes, quibus lucet, etiam calefacit. Bernard. sup. Cantis. serm. 24.

Videmus nunc Deum per speculũ, & in ænigmate, & ita videre nobis est. idem sup. Cant. ser. 32.

Cæcitas, & nox.

EX GRAECIS.

CAecus à nativitate non potest disputare de colore, quãtum ad quid rei, sed quantum ad quid nominis. Arist. Physic. 2.

Cæcus à nativitate est sapientior surdo, & muto. idem de sens. & sensato.

Nati sine visu, & auditu habent virtutes interiores perfectiores. idem de somn. & vigil.

Noctu plerunq; reverentiam habent tenebræ. Eurip. in Bacch.

Surgere de nocte ad sanitatẽ, & ad philosophiæ studia, prodest quãplurimũ. Arist. Oeco. lib.

EX

EX LATINIS.

PArvulis noctium turbamur offensis, excitãt nos exigui plerunque motus, vox incerta longinqua, & aliquãdo ipsum silentium. Quint. Declam. 2.

Hoc boni habet cæcitas, quòd mala sua nõ videt. idem Decla. 5.

Nox ex incerto omnia maiora terroribus ostentat. Liuius 1. Dec. lib. 8.

Nox ob quietem data naturæ beneficio mortalibus. idem 3. Dec. lib. 10.

EX SACRIS.

TEnebrarũ portenta sua sponte euanescunt ad claram lucem. Erasm. in Epist.

Sub noctem omnia sunt suspecta. Ambr.

Cæcitas, morbus est apud Iurisconsultos.

Cæcitas ipsa visus præstantiam commẽdat. Aug. 22. de Ciuit. Dei cap. 1.

Cæci magis vident dormientes, quàm vigilantes. idem lib. 10. in Genesi ad liter.

Nox, est vita præsens. August. in Psalm. 75.

Tenebræ nonnisi in comparatione lucis malæ sunt. idem in Quæst. ex vet. Test.

Tenebræ non videndo videntur. idem libro 11. de Ciuit. Dei. cap. 7.

Tenebræ morum, non oculorum timendæ sunt, idem tract. 37. exposi. Euang.

Tenebræ sunt, vbi Christus non respicit. Greg. in 7. Psalm.

Noctem non tenebræ, sed lucis discessus facit. Aug. in Quæst. ex vtroque Test.

Tenebræ videri non possunt. August. lib. 2. de Ord.

Tenebræ timorem significant. idem in lib. Quæst. Euang.

Tenebræ sunt, aër carẽs luce. idem 11. de Ciuit. Dei cap. 19.

Ira.

EX GRAECIS.

MAxima bona sunt per furorem diuinitus concessum. Plat. de Pulchrit.

Ira est tristitia, & perturbatio quædam cum vehementi appetitu vindictæ. Aristot. de Poet. 2.

Ira est factiua inimicitiæ, et odij. idem Rhet. 2.

Tempus quietat iram. ibid.

Ira res est impetuosissima ad aggredienda pericula. Aristot. Eth. 2.

Satisfactio quietat irã. idẽ Eth. 5.

Irasci in quibus non oportet, & nõ irasci in quibus oportet, hominis est insipientis. Arist. Eth. 9.

Ira, & concupiscentia venereorũ transmutãt corpus, & quibusdã insanias faciũt. idẽ Eth. 7.

Cæca est ira, & sæpe non sinit cer-

nere quæ apertißima ſunt, & percepta ſæpe obſcurat. Chryſip. apud Plut. de virt. morum.

Vt incendium, qui non addit materiam, extinguit: ſic & iram, quiſquis non aluit naſcentem. Plut. de cohib. irac.

Quemadmodum ſperma mixtura eſt, ac temperamẽtum ex omnibus animæ viribus reuulſa: ita & ira, ſemen quoddam eſt ex omnibus animæ perturbationibus commixtum. ſiquidem & à dolore, & à voluptate, & à ferocia decerpta eſt. ibid.

Quando res ardua videtur, verẽque eſt iram compeſcere: multò hauddubie maior erit cuſtodia ipſa, & prouidentia, quæ prohibet, ne in iram incidas. Plut. de Poët.

Potentum ira, tuméſque indignatio non commouenda. Plut. apud Diog. Laërt. lib. 8.

Ira perturbatrix omnium. Homer. Iliad. lib. 7.

Vir, aut mulier ſtatim excandeſcẽs, facilius cauetur, quàm taciturnus ſapiens. Eurip. in Med.

Grauis, & immedicabilis ira exiſtit, quando amici cum amicis cõgreſſi fuerint cõtentione. ibi.

Furor ſuperior eſt conſilio, qui ſanè maximorum autor eſt malorum. ibidem.

Laudo iras placabiles. idem in Troad.

Maximum eſt iræ medicamentum, oratio.

Fugere ſemper oportet dominos iratos.

Iracundia, vitiũ eſt animoſa partis, ad iram præcipitans. Ariſtot. de virt. & vit. diuiſ.

Iracundiæ ſunt ſpecies tres: excandeſcentia, ſæuitia, & iracundia. eſt autem iracundi nõ poſſe ferre fœdas contemptiones, nec imminutiões. eſſe autẽ plagoſum. & vindictæ cupidum, eſt de facili ad iram facto, verbóve quouis moueri: affectatur autem iracundiam moroſitas, & incõſtantia, & ſordida illiberalitas, et de paruis angi, & de eiſdem de repente affici, & per breue tempus. ibid.

Non aliud iræ pharmacum eſt, niſi viri grauis oratio. Menand. apud Stob.

Ab omnibus, quæ per iram committuntur, ratio recedit, fugiẽs iracundiã, tanquã acerbiſsimũ tyrannum. Herod. apud Stob.

Affectus iræ niſi curentur, & caſtigẽtur, in naturalem morbum abeunt. Apoll. ibid.

Iracundia eſt perturbatio immanis affectione, dura, & violẽta potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturam concilians, & dedecus: pecuniarum pernicies: adhæc perditionis origo. Ariſt. apud Stob.

EX LATINIS.

SApiens nunquam potentiorẽ iram prouocabit, imò declinabit

habit non aliter, quàm in nauigando procellam. Senec. Epiſtol. 14.

Iracundi hominis iracunda oratio eſt. idem Epiſt. 115.

Ira ſæpius ſibi exitioſa eſt. idem de ira. lib. 1.

Nihil minus, quàm iraſci punientem decet. ibid.

Si tantùm iraſcendum eſt ſapienti, quàm ſcelerũ indignitas exigit, nõ iraſcẽdum illi, ſed inſaniẽdum eſt. idem de ira, lib. 2.

Tollit iram ſapientis turba peccantium. ibidem.

Nemo iraſcitur, vbi vitium natura defendit. ibid.

Maximum iræ remedium, eſt mora. ibidem.

Non vis eſſe iracundus, non ſis curioſus. idem lib. 3.

Retinemus irã, & augemus, quaſi argumentum ſit iuſtè iraſcendi, graviter iraſci. ibid.

Non docet Regem ſæua, & inexorabilis ira. Senec de Clem.

In facinus otioſus ardor irrumpit. Quint. Declam. 4.

Hæc eſt celebrãda virtus, hæc animi ſuſpiciendi moderatio, vincere iram, & inter ſimultates quoque vincere animum. idem Declam. 9.

Ira, vt inquit Ennius, eſt principium inſaniæ. Cicer. 4. Tuſcul.

Prohibẽda eſt maximè ira in puniendo. nũquam enim qui iratus accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium, & parum. cauendum eſt igitur, ne maior ſit pœna, quam culpa. Cicer. 1. Offic.

Non ſunt audiendi qui graviter iraſcẽdum inimicis putant. ibidem.

Semper ira procul abſit, cum quã nihil rectè, nihil conſideratè fieri poteſt. quæ enim cum aliqua perturbatione ſiunt, ea nec conſtanter fieri poſſunt, nec ab his, qui adſunt, probari. ibidem.

Proprium eſt irati cupere, à quo læſus eſt, eique maximum dolorem inurere. ibid.

Malo impunitũ dimittere, quàm propter iram grauius iuſto punire. Max. lib. 3.

Ira dolorem cùm inferre vult, patitur. idem lib. 9.

Ira, atque cupido conſulteres peſſimi. Salluſt. in bell. Iug.

Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.

Difficiles aditus impetus omnis habet. Ouid. de remed. amor.

Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram:

Sæpe ſimultates ira morata facit. Ouid. lib. amor.

Ne fræna animo permitte calẽti,

Da ſpatium, tenuémque moram mala cuncta miniſtrat,

Impetus. Statius lib. 10.

Bonum apud virum citò moritur iracundia. Pub. Mim.

Conſilio melius vincas, quàm iracund

cundia.idem.
Homo extra corpus suum est, cùm irascitur.idem.
Iracundiam qui vincit, hostem vincit maximum.idem.
Iracũdiæ vitiũ generosos animos semper inuitat.in Histo.Sax.
Vana est sine viribus ira. Liuius 1.Decad.lib.1.

EX SACRIS.

SIcut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit: sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. Aug.in Epist.
Quid iracundo furor suus confert, quẽ sæuissimis exagitatum stimulis conscientiæ, ita ab omni consilio, ac mente deturbat, vt dum irascitur, insanire credatur? Hier.ad Demetr.
Per iram sapientia perditur, vt quid, quoue ordine agendum sit, nesciatur.Greg.5.Mor.
Plerunque per silentium clausa ira intra mentem vehementius æstuat, & clamosas tacita voces formet.ibid.
Dandus est iræ locus. Amb.
Resiste iræ, si potes: cede, si non potes.idem 2.Offic.
Non mediocre est mitigare iracũdiam, non inferius, quàm animo nõ commoueri, hoc nostrum est, naturæ illud.ibid.
Non potest fieri, vt rerum indignitate nõ moueamur: alioquin non virtus, sed lenitudo est.ibi.
Non irasci, vbi irascendum est, nolle emendare peccatum est. Bern.in Epist.
Indignatio rationalis est, quæ ex affectu disciplinæ est.Tertul.
Ira inimici tui in manu tua est. Chrysost.
Per iram iustitia relinquitur: quia dum perturbata mens iudicium sine ratione exasperat, omne, quod furor suggerit, rectum putat.Greg.5.Mor.
Quoties ira animum inuadit, mẽtem edoma, vince teipsum, differ tempus furoris: cùm tranquilla mens fuerit, fac quod placet.ibid.
Ira consilium non habet.Chrysost. sup.Matth.2.
Non est morbus irasci, sed iracundum esse.Lact.lib.5.
Ira vltionem desiderat.ibid.
Irasci, rationis est: auferũtur enim delicta, & refrænatur licentia, quod vtique iustè, sapienterque fit.idem de ira Dei.
Naturale est bono, ad alterius peccatum moueri, incitariq;.ibid.
Nullus est, qui peccatorem possit videre tranquillè.ibid.
Vitiosa est in peccatis iræ cohibitio.ibidem.
Facilè placatur qui nollens irascitur.Erasm.in Epist.
Si non potes iram vitare, tempera: si non potes furorem cauere, cohibe.Isid.lib.1.Soliloq.
Ira interdũ ex virtute, interdum ex vitio oritur.Greg.5.Mor:

Ira plus in vindicta exigit, quàm iniuria accipit.idem 28.mor.
Ira in vindicta malorum debet sequi rationem, non præire. idem Epist.9.
Iracundus in amicitiam non recipiendus. August. de Amic. cap.12.
Iracundi, & cõtentiosi plurimum valent memoria. Vives apud Aug.de Ciui.Dei.lib.7.ca.7.
Irasci hominis est: iracundiæ autem finem ponere, Christiani. Hier.ad Demetr.
Ira, animæ ebrietas est. Basil.in Hexam.
Homicidij radix, iracũdia. Chrysost.sup.Matth.Homil.16.
Ira truculenta fera est. idem sup. Genes.Homil.4.
Ad iram nec dæmon potest pios concitare. idem de Dauid, & Saul.
Ira iusto mater est disciplina. idem sup.Matth. Homil.11.
Iræ etiam iudicium fugiat concionator. idem sup. Ioann. Homil.26.
Motio locorum, iræ aut visitationis indicium.Chrysostom. sup. Actus Apost.Homil.11.
Ira tenebrosa res est.idem sup. Actus Apost.Hom.39.
Ira mansuetudine soluitur. idem ad pop. Antioch.Hom.62.
In iracundo omnia sunt turpia. ibidem.Homil.18.
Irascens peccatis, misericors est.idẽ sup.Epist.ad Corinth.Hom.14
Irascẽs, diaboli ludibriũ est.idem de mansuet.Sermo.

Mansuetudo.

EX GRAECIS.

HOminem mansuetum & ingeniosum, & virilem difficilè reperies. Plat. de Scient.
Mãsuetudo est sedatio motus, qui ab ira solet excitari, tẽperatio animi moderata. idem de defi.
Mansuetudo, virtus est animosæ partis, qua præditi ægrè mouẽtur ad iram. Aristo.de virt. & vit.diuis.
Mansuetudinis est posse ferre moderatè obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec esse de facili mobilem ad iras, esse autem moribus comem, ac mitem, & ingenio quieto, & stabili.ibid.
Hominem homini nihil aliud mãsuetum, et mitem reddit, quàm benenolentia, iustitia, & probitatis fides.Plut.de Polit.

EX SACRIS.

PAx, & mansuetudo, charactéres animæ piæ. Basil.in Epistо.
Mansuetus homo, cordis est medicus. Amb.ad Vercel.Epist.
Beatus, qui seueritatem, & mansuetudinẽ timet, vt altero disciplina seruetur, altero innocen-

tia non opprimatur. idem.

Sunt quidam mites, sed quandiu nihil dicitur, nec agitur nisi pro eorum arbitrio. patebit autē quàm longè sint à vera mansuetudine, si leuis oriatur occasio. Bernard. sup. Cant.

Mitiō est, quem nec rāpor, nec ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet, non irritat, non nocet, non nocere cogitat. Hier. in glos. sup. Matth. 5.

Regat disciplinā rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem: & sic alterū commendetur ab altero, vt nec rigor sit rigidus, nec māsuetudo dissoluta. Greg. 19. mor.

Magna est virtus, si non lædas, à quo læsus es: magna est fortitudo, si etiam læsus remittas: magna est gloria, si cui potuisti nocere, parcas. Isido. in Soliloq.

Multi mansuetè patiēdo iniuriā, postea mansuetudinem in malitiam vertunt. Greg. in Past.

Mansueti cùm præsunt, sæpe torporem desidiæ patiuntur. ibid.

Mansueti homines indignante domino ad iracundiam prouocātur. idem in Regist.

Mansuetudinem homini connatu ralem concupiscentiæ carnales exterminant. Bern. sup. Cant. Sermo. 37.

Hūc præcipua māsuetudinis laus, cum iræ causa iustissima. Plinius Iun. lib. 9.

Mansuetudine nihil potentius. Chrysost. sup. Genes. Homi. 57.

Mansuetudine furor vincitur. idē sup. Act. Apost. Homil. 31.

Mansuetudinē in periculis ostendamus. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 18.

Mansuetudo sit in corripiente. idē sup. Epist. ad Corint. Hom. 27.

Mansuetudo præcipuè eos ornat, qui in potestatibus sunt. idem sup. Act. Apost. Homi. 84.

Mansuetus, sibi & alijs vtilis. idē sup. Act. Apost. Homil. 4.

Mansuetus homo, velut nerui in corpore. idē de mans. Sermo.

Mitis, orphanorum est pater. ibid.

Memoria.

EX GRAECIS.

MEmoria, scriba est intus manens. apud Stob.

Mater musarū, memoria est. Plat. de Scient.

Mimus conseruant orationes homines perturbati. Arist. Elech. 1.

Eorū, quæ frequēter intelligimus, citò reminiscimur. idē de Mem.

Futura repeti memoria nō possūt, sed opinione potius cōprehendi, & sæpe præsumi possunt. ibid.

Memoria magis valet, qui habeti, obtusiq; sunt ingenio: reminiscentia verò magis vigent, qui acuto, docilique ingenio excellunt. ibidem.

Memoria

Memoria non est futurorum, nec præsentium, sed præteritorum. vnde sensus est præsentium: opinio, seu fides futurorū: & memoria præteritorum. ibidem.

Qui adolescunt, quiq; ad summam peruenium senectutem, memoria acri non sunt: alteri propter auctionem, alteri propter diminutionem. ibid.

Quædam semel videntes magis memoria tenent, quàm alia frequenter. ibidem.

Bonitas memoriæ attribuitur inuentibus. ibid.

Rerum præteritarum memoria, ad futurorum consultationem exemplar quoddam existit. Plut. de Educ. lib.

Faciendus est ex iugi memoriæ exercitatione habitus. Epicur. apud Diogen.

Recordatio rerum præteritarum secundarum addit animos vulgō sapienti non item humanarum incōstantiam considerāti. Demosth. 1. Olynth.

EX LATINIS.

FOrtior forsan memoria est, qui nullum subsidium extra se habet. Senec. Epist. 89.

Omnis disciplina memoria constat, frustráq; docemur. si quicquid audimus, præterfluat. Quintil. lib. 11.

Multum signa faciunt, & ex alia memoria venit alia. ibid.

Est situ in nobis, vt aduersa quasi perpetua oblitione obruamus, & secunda iucundè, ac suauiter meminerimus. Cicer. 1. de Finib.

Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. idem ad Luceium.

Memoria est signatarum rerum in mente vestigium. idem 1. Tusc.

Memoria minuitur, nisi exerceas eam: nunquam tamen quenquam senum oblitum audiui, quo loco thesaurum obruisset. Cato maior.

Rerum omnium thesaurus, memoria est. Cicer. 2. de Orat.

Multò acrior est memoria improborum, quàm bonorum. idem pro Flacco.

Mallem oblitionis, quàm memoriæ artem. memini enim eorū, quæ volo, obliuisci non possum quæ nolo. Themist. apud Cicero. 4. de Finib.

Exultat animus, magnorum virorum memoriam perlustrans. Max. lib. 4.

Stultum est eorum meminisse, propter quæ tui obliuiscere. Curt. lib. 4.

EX SACRIS.

NOn possunt memores esse qui multa mentiūtur. Erasm. in Epist.

Memoria in primis oratori necessaria

saria est. August. in princip. Rhet. cap. 1.

Memoria, infida custos rerum. idē lib. 2. contra Acad. cap. 9.

Memoriam optimam iracundi, & contentiosi habent. idem libro 7. de Ciuit. Dei. cap. 3.

Recordatio iniuriæ magis instigat, quàm mitigat. Bernard. in Epistol.

Ostiarius voluntatis, sit recordatio cœlestis gloriæ, & eius thalami custos, sit recordatio profundæ gehennæ. Bern. in parv. Sermon.

Memoria auditorum, multitudine verborum non obruenda est. Chrysost. sup. Matth. Hom. 22.

Obliuio.

OBliuisci eorum, quæ quis fœdè egit, bonorum est: reminisci autem, malorum. idem Topic. 3.

Verè sapientis est ineptiarum obliuio. Eurip. apud Plut.

O veneranda obliuio malorum, quàm es sapiēs, & miseris optabilis dea. Eurip. in Oreste.

Obliuio, exitus est memoriæ. apud Stobæum.

Obliuio, odiosa est. ibid.

Obliuio non sit repente, sed paulatim. August. in. lib. 6. Music. cap. 4.

Obliuio quædam bona est: quædā mala. Bern. in vigi. Na. Do.

Gratitudo, & Gratiarum actio.

EX GRAECIS.

QVicquid boni egeris, in deos refer. Bias apud Diogen. lib. 1.

Gratia sequitur eum, qui dat: non autē eum, qui non capit. Aristot. Ethic. 4.

Non perinde gratum est de amico bene mereri, quàm fœdum, id non facere, quoties opus est. Plut. de vtilit. capiēd. ab inim.

Accipiens redde: habens gratificare. Sodiad.

Nec à mortuo sermonem, nec ab auaro gratiam expectes. Socr. apud Volat.

Gratia non transgrediātur institiam. apud Stob.

Quod citiùs consenescit, gratia est. Arist. apud Diogen. lib. 5.

EX LATINIS.

IN conferendo beneficio, & in referenda gratia hoc maximè officij est, vt quisq; opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. quod cōtrà fit à plerisq; à quo enim plurimum sperant, etiamsi illi eo non egeant, tamen ei potissimum inseruiunt. Cicer. 2. Offic.

Acceptorū beneficiorum delectus habēdi, & in primis quo quisque studio, vel benevolentia fecerit, ponderādum est. multis enim

enim multa faciunt temeritate quadam, sine iudicio, vel modo in omnes, vel repētino quodam impetu animi, quasi vento incitati: quæ beneficia æquè magna habenda non sunt, ac ea, quæ iudicio considerātè, constantérq; delata sunt. ibid.

In referenda gratia, si modo Hesiodo credimus, debemus imitari agros fertiles, qui multò plus afferunt, quàm acceperunt: etenimsi in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt, ibid.

Hesiodium illud laudatur ab omnibus, qui eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiā cumulatiore si possis. Cic. de Clar. orat.

Leue est onus, beneficij gratia. idem pro Planco.

Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim vbi nulla negligentia intermissa est. Cicer. ad Curt.

Non est æquum tēpore, & die memoriā desiniri. idem ad Quir.

Vlciscendæ iniuriæ facilior est ratio, quàm beneficij remuneradi: propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari: tum etiam ne tam necessarium quidem est malè meritis, quàm optimè meritis referre quod debeas. ibid.

Dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Cic. pro Planco.

Non solùm gratus esse debet qui accipit beneficium, verùm etiā is, cui potestas accipiendi fuit. idem.

Cui gratia referri non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quantam maximam animi nostri capere possint. idē Philip. 3.

Qui habet, non meminit gratuitæ esse beneficentiæ quod accipit. Eras. in Epist.

Est aliqua gratitudinis portio, suæ quenq; bona nosse. ibid.

Tantò turpior gratiam non referri, quantò honestior causa referendæ. Plin. Iun. lib. 8.

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia nanq;
Cùm fieri properat, gratia grata magis. Auson. in Epig.

Bis est gratum, quod opus est, si vltrò offeras. Pub. Mim.

Quod bonis bene sit beneficium, gratia ea grauida est bonis. Plaut. in Capt.

Fictè refertur gratia inuitè danti. in Hist. Sax.

Vt his, qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit: ita his, qui necessariò profuerunt, habere

re gratiam non oportet. Cic. 1. de Inuent.

EX SACRIS.

GRatiæ Deo etiam preces nostras non exaudienti agenda. Aug. 121.

Gratias agere Deo possumus, referre non possumus. idem sup. Psalm. 47.

Gratiarum actio beneficij respondeat acceptio. idem lib. Soliloq. cap. 18.

Deo reputare debemus, si quid virtutis habemus, alioquin fures sumus. Bernar. sup. Cantic. serm. 12.

Non est superbia elati, sed confessio non ingrati, & habere te cognosce, & nihil ex te habere, vt nec superbus sis, nec ingratus. August. sup. Psalm. Custodi animam meam.

Grato animo nihil acerbius contingere potest, quàm si quibus immensam gratiam habeat, ne mediocrem quidem referendi suppetat facultas. Erasm. in Epist.

Gratia gratiam parit. ibid.

Si libenter, & ingenuè debeas, ex parte satisfacere creditori est. Hier.

Non esse superiorē in referendo, quàm in conferendo beneficio, hoc est esse inferiorem. Amb.

Danti rependi gratius quicquam ab accipiente non potest, quàm si gratum habuerit quod accepit: nam spiritui gratiæ contumeliam facit qui beneficium dantis grata mēte non accipit. Bern. in Epist.

Gratia indignos nequaquam tangit. Nazanz.

Nemo potest intelligere quod accipit, nisi meminerit. Cassiod. in quad. Epist.

Non dare cuiquam vix licet: non reddere verò non licet. Amb.

In omnibus benedicēdus est Deus. Chrysost. de Expul. Hom.

Gratiarum actio pudica sit, & mera simplicitate procedat. Bern. sup. Cant. serm. 16.

Gratiæ mentio non reūcit boni propositi præmium. Chrys. ser. 2. sup. Epist. ad Rom.

Gratitudinem nostrā deus amat. idem sup. Gen. Hom. 18.

Gratitudo pauperis nunquam perit. idem sup. Epist. ad Colossens. Homil. 1.

Ingratitudo.

EX GRAECIS.

INgratitudinem potissimum impudentia sequitur, ad omnem turpitudinem maxima est dux. apud Stob.

Ingratus quisquis est, in maiorem in modum deos, parentes, ac patriam negligit. ibid.

Ingrati cum iniuriosis commemorandi sunt. ibid.

Quanto

Quanto quisq; maioribus beneficijs acceptis non reddit gratias tanto iniustior. ibid.

EX LATINIS.

MAximum omnium vitiorum signum, est ingratitudo. Quint. Declam. 9.

Dedecus est semper sumere, nilq; dare. Martial.

Dixeris maledicta cuncta, cùm, ingratum hominem dixeris. Pub. Mim.

Ingrato homini nihil peius terra creat. idem.

Ita sunt isti, omnes nostri diuites, si quid bene feceris, leuior plurima gratia est: si quid peccatū est, plumbeas iras gerāt. Plau. in Pœnu.

Paupertas multos ingratos facit. idem.

EX SACRIS.

QVi se dicit scire quod nescit, temerarius est: & qui se negat scire quod scit, ingratus est. August. in Ser. de Ascen.

Si gratiā homini nō referre, simile homicidio est, quantū crimen est, Deo non referre? Ambr.

Peruersi cordis est, occasiones ingratitudinis inuestigare, nemo id facit, nisi qui etiā gratis ingratus est. Bern. Serm. 52.

Quod nō venit gratum, perditum est, non datum. idem.

Ingratus est, qui post veniam peccat. Chrysost.

Suspecta res est verbis beneficia rependere. Erasm. in Epist.

Nulla est intolerabilior contumelia, quàm quæ pro benefactis rependitur. ibid.

Amico vero gratiam referre, ingratitudinis genus est. ibid.

Sunt qui pro beneficio reponunt maleficium. ibid.

Eū malus est, qui de bene merente dicit malè. ibid.

Non est æquum ob ingratitudinē quorundam frustrari cunctos. ibidem.

Ingratis bene fecisse, bono viro dignum arbitror, præsertim Christiano. ibid.

Ingratitudo nullam recipit excusationem. ibid.

Sicut boni per contumelias meliores existunt: ita semper reprobi de beneficio peiores euadunt. Greg. in Homil.

Quantò maiora sunt beneficia hominibus constituta, tantò graniora peccātibus iudicia. Chrysost. sup. Matth.

Ingratitudo est ventus vrens, siccans fontes pietatis, & fluenta gratiæ. Bern. de Contemp. mun.

Ingrati sunt Deo, qui se peccatores negant. August. Serm. 12. de Verb. Apost.

Ingratitudo, peremptoria rei est, & hostis gratiæ. Bernard. de Euang. 7. Pas. Serm. 1.

EX

Sobrietas, frugalitas, & temperantia.

EX GRAECIS.

OMnis humana turba expers temperantiæ viuit. Plat. de Legib.

Temperatis hominibus, lex est Deus: intemperatis verò voluptas. idem Epist. 9.

Summo iure vtere moderatè: nauis enim tensa vi summa rudentibus mergitur, erigitur iterũ, si laxaueris rudentes. Eurip. in Oreſt.

Temperantia, quæ iucunda sunt, auget, & voluptatẽ maiorem facit. Democr. apud Stob.

Custos vitæ hominum, temperantia est. Plat. in Charm.

Temperantia in moderatione voluptatum constat. apud Stob.

Frugalitas auget animi magnitudinem. ibid.

Magistra consiliorum prudẽtium frugalitas est. Soph. apud Vol.

Viaticũ in parsimonia reponendum. apud Stob.

Penu virtutis, est temperantia. Menand. ibid.

Tam puram esse temperati vitam oportet, vt ne suspicionem quidem criminis incurrat. Aesch. ibidem.

Difficile est aut diuitem esse temperantem, aut eum, qui temperãs sit, diuitijs affluere. ibid.

Temperantiæ est, nihil mirari corporis voluptates, & cuiusuis fœdæ voluptatis & delectationis minimè appetentem esse, & timere etiam iustam licẽtiam, & intentum esse in vitæ rationem similiter in paruis, & magnis: assectatur autem temperantiam ordo, moderatio, pudor, reuerẽtia. Arist. de Virt. & vit. diuis.

Sobrietas, virtus est appetẽtiæ, per quam prauæ voluptates ne appetuntur quidem. Aristot. de Virt. & vit. diuis.

Quicunq; modum imperare ventri nescit, hic plura mala malis coacernat. Sophoc. apud Stob.

Commendamus frugalitatem, non quòd tanti res viles, ac minimè sumptuosas faciamus, sed vt hoc pacto animi magnitudinem augeamus. Apollon. apud Stob.

Dulcium, quæ rarissima sunt, maximè delectant, si quis modum excesserit, iucundissima quæq; iniucundissima fient. Democr. ibidem.

Modesta vita, diuinum officium. ibidem.

Temperãtia harmoniæ similis. ibi.

Firmissimus, atq; fortissimus bonorum custos, modestia est. Plut. de Polit.

Sicut hyemi per serenitatem parare conuenit: ita & mores boni, & optimum ad senectutem

tem viaticum, modestia in ipsa iuuentute reponentur. idem de educ. lib.

EX LATINIS.

IN omnibus adhibendus est modus necessarius. nam & gratia si minima est, & immodica: ista & mores si multi, ac varij: & verba si perpetua, & infinita, & obtundentia: & fama si magna, & inquieta, & inuidiosa sit: nec laudabilia, nec vtilia sunt. Gel. lib. 4.

Nihil tam æquè tibi proderit ad temperãtiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti: quicquid facies, respice ad mortem. Senec. Epist. 115.

Temperantia est, quæ in rebus aut fugiendis, aut expetendis, vt rationẽ sequamur monet: quæ animis pacem affert, & eos quasi quadam cõcordia lenit, ac placat. Cicer. de finib.

Temperantia, est libidinum inimica. idem 3. Off.

Suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. idem de Orat.

Inconstantis non puto sententiam aliquam, tãquam aliquod nauigium, è reipubl. tempestate moderari. idem pro Corn. Balb.

Nihil est tam præclarum, támque magnificum, quod non moderatione temperari desideret. Maxi. lib. 3.

Fœlicitas, & moderatio diuiduum contubernium habent. idem lib. 7.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos vltra, citrâque nequit consistere virtus. Horat. 1. serm.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra

Fortunam debet quisque manere suam.

Tu quoque formida nimiùm sublimia semper,

Propositique, precor, contrahe vela tui. Ouid. 3. Epist.

Vbique moderatio virium adsit, & quantum quisque possit, nitatur. Cato maior.

Magna pars libertatis est, bene moratus venter. Senec. Epistol. 114.

Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet,

Non domus, & fundus, non æris acerus, & auri,

Aegroto domini deduxit corpore febres,

Non animo curas. Horat. 1. Epist.

Frugalitatem exigit philosophia, non pœnam. Senec. Epist. 5.

Frugalitas paupertas voluntaria est. idem Epist. 17.

Frugalitas producere senectutem potest. idem Epist. 59.

Eas tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam, frugalitas est complexa. Cicer. 5. Tuscul.

Frugalitas, castitatis indicium est. Plin. Iun. lib. 4.

Nunquam periclitati sunt fama, qui frugalitatem inter copiam seruare cœperunt. Veg. lib. 4.

EX SACRIS.

FRugalitas virtutum omnium mater. *Aug. de vit. beat.*

Sobrietas mêtis, medicina est corporis. Amb. de Noë.

Frugalitas, nequitiæ cõtraria est. Aug. de beat. vit.

Temperãtia cordis, habeat animæ munditiam, iustitia misericordiam, prudentia pacem, fortitudo mansuetudinem. Amb. 3. de Offic.

In te consistito, non suprà attolli, non infrà deiici, non euadere in longius, non extendi in latius, tene medium, si non vis perdere modum, locus medius tutus est, sedes medij, et modus, virtus. Bern. 3. de consid.

Quia gaudia semper animos inquietant, modus rarò latis rebus interuenit. Cassio. 4. Epist.

Moderatio virtutũ pulcherrima. Amb. in lib. de vid.

Temperantia, fœminarum virtus est. ibid.

Pulchrius est aliquãdo modestia, quàm causa superiorem esse. Erasm. in Epist.

Modestiæ comes est vrbanitas. ibi.

Modestia est, cultum, & motum, & omnem nostram occupationem vltra defectum, & citra excessum sistere. Hug.

Modestia à modo dicta est. August. de beat. vit.

Modus pater est ordinis. idem lib. 2. de ord.

Modestia sit loco diuitiarum. Chrysost. sup. Epistol. ad Coloss. Homil. 12.

Modestiæ radix, paupertas. idem serm. 10. sup. Epist. ad Rom.

Iam rusticitatis, & miseriæ, velle, quantum sat est. Senec. Epistol. 91.

Intemperantia.

INtemperantia, vitium est cupidæ partis prauas voluptates amplectens. *Arist. de vit. & virt. diuis.*

Intemperantiæ est, sequi delectationes voluptatum noxiarum, & turpium, & arbitrarì maximè fœlices eos esse, qui in luxuriosmodi voluptatibus versantur, & facetum esse, & dicacem, & vrbanum, & versutum tam in verbis, quàm in rebus: sectatur autem intemperantiam ordinis perturbatio, imprudentia, confusio, incuria, negligentia, dissolutio. Arist. ibid.

Sumptuositas, incontinentiæ pars est. apud Stob.

Pauperibus, imò ditissimis impensæ insolitæ molestissimæ sunt. Demosth. in arg. lib.

Nihil

Nihil magis à cõtemplatione veritatis impedit, quàm luxus vitæ. Aug. de ver. relig.

Mũdi luxus, animæ piæ crux est. idem in manual. cap. 5.

Superfluitas exterior, interioris vanitatis indicium est. Bern. in Apolog.

Cibus.

EX GRAECIS.

QVod est modicum, citò digeritur. *Arist. de An. 17. Cibo nõ indigent æterna. idem Metaph. 2.*

Diuersitas alimentorum facit diuersas vitas animalium. idem Polit. 9.

Plurimum genus hominum ex fru ctibus terræ domestici viuit. idem Polit. 1.

Cauendi sunt cibi, qui non esurientes denuò ad edendum inuitent: cauendi sunt potus, qui non sitientes denuò ad bibendũ illectent. Socrat. apud Plut. de tuend. bona valet.

Exarnium numero dulciores illæ habentur, quæ non sunt carnes, ex piscibus ij, qui non sunt pisces. idem.

Mali ideò viuunt, vt edant, ac bibant: boni verò cibum sumunt, ac potum, vt possint viuere. Plut. de Poët.

Viere legibus antiquis: opsoniis verò recẽtibus. Demet. Phaler.

Cibus vt famis medicamentum sumitur. Plut. in conui. 7. Sap.

Qui suauissimè comedit, minimè opsoniis indiget. Socrat. apud Diog. lib. 2.

Hora prandendi est diuiti, quando vult: pauperi, quãdo potest. Diog. apud Laert. lib. 7.

Cibus, non qui plurimus, sed qui suauissimus eligitur. Epic. apud Diog. lib. 10.

Simplicibus, & nõ magnificis apparatis cibis assuescere, & salubritatis est, & hominem ad vitæ vsus necessarios impigrum reddit. ibid.

Vẽter, imperiosa corporis pars est. Homer. Odyss. lib. 11.

EX LATINIS.

PArabile, & appositum est, quod natura desiderat: ad supernacanea sudatur, ad manum est, quod satis est. *Senec. Epist. 4.*

Quemadmodum delicatas res desiderare, luxuriæ est: ita vsitatas, & non magno paratas fugere, demẽtiæ est. idem Epist. 5.

Copia ciborum subtilitas animi impeditur. idem Epist. 15.

Facile est pascere paucos ventres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes, quàm impleri parno fames cõstat, magno fastidium. idem Epist. 17.

Dij boni, quot hominũ vnus venter exercet! idem Epist. 96.

Natura ventrem non delectari vult, sed impleri. idē Epist. 120.

Cùm optimis satiati sumus, varietas etiā ex vilioribus grata est. Quint. lib. 10.

Victus, cultusq; corporis ad valetudinē referātur, & ad vires, non ad voluptatē. Cic. 2. Offic.

Tantum cibi, & potionis adhibendum est, vt reficiantur vires, non opprimantur. Cato maior.

Iucunditas victus est in desiderio, non in satietate. Cicer. 5. Tusc.

Cibi condimentum est fames: potionis, sitis. idem 2. de finib.

Cibus simplex vtilissimus. Plin. Senior. lib. 12.

Cibū somno cōcoquere, corpulentiæ prodest, non viribus. idem lib. 24.

Turpe est stomachi sui non nosse mensuram. Senec. Epist. 83.

EX SACRIS.

ALimenta, vt medicamenta sunt. Aug. 10. confess.

Non cibus, sed appetitus in vitio est: vnde & lautiores cibos plerunque sine culpa sumimus, & abiectiores nō sine reatu conscientiæ gustamus. Greg. 3. mor.

In cibo hæc mihi mensura tenēda videtur, vt nec cōtra honestatem, nec supra necessitatem sumatur. Hug. de didasc. monast.

Fames amica virginitati est, inimica lasciuiæ: saturitas verò castitatem proiicit, nutrit illecebram. Amb. serm. 40.

Simplicior cibus, & mēsa mediocris complurimum iucunditatis habent. Chrysost.

Cibus animæ, sermo Dei. Gregor. sup. 1. Reg.

Aqua, & panis naturæ satisfaciunt. Hier. ad Surd. & fratr.

Cibus omnis cū gratiarum actione sumendus est. Aug. 10. confess.

Alimentum nonnisi corruptum, in corpus mutatur. idē de verelig.

Esca solum secundū naturā nobis medicina est. Ambr. Hexaem. lib. 3.

Ciborum cupiditas malè sub munditiæ nomine excusatur. idem de morib. eccles.

Cibus omnis mundus mūdis. idem Epist. 59.

Cibus immodicus & animæ, & corpori nocet. idem de salut. doct. cap. 35.

Cibus nullus cōtaminat animam. idē in lib. expos. quarūd. quæst.

Cibum cū homine creauit Deus. idem libr. 2. sermo. Domini in monte.

Non cibus, sed luxus vituperandus est. idem contra Manich.

Ita se res habet, vt pro vniuscuiusque corporis congruētia vel delectet esca, vel offendat. idē lib. 21. contra Faust.

Cibus in ore, psalmus in corde sapit. Bern. sup. Cant. serm. 8.

Cibus meus, Christus est, & ego eius. idem sup. Cant. serm. 7.

Cibo

cibo indigesto comparatur scientia sine operibus. idem super Cant. serm. 36.

Potus, aqua, & vinum.

EX GRAECIS.

VInum, remedium aduersus senectutis duritiem. Plut. de legib.

Sicut igne ferrum: ita vino corpora senum molliuntur. ibid.

Dulce per se desideratur, vinum autem per accidens. Aristot. Topic. 2.

Inter pocula non est admonendum. Plut. de amic. & adulat.

Cauendi sunt cibi, qui non esuriētes denuo ad edendum inuitēt: cauendi sunt potus, qui non sitientes denuo ad bibendum illectent. Socrat. apud Plutar. de tuend. bona valet.

Vinum potus est suauissimus, & pharmacum vtilissimum, & opsonium quamminimè noxium, si quidem temperatum esse contigerit, idque magis vt in tēpore modicè sumas, quàm vt aqua diluas. aqua verò non solùm si vino admisceatur, verùm si subinde inter vina diluta per se sola bibatur, magis innoxium reddit quod dilutum est. ibid.

Vinum ad moderationis legē ingenua reuocat, placidioré reddit hominem, asperitatémque mitigat. idem probl. Deca. 1.

In vino, sicut in speculo, multorū ingenia præuidētur. Plat. apud Plut. probl. Dec. 2.

Vitis tres vuas fert: primā voluptatis, secundā ebrietatis, tertiā mœroris. Anach. apud Digo.

Vinū, et caro vires quidē maiores faciunt, verùm mētis impediūt actionem. Plut. apud Volat.

Vinum laborum pharmacum est. Eurip. in Troad.

Vino sublato, non est venus. idem in Bacch.

Maximè situm est lignum vitis. idem in Cyclop.

Vehemens res est vinum, & ad colluctandum grauis. ibid.

Aes, formæ speculum est: vinum, mentis. ibid.

Primum poculum sanitatis est, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, vltimum insaniæ. Pythag. apud Stob.

Pueri vsque ad decimumoctauū annū, vini vsum prorsus ignorent: nempe eos moncbimus non oportere ignem igni in corpus, atq; animam suggerere, antequā viri effecti, subire labores incipiant. Plat. 2. de legib.

Vinū bibere nō cōuenit pueris, nec horū nutricibus: quia nihil differt pueros vinū bibere, & nutrices. Arist. de somn. et vigil.

EX LATINIS.

AQua, & panis naturæ satisfaciunt. Senec.

Nam quanquam sapor est oblata dulcis in vnda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum deducere ramo,
Quàm de celata sumere lance iuuat.

Quis sit vini, quis mustì sapor iam scis. nihil interest centù per vesicam tuam, an mille amphoræ transeant, saccus est. Senec. Epist. 78.

Mulier, quæ vini vsum immoderatè appetit, & virtutibus ianuam claudit, & delictis aperit. Max. lib. 6.

Id præstantius vinum est, quod suapte natura placere potest. Colum. lib. 12.

EX SACRIS.

VInum vetus corpori commodius. August. lib. 12. de morib. Manich.

Vinum ad lætitiam, non ad ebrietatem datum est. idem de salut. docum.

Aqua omnium nascentium mater. idē sup. Genes. ad lit. cap. 2.

Aqua, ignis alimentum est. idem libro 2. de mirab. Sacr. script. cap. 31.

Aqua, liquorum omnium mater. ibid. cap. 18.

Tristitiæ remedium, vini vsus. Chrysost. sup. Genes. Homil. 29.

Vini abusus solùm malus. ibid.

Ebrietas.

TEmulentus, hu puer. Plat. de legib.

Ebrietas homines impetuosos facit. Arist. Polit. 7.

Senes in primis, fœminæ minus cæteris vino capiuntur. Arist. de ebriet. apud Plutar. probl. Dec. 1.

Quicunq; ebrius, modò domi manserit, sapiès est. idem in Cyclop.

Vinum æqualem habet vim, vbi hominem subierit, quē conturbat, illico prodit latentia in mētis recessu, animúmque vniuersum concutit. apud Stob.

Ebrietas nihil aliud, quàm insania voluntaria est. Senec. Epist. 84.

Ebrietas facit delictū mitius puniri. apud iurisp.

Ebrietas, causa seruitutis. Ambr. de Helia.

Ebrietas cor mutare, & mentem alienare solet. Greg. sup. 1. Reg.

Primū ebrietatis malum est, pudicitiæ periculū. idē de virg. li. 1.

Ebriosi delectantur falsis fusculis. Aug. lib. 8. confess. cap. 3.

Ebriosa virgo, cōiugata sobriæ potior est. idē de bon. cōiug. ca. 24.

Ebrietas excæcat sensus. Chrysost. sup. Genes. Homil. 29.

Ebrietas, volūtarius est dæmō. ibi.

Ebrioso asinus melior. idem super Matth. Homil. 59.

Ebrietas quædam ira. idem super Ioann. Homil. 26.

Ebriet

Ebrietas mater scortationis. Chrysost. ser. 24. sup. Epist. ad Rom.

Ebrietatem immodestia facit. idē ad pop. Anth. Homil. 1.

Ebrietas, tempestas est tam in animo, quàm in corpore. ibidem Homil. 46.

Ebrietas seipsam ignorat. idem de ieiun. ser. 1.

Manifestum est, senem non modò bis fieri puerum, sed inebriatum quoque. Plato apud Stob.

Conuiuium.

EX GRAECIS.

NOn est rei apta conuiuij, esse sapientem. Agesil. apud Plut. de cohibend. ira.

Inter pocula non est admonēdum. idem de amic. & adulat.

Si dextrè, vrbanitérque recuset, non minus grata fuerit excusatio, quàm potatio. idem de tuend. bona valet.

Odi memorem compotorem. idem, an conueniat philosophari inter pocula.

Quotus nostrum est, qui aut possit esse sapiens, aut velit? ibid.

In conuiuio eadem sermonis sit, quæ vini communio. ibid.

Eiusdem est viri, & actē terribilissimā, & conuiuiū lætissimū instruere. Plut. probl. Dec. 1.

Non edendi, bibendique causa, sed combibēdi, comedēdique causa nos mutuò inuitamus. Aegias apud Plut. probl. Dec. 2.

Intempestiua inter potādum garrulitas plerosque, dum nugantur, transuorsum rapit, & animos libidini obsecundare compellit. Plut. probl. Dec. 7.

Ferenda est socij molestia in nauigatione, & militia, quibus cum necessitas communis imposuerit: sed quibusnus so cōtinuò immiscere, hominis est amentis. idem de conui. 7. Sap.

Linguæ semper certè, præsertim in conuiuio retinenda. apud Diogen. lib. 1.

Præsens frequentia hominum in conuiuio habet ex sese delectationem. Eurip. in Med.

Ingenuum esse eum, qui ad conuiuia inuitatur, oportet.

Non conuenit epulantes audire luctus. Eurip. in Alcest.

Tū inter epulas fortis vir esse potest, quàm qui in bello pugnas sequitur luctuosas. apud Stob.

EX LATINIS.

CVra, ne conuiuiorū ministri maioris sint pretij, quàm quibus ministratur. dedecet enim paucis torū, quibus accumbitur, multas animas inseruire. Epict. apud Stob.

Litigare, & contendere cum vbique sit vitiosum, tum inter pocula maximè. ibid.

Quidam canēt tecum, quia digni sunt, quidam, vt sint. Senec. Epist. 47.

EX SACRIS.

Conuiuium vix sine culpa celebrari potest. Greg. 1. mor.
Quædam sunt vitia, quæ à conuiuio vix separari possunt. ibid.

Fames.

EX GRAECIS.

Esuriens necessarijs vtatur potius, quàm suauibus. Plut. de tuend. bon. valet.
Difficilè est verba facere ventri aures non habenti. Cato apud Plut. in Apophth.
Fames omnia reddit dulcia præter seipsam. Antiph. apud Stob.

EX LATINIS.

Paruo fames constat: magno fastidium. Senec. Epist. 17.
Fames famem vincit. idem Epist. 111.
Nihil contemnit esuriens. idem Epist. 120.
Ambitiosa non est fames, contenta est desinere. ibid.
Expecta, nec antè edas, quàm aut bonum panem habere cœperis, aut malum desinas fastidire. idem Epist. 124.
In aliena fame sui quisque miseretur. Quint. Declam. 5.
Non habitant simul pudor, & fames. idem Declam. 12.
In magna inopia quicquid emi potest, vile est. ibid.
Cibi condimentum est fames: potionis, sitis. Socr. apud Cicer. 5. Tuscul.
Fames audaciam præstat. in Hist. sax.
Fames, vltimum supplicium. Liuius 3. Deca. lib. 1.
Fames, & frigus, miserrima mortis genera. idem lib. 8.
Fami nullum licet contradicere verbum.
Fames multorum est magistra.

EX SACRIS.

Mirabile martyrium, et graue, inter epulas esurire. Bern. in paru. serm.
Fames, naturalis morbus est. August. sup. Psalm. 37.
Fames mentis, est silētium diuinæ elocutionis. Greg. 6. mor.
Fames carnis, est subtractum subsidium corporis. ibid.
Famelici non facilè ab alieno cibo abstinent, si sit oblata quouis modo edendi facultas. apud Plat.
Fames ab edendi amore differt. Aug. lib. 4. contra Iulian.
Fames septem dierum intolerabilis fuit. idem sup. Psalm. 122.
Esuries Domini nō ex necessitate. Chrysost. sup. Matth. Homil. 4.
Non esurire, diuinæ est naturæ. idem sup. Matth. Homil. 5.
Fames ingens sanctos Dei vexat. idem sup. Genes. Homil. 66.

Fames

Fames crudeles mortes tentauit. idem ad popul. Antioch. Homil. 36. de eleemo. & miser.

Sitis.

Cibi condimentum est fames: potionis, sitis. Socra. apud Cicer. 5. Tusc.
Sitis cōsuetudine vinci potest. Plinius Senior lib. 7.
Sitis est famis medicamentū. Ansel. sup. Epist. ad Roman.

Gula, & Gustus.

EX GRAECIS.

Vini, & carniū plenior vsus corpus quidem validum, animum verò imbecillum facit. Plut. de tranquill. anim.
Ædificant homines tāquam immortales, & opsonant tāquam parū victuri. Strat. apud eūd. de cupid. diuit.
Sunt, qui acutius pollent sensu palati, quàm cordis. Cato apud Plutarch. de Poēt.
Gustus mercatum inuitat. Eurip. in Cyclop.

EX LATINIS.

Vitium ventris, & gutturis, non solùm minuit ætatem hominibus, sed etiam aufert. Cicer. pro Marc. Cælio.
Cibo homo maximè perit. Plin. Senior. lib. 26.
Epularū repletio vim veneni tardat. Liuius Decad. lib. 10.
Amara non sunt eadem omnibus. Plin. Senior. lib. 22.
Fastidiētus stomachi est multa degustare, quæ vbi varia sunt, & diuersa, coinquināt potius, quàm alunt. Senec. Epist. 2.
Nullis animalibus, nisi ex fastidio nostro pax est. idem Epist. 90?

EX SACRIS.

Saepe edendi ratio seruit gulæ, et seruire se simulat indigentiæ naturæ. Greg. 7. mor.
Cor habet in ventre gulosus, lasciuus in libidine, cupidus in lucro. Hier. sup. Matth.
Gulæ saturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniūmq; euertere facit. Isidor. lib. 1. de summo bono.
Valde absurdum est nimia saturitate velle placare martyrem, quē cognouimus Deo placuisse ieiunijs. Hier. in Epist.
Gula est mater luxuriæ, quia vēter, & genitalia sunt vicina. apud Iurisp.
Non cibus, sed appetitus in vitio gulæ est. Greg. lib. 30. mor.
Gula sæpe loquacitatem, & luxuriam generat. idem in Past.
Gula per abstinētiam frangitur. idem sup. 1. Reg.
Gulæ vitio resiso, multa simul vitia subiugantur.

Gula innumera vitiorum agmina ad animæ conflictum producit. ibidem.

Ebrios delectantur falsiloqui. Augustin. lib. 8. Confess.

Gustu contemplationis refectus diuina habet intelligere. Bernar. de considera. ad clericos.

Gustu diuinæ præsentiæ variatur animæ pro variis eius desideriis. idem sup. Cant. Serm. 30.

Saporem boni perdidimus in Eua. Bernard. sup. Cant. Serm. 85.

Sapores Dei, diuersè sumimus. Bernard. in parv. Serm.

Gula excæcat intellectum. idem sup. Ioann Homil. 44.

Saturitas, morborũ fons. Chrysost. ad popul. Antioch. Homil. 55.

Saturitas eadem diuitis, & pauperis. Augu. Serm. 6. de verb. Domini.

Saturitas, castitati inimica est. idem Serm. 17. de temp.

Iuramentum.

NVllum iuramentum graue est furi, & impostori. Sophoc. apud Stob.

Improborum iuramẽtum in aqua scribe.

Iuramenta non fidem asserunt viris, sed viri iuramentis. ibid.

Præsente flagello non postulet iuramentum. Apollod. ibid.

Qui iuramentum à malo viro postulat, insanit. ibid.

Amatorum iuramenta, deorum nõ subeũt aures. Callimach. ibi.

Dico vobis, ne iurare omnino; ne scilicet iurando ad facilitatem iurandi veniatur, de facilitate ad consuetudinem, de consuetudine in periurium decidatur. August. contra mendac.

Iurauit Dauid temere, sed nõ implenit iuramentum maiore pietate. idẽ de Decol. Ioan. Bapt.

Ille, qui hominẽ pronocat ad maiorem iurationem, & scit eum falsò iuraturum esse, vincit homicidam. quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas animas, et eius, quem iurare pronocauit, et suã. ibid.

Non penitus iurare prohibuit, sed occasionem periurij, quod perfectius est, euitare docuit. Gregor. sup. Matth.

Quacunq; arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, sic illud accipit, sicut ille, cui iuratur intelligit. Isid. de summo Bono. lib. 2.

Iurans secundum illius, cui iurat, expectationem, fidem præstet. idem Epist. 124.

Iurans multùm, peccatum non effugiet. idem de salut. doct.

Dei iuratio, promissionis est confirmatio. Idem sup. Psalm 88.

Iuramẽtum facit præsumi verum, quod iuratum est, nisi contrarium probetur. apud Iurisp.

Iurans ex calore iracundiæ, non obligatur. ibidem.

Iuramentum interpretatur secundum

dùm intentionẽ deferẽtis. ibid.

Iurans per metum, seruare contractum, soluẽdo non censetur approbare, & repetere potest. ibi.

Iuramẽtum iocosè prolatum obligat saltem ad veniale peccatũ. ibidem.

Iuramẽtum impedit obliuionem. ibidem.

Iuramentum magis indicium incredulitatis, quàm fidei. Chrysost. sup. Epist. ad Ephe. Serm. 2.

Iurat Deus, vt incredulitatẽ condemnet. idem sup. Matth. Homil. 21.

Iuramenta sequuntur periuria. idẽ ad popu. Antioch. hom. 19.

Non iurare, securus portus est. Chrysost. sup. Actus Apostolo. Homil. 14.

Ad iurãdum facilis, parum pietatis habet. idem sup. Epist. ad Ephes. Serm. 2.

Periurium.

PEriurus est, qui etiam per id, quod nihil est, falsum iurat. Augu. Serm. 28. de verb. Apost.

Falsum iurantem audiens, & tacens, peccat. idem lib. 3. Quæst. sup. Leuit.

Ecce dico charitati vestræ, & qui per lapidem iurat, periurus est. idem de decollat. Ioann. Bapt.

Eatenus amicis, & familiaribus auxiliandũ est, quatenus per-

iurium non admittatur. Lycurg. apud Stob.

Testimonium falsum nemo contra seipsum dicere potest. Augustin. lib. 1. de Ciuit. Dei. cap. 20.

Nemo est, qui frequenter iuret, qui aliquando nõ periuret. sicut qui consuecuit multum loqui, aliquando loquitur importuna. Chrysost. sup. Matth.

Testis falsus accusati pœnam subibit. idẽ lib. 5. Quæst. sup. Deut.

Testis de falso non punitur, qui in accessorijs mentitur, si in principali verax sit. apud Iurisconsultos.

Testis falsidicus tribus est personis obnoxius. primũ Deo, quem periurando contemnit: consequenter iudici, quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio lædit. Isid. 3. de summo Bono.

Qui semel à veritate deflexit, is non maiore religione ad periurium, quàm ad mẽdacium perduci consuenit. Cicer. pro Roscio.

Periurium tolerabile in promissis nõ honestis. Amb. lib. 3. de Off.

Difficultas, & Impossibilitas.

IMpossibile est idem esse propriũ, & plurium. Aristotel. Topic. 5.

Impossibile est scire quid scit ignorare, si est. idem Post. 2.

Nullum

Nullum impossibile sit. idē de cælo, & mund.

Deus hoc solùm priuatur, infecta facere quæ facta sunt. Arist. Ethic.6.

Non est possibile sine alimento viuere, & bene viuere. ibid.

Quicquid vult, habere nemo potest: illud potest, nolle, quod non habet. Senec. Epist. 124.

Non tentanda quæ effici omnino non possunt. Quint. lib. 4.

Difficilia sunt arcana reticere, & otium rectè dispensare, iniuriásque tolerare posse. apud Diogen. lib. 1.

Nullus cogitat quàm difficile sit, idem facilis præstare quod interdeliberandū promittit. nam consultamus secuti: in opere autem cum timore deficimus. Thucyd. apud Stob.

Difficilia sunt, quæ præclara. Plat. de Repub.

Difficillima res est, seipsum cognoscere. ibidem.

Rebus maximis difficultatem ipsa natura proposuit. in Sentent. Cicer.

Difficile videtur omne opus, antequam tentes. Veg. lib. 2.

Difficile est, quod non potest expediri, nisi per principem. apud Iurisconsl.

Impossibile, Deum peccare. Chrys. sup. Ioann. Homil. 37.

Impossibile nihil, quod à Christo imperatur. idem sup. Epistol. ad Hebr. cap. 6.

Facilitas.

MAlum est facile, & bonū difficile. Arist. Ethic. 2.

Quæ in re excellit quisque, eò libenter, & promptè ducitur. Plut. Probl. Dec. 1.

Vltro nonnunquam sunt quæ magno labore vix possint fieri. Demosth. 1. Olynth.

Facilia ipsos quoque fugiunt negligentes: difficilia verò cura, & diligentia capessuntur. Plu. de lib. educ.

Omnium rerum cupido lāguescit, cùm facilis occasio est. Plin. Iunior lib. 8.

Contemptui est obnoxium omne, quod facilè superatur. Nazian.

Intellectus.

INtelligentes & illuminati plures reperiuntur, sed affecti pauci. Bern. in Ascens. Domi.

Intellectus est lumen, quod Deus infundit animæ. Aristotel. Rhetb. 3.

Plura contingit scire, sed non intelligere. idem Topic. 2

Scire, est per demonstrationem intelligere. idem Poster. 1.

Quod parum distat ab intellectu, quasi nihil distare videtur. idem Physic. 2.

Vbi plurimus intellectus, et ratio, ibi minima fortuna: & vbi plurima fortuna, ibi minimus intellectus. idem de bon. fort.

Qui

Qui vnum nō intelligit, nihil intelligit. Arist. Metaph. 4.

Intellectū fac ducem. Solon apud Diog. lib. 1.

Deputemus intelligētiam datam, quasi pecuniam mutuatā. quo plus nobis creditur ex benignitate, eo debitores tenemur amplius in opere. Greg. in Mor.

Intelligere est quasi euestigio subsequi. Lact. lib. 6.

Qui vult intelligere, qualis est, tales videre debet, qualis non est. Greg. 24. Mor.

Punge, & dabit lachrymam: stringe, & dabit intellectum. Orig. sup. Exod.

Intellectus, spirituale donum. Amb. sup. Psal. 118.

Intelligere superflua non nocuit: nocuit autem didicisse. Aug. de Vtil. cred.

Intellectus cùm intenditur, eius in Deum affectus ardentior aperitur. Greg. 20. Mor.

Intellectus donum exercitādum, ne in otio torpeat. idē 22. Mor.

Quidam de intelligentia, alij de operatione exultant. ibid.

Affectu intellectui, & intellectui repugnantibus, vita infernalis est. Bern. Epist. 176.

Intellectus est pars animæ. ex sententia Aug.

Intellectui fides viam aperit: infidelitas claudit. ibid.

Intellectus, merces est fidei. idem Tract. 29. in Euang. Ioan.

Aliud est intellectus, aliud ratio. idem Serm. 28. de Verb. Apost.

Intellectus ex litera erudiendus, atq; diripiendus est. Bern. sup. Cant. Serm. 73.

Intellectus rerum spiritualiū, verus est animæ panis. Bern. in Annunt. beat. Mar.

Intellectus, armatura est cordis. Chrysost. de Spir. sanct. Hom.

Ita magis intelliges quædam placuisse, si quædam displicuisse cognoueris. Plin. Iun. lib. 3.

Qui dubitant, vtrum oporteat venerari deos, & honorare parentes, ánnon indigent pœnā? Arist. Topic. 1.

Qui dubitat, vtrum nix sit alba, indiget sensu. ibid.

Dubitatorum solummodo est, veritatis inquisitio. idem Metaphys. 3.

In obscuris vti oportet apertis testimonijs. idem Eth. 2.

Solutio dubitationis, est inuentio veritatis. idem Eth. 7.

Maximū indicium est malæ mentis fluctuatio. Cic.

Bene præcipiunt qui vetāt quicquam agere, quod dubites, æquum sit, an iniquum. idem 2. Offic.

Satius est, idipsum, de quo ambigitur, concedere, quàm impudenter resistere. ibid.

In dubijs autores citandi sunt. Plin. Senior lib. 23.

Semper æstuabit qui de singulis temporum articulis deliberaucrit.

rauerit. Suet. Tranq.

In dubio plus alieno, quàm proprio credimus consilio. Bern.

Ambigua in meliorem partem sunt vertenda. Ansel. sup. Epist. ad Rom.

Res dubia hominem negligentem facit. Chrysost.

Ad incertum nemo vult laborare. Lact.

Satius esse puto in nonnullis hallucinari, quàm odiosa diligentia ea perquirere, quæ melius latuissent. Eras. in Epist.

In rebus dubijs non debet esse iudicium absolutum. Greg.

Dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. Greg. sup. 1. Reg.

Multa cadunt inter calicem, supremáq; labra. Homer. apud Stob.

Frustratio spei, & alius euētus perturbat, ac magnopere debilitat animos. Demost. 1. Olynt.

Si omnes morerentur, quibus non contingūt eā, quæ desiderant, omnes sanè morerentur. apud Stobæum.

Tepidi quasi in inferno sunt. Ber. de Ascen. Dom. Ser. 3.

Dubitare de Christo, mors est. Aug. Quæst. 73. ex nouo test.

Sensus.

SEnsus pluribus intentus, est minor ad singula. apud Iurisc.

Vnusquisq; ex suo sensu abundat. Hier. ad Demetr.

Sensus magis attendendus, quàm

verba. Amb. sup. Luc. lib. 2.

Sentire prius est, quàm mouere. Aug. lib. 7. de Gen. ad Lit.

Sensus melior in brutis, quàm in hominibus. idē de Quant. ani.

Sensus omnes falli possunt. idem lib. 2. Soliloq. cap. 6.

Sensibus, velut naui vtimur. idem lib. 1. Soliloq. cap. 4.

Sensus diuersi in corpore, videm in animo. idem lib. 5. de Trin.

Sensuum ita clara sunt iudicia, & certa, vt si optio naturæ nostræ detur, & ab ea Deus aliquid requirat, contenta ne sit suis integris, incorruptisq; sensibus, an postulet melius aliquid, nō videam quid quærat amplius. Cic. 2. Acad.

Omnes tacito quodam sensu sine vlla arte, aut ratione quæ sunt in actibus, aut rationibus, recta, ac prauа dijudicant. idem 3. de Orat.

Auditus.

AVditus in homine est via ad disciplinam. Aristot. de Sensu & sensato.

Aures magnæ, & erectæ vtrā modum sunt indices stultitiæ, atq; loquacitatis idē de Ani. 1.

Auditus à turpitudine cohibendus. Plut. de Aud. poēt.

Audiendi magis, quàm loquēdi studiosos esse oportet. Cleob. apud Diog. lib. 1.

Qualia dixeris, talia audies. Homer. Iliad. lib. 20.

Auditor

Auditor non solum ab oratoris verbis, sed ipse, quæ opus sunt, omnia considerare debet. Demosth. 1. Olynth.

Audiamus duplo, quàm loquamur. apud Stob.

Audiendum sine ira. ibid.

Qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt. Quint. lib. 8.

Absentium sermones tinnitu aurium præsentiuntur. Plin. Senior lib. 28.

Legendi semper occasio est, audiendi non semper. Plin. Iunior lib. 2.

Sunt quædam audientium auribus danda, præsertim si materia non refragetur. ibid.

Quæque quisq; auditor, quem non potius dulcia, quàm austera, & pressa delectant? ibid.

Auris bona est, quæ libenter audit vtilia, prudenter discernit, obedienter operatur intellecta. Bern. in quad. Epist.

Ipsa etiam audire, etiam scientibus prodest. Chrysost. Ser. 2. sup. Epist. ad Hebr.

Non æque amici audiunt, & inimici. Hier.

Secundùm capacitatem auditorum moderetur lingua doctorum. Greg. 12. Mor.

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur: & propter malos auditores boni doctoribus sermo subtrahitur. idē sup. Ezech.

Humanæ aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant. idem 26. Mor.

Audire, volentis est: sustinere nolentis. idem lib. 15. Mor.

Boni auditores verba non impugnant audita, sed credūt. idem 20. Mor.

Alia sunt, quæ iacentes, alia, quæ stantes audire debemus. idem sup. Ezech. Hom. 9.

Audientes libenter prædicatorum verba, facilè non exaudiuntur. idem in Reg. ist.

Auditu, & non visu peruenitur ad notitiā veritatis. Bern. sup. Cant. Ser. 23.

Auditus, visus est præparatio. idem sup. Cant. Serm. 22.

Auris ad obediendum præparari debet. ibid.

Auditus ad meritum, visus ad præmium. ibid.

Auris prima mortis ianua, prima aperiatur & vitæ. ibid.

Audire non solùm debemus, sed imitari. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Homil. 6.

Auditor in delicijs agens, ociosus est. idem sup. Act. Apost. Homil. 42.

Auditores quiq; suum remedium in concionibus capiant. idem sup. Gen. Hom. 6.

Auditores benevoli, alacres reddunt prædicatores. idem sup. Gen. Hom. 54.

Vocem illius doctoris libenter audio, qui non sibi plausum, sed

mihi

mihi planctum moueat. Bern. sup. Cant. Ser. 59.

Detractio, & execratio.

INsita oblectatio mulieribus est, præsentia mala in lingua habere. Eurip. in Alcest.

Anans obtrectationem res est mulierum genus, paruæ enim occasiones sermonum si nactæ fuerint, plures insuper inserüt: voluptas quædam est nihil sani sibi inuicem loqui. idem in Phœniss.

Pœnas dat quisquis bonis maledicit. Plut. in Apophth.

Quòd omnia nos puritiæ mala sequuntur, causa est, quòd inter execrationes parentum creuimus. Senec. Epist. 6.

Quid interest, vtrum deos neges, an infames? idem Epist. 124.

Nihil est tam volucre, quàm maledictum: nihil tam facilè emittitur, nihil latius dissipatur. Cic. pro Planc.

Deus maledicit, & maledicere homo prohibetur. Gregor. lib. 5. Mor.

Non debes alijs detrahere, quòd vni si obsequctior. Plu. Prob. 2.

Caue, ne ipse detrahas alijs, aut alios audias detrahentes, non minus auribus, quàm lingua fugias detrectationẽ: nam detractor dum te videt non libenter audire, non facile potest detrahere. Hier. in Epist. ad Nep.

Vilium satis hominum est, & suã laudem quærentium, alios viles facere: quia alterius vituperatione se laudari putant, & qui suo merito placere nõ possint, placere volunt in comparatione malorum. Hier.

Ii, quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnunt. Greg. sup. Ezech. Homil. 9.

Linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita per suã malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis crescat in meritum. ibid.

Habet hoc obtrectatio, vt etiamsi fidẽ faciat, tamẽ auditor prius de eo sentiat, qui narrauit. Erasm. in Epist.

Aduersus malitiam calumniandi nihil est tutum. ibid.

Omnem, qui palàm veretur dicere: quod in aure loquitur, suspectum habeas: quòd si coram te indicare ille renuerit, delatorem iudices, nõ accusatorem. Bern. de Consid.

Detractio, est locutio ex inuidia, bona aliorũ denigrans. Hug.

Qui contra supra positã sibi potestatẽ murmurat, liquet, quòd illi redarguit, qui eandẽ homini potestatẽ dedit. Gre. in Mor.

Discat

Discat non murmurare, qui malè patitur, etiàsi ignoret, cur mala patitur. per hoc quisq; iustè se pati arbitretur, quæ ab illo iudicatur, cuius nunquã iniusta iudicia sunt. Isid. 3. de summo Bon.

Permittitur detractio, vt caueatur elatio. Greg. 22 mor.

Detractio, venenum est amicitiæ. Aug. de amici. cap. 13.

Detractione patientia nostra probatur. idem lib. 3. contra lit. Epist. Petil.

Detrahenti inimico non est credendum. ibid. cap. 10.

Peior est detractio in magni nominis viris, quàm in plebeijs. idem sup. Psal. 49.

Detrahentes, in terram insuflãt, & pulueren in suos oculos mittunt. Greg. in regist.

Murmurantes dicũtur intrare in iudicium cũ Deo. idẽ sup. 7. Psal.

Lingua detractoria, vipera est. Bern. de trip. cust. serm. 1.

Non maledicere, virtutis quædam particula est. Chrys. sup. Matth. Homil. 65.

Suum cuiq; incõmodum ferẽdum est, potiusquàm de alterius cõmodis detrahendũ. Cic. 3. Offic.

Iniustè in malis deos incusamus. Homer. Odyss. lib. 1.

Iudicium Dei imprecari, maledicentis est. Aug. sup. Psal. 53.

Non amicum est, sed sophisticum, ex alienis erratis sibi gloriam parare. Plut. de amic. & adul.

Homines alij alijs multa possunt obijcere. Homer. Iliad. lib. 10.

De alienis vxoribus nihil tandem dicendum est. Plut. in Apoph.

Adulatio.

EX GRAECIS.

LAudare præsentem, adulatoris est. Arist. Rhet. 2.

Non possumus aliquo amico vti, & adulatore. Plut. de præcep. connub.

Sicut extremum iniustitiæ genus est, iustum haberi, qui iustus non est: ita & adulatio est periculosior, quæ latet, non ea, quam aliquis præ se fert. Plut. apud Plut. de amic. & adulat.

Adulatori semper curæ est, secũdas agere partes: sic imitatur æqualitatem, vt superetur, sitq; inferior omnibus in rebus, præterquam in malis. ibid.

Animal inter omnia maximè noxium est, inter immitia tyrannus: inter mitia adulator. Bias. apud Plut. ibid.

Assentatoribus, & adulatoribus præsertim, res aduersæ acceptæ ferendæ. Demosth. in Philip. Decl. 3.

Assentatio gratior est admonitione. idem Exor. 24.

Ligna dum augent ignem, ab ipso consumuntur: opes dum alunt adulatores, ab ipsis pereunt. apud Stob.

Vt meretrices bona omnia præter

mentem, & prudentiam suis amatoribus imprecantur: sic adulatores ijs, quibuscũ agũt. Pythag. apud Stob.

EX LATINIS.

SEmper auget assentatio id, quod is, a quo dicitur, vult esse magnum. Cicer. in Lælio.

Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, ne adulari nos sinamus, in quo falli facilè est, tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur. ibid.

In obsequio comitas adsit, assentatio omnium vitiorum nutrix procul amoueatur. ibid.

Blanditia cùm vitiosa sit, ac turpis in cætera vita, tamen in petitione magistratus est necessaria. Cic. de pet. consul.

Mihi hæreditates honestæ non videntur blanditijs officiorum, non veritate, sed simulatione acquisitæ. idem 3. Offic.

Omnia assentari est nũc quæstus multò vberrimus. Terent. in Eunuch.

Regũ opes sæpius assentatio, quàm hostis enertit. Curt. lib. 8.

Adulationis est species, cùm laus postulationem præcedit. in Histor. Sax.

EX SACRIS.

DVo sunt genera persequutorum: vituperatiũ scilicet, & adulatiũ: sed plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus persequentis. Aug. sup. Psal. 69.

Emolliri adulationibus, nõ solùm fortitudinis non est, sed etiam ignauiæ. Amb. lib. 1. de Off.

Beata mẽs, quæ nec adulatur aliquãdo, nec adulãti credit: quæ nec decipit alterũ, nec ipsa decipitur: deniq; nec malũ facit aliquando, nec patitur. Hiero. ad Demetr.

Isto maximè tẽpore regnat vitiũ adulationis: quódq; est grauissimum, quod humilitatis, ac benevolentiæ loco ducitur. & ita fit, vt qui adulari nescit, aut inuidus, aut superbus reputetur. idem.

Natali ducimur malo, & adulatoribus nostris libenter fauemus: & quanquam respondeamus nos indignos, et calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem suã anima intrinsecus lætatur. idem ad Sabinia.

Sicut finis oratoris est, dictiõe persuasisse, & medici, medicina curasse: sic adulatoris est finis suauiloquio decepisse. Chrysost.

Adulatio blãda omnibus applaudit, omnibus Saluc dicit: prodigos vocat liberales: auaros, parcos. & sapiẽtes: lasciuos, curiales: garrulos, affabiles: obstinatos, constantes: pigros, maturos, & graues. hæc sagitta leuiter volat, & citò infigit. Cassio. in Epist.

Adulatio si ad tẽpus suscipitur, augetur. Greg. li. 2. sup. Ezech.

Adulatio fallax, crudelis est. August. li. 2. cõtra lit. Petil. ca. 67.

Adulari est, seductorum. Chryso. sup. Epist. ad Thess. Hom. 2.

Adulari egregiè norunt auari. idẽ sup. Epist. ad Heb. Hom. 15.

Superbia.

EX GRAECIS.

GLoriamur, ac superbimus in his, quæ sapimus. Plat. de Amic.

Ciuibus placere omnibus studeo, habet enim id multũ gratiæ, contrà verò superbia, ac fastus semper nocuit. Bias apud Diogen. lib. 1.

Nunquã de te superbã opinionem concipias, nec cõtra de te humiliter sentias. Phauo. apud Stob.

Superbia superstitiõi parẽs. ibid.

Superbiam fœlicitas excitat. ibid.

EX LATINIS.

SVperbia, commune nobilitatis malum. Sallust. in bell. Iug.

Cui ò ignominia sit superbi gloria. Pub. Mim.

Superbiæ, & crudelitati si seræ, non tamen leues venit pœnæ. Liuius 1. Dec. lib. 3.

EX SACRIS.

SVperbia ex bene gestis plerũq; nascitur. Ansel. sup. Epist. ad Thessal.

Superbus censetur, qui vult bonũ facere sine timore Domini. idẽ sup. Epist. ad Corinth.

Superbus neminem putat humilẽ. Chrysost.

Superbus sæpe contrarium, quod optat, consequitur. idem.

Diuitem non esse superbũ, est difficile. Aug. Homil. 13.

Inuidia est filia superbiæ: sed ista mater superbia nescit esse sterilis, vbi fuerit, cõtinuò parit. suffoca matrem, & non erit filia. idem ser. 52. de verb. Domini.

Superbia, & cupiditas intantùm vnũ malum sunt, vt nec superbia sine cupiditate, nec cupiditas sine superbia posit inueniri. Bern. serm. 37. ad Sor.

Magis cogitare debetis quid vobis desit, quàm quid vobis adsit. quod habes, caue ne perdas: quod nondum habes, supplica, vt habeas: inquantum sis minor, est considerandum, nõ inquantum sis maior. Si enim cogitas, quãtũ præcessisti alterũ, time tumorem, si verò cogitas, quantum tibi deest, ingemisce, curnaris, & humilis eris, tutius ambulabis, non præcipitaberis, nõ laberis. Ber. sup. Mat. ser. 59.

In superbiam tantò facilius quis incidit, quantò ex humiliori gradu ad dignitates euehitur. idem.

Superbia non est sine pusillanimitate. idem.

Superbia, vitium est, vt quod sa-

teri de se quisque sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab altero dedignetur. Greg.

Potentiam Deus tribuit, elationem malitia nostra adinuenit. idem.

Superbia est vitiorum regina. idē.

Tunc incipit adesse virtus diuina, quando incipit deficere præsumptio humana. Cassiod. sup. Miser. mei Deus.

Si vix toleratur dives superbus, pauperem superbum quis ferat? Aug. serm. 29.

Omnis vitiosus diligit sui similem, solus superbus odit elatū, vnde inter superbos semper sunt iurgia. Isid. cond. human.

Superbia, initium est omnis peccati. Ansel. sup. Epist. ad Tim.

Principium hæresis, superbia est. Greg. 3. Mor.

Magna superbia est, in iudicijs diuinis rationem quærere. idē 9. Mor.

Superbia semper à veritate aliena est. idem 24. Mor.

Superbia vbi nasci intelligitur, statim eradicanda est. ibid.

Difficilè quis in se inueteratam superbiam deprehendit. ibid.

Superbia lumen intelligentiæ abscondit. Greg. 8. Mor.

Multi per opera & dona virtutum in superbiam cadūt. idem 33. Mor.

Euidentissimum reproborum signum est, superbia. idem 34. Mor.

Contra Conditorem superbire, est præcepta eius transcendere. idem 23. Mor.

Longos animo dies superbi sibi proponunt. idem 12. Mor.

Superbi cùm se despici suspicantur, ad contumelias prosiliunt. idem 13. Mor.

Superbi tantò aliquem Deo despectum iudicant, quantò afflictum vident. idem 14. Mor.

Superbi indicium diuinum non timent, sed humanum. idem 25. Mor.

Superbis graue onus est, doctrina humilitatis. idem 15. Mor.

Si qui lætātur, quia similes iniustis non sunt, ij superbi sunt. idem 16. mor.

Superbi sibi attribuunt quicquid sciunt. idem 18. Mor.

Superbi ea, quæ rectè sentiunt, rectè proferre nō possunt. idem 23. Mor.

Superbi afflictorum tribulationibus non compatiuntur. idem 25. Mor.

Elatio superborum iustis viris solet esse occasio virtutum. idem 26. Mor.

Corripiendo superbos, interdum laudum fomenta miscentur. idem in Past.

Superbia consortium odit. Aug. Epist. 120.

Superbia humana est, mala in Dominum referre, bona autem nobis tribuere. idem Epistol. 244.

Quan

Quātò à superbia recedimus, tantò dilectioni accedimus. idem Epist. 85.

Superbiæ remedium est, suipsius cognitare tenuitatem. idem in lib. 83. Quæst.

Superbiam pœna sequitur. idem in lib. de amicit.

Superbia mala, voluptatis initiū est. idem lib. 14. de Ciuit. Dei.

Superbia peruersè Deum imitatur. idem lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 12.

Superbia nonnunquam maior in inopia, quàm in copia. idem li. 21. de Ciuit. Dei cap. 14.

Superbia bonis etiam insidiatur operibus. idem in Regulis.

Superbia virtutum maximè fugienda. idem in lib. Quæst. 83.

Superbia nos à Deo separat. idem de morib. Eccles. cath. lib. 1.

Superbia ruinæ maxima causa est. idem lib. 8. de Genes. ad liter.

Superbia fidei maximè resistit. idem in lib. exposi. ad Galat.

Superbus indignus est misericordia. idem Epist. 137.

Superbis in peccata cadere vtile est. idem lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 13.

Quoties hominibus præesse desidero, toties Deo meo præire contendo. Aug. sup. Psalm.

Superbi precibus contumacieres sunt. Basil. in Epist.

Superbia ecclesiæ corpus scindit. Chrysost. serm. 22. sup. Epist. ad Roman.

Superbia in animo idem, quod tumor in corpore. idē sup. Epist. ad Timoth. Homil. 17.

Superbia, extrema quædam de mentia est. idem contra desp. & superb. serm.

Humilitas.

EX GRÆCIS.

NE nimium de te humiliter sentias. apud Stob.

Humiliter loquantur humiles. ibidem.

Humilitas cum grauitate pulchra est. ibidem.

EX LATINIS.

VIm rebus aliquādo ipsa verborum humilitas affert. Quint. lib. 8.

Nulla tanta humilitas est, quæ dulcedine gloriæ nō tangatur. Max. lib. 8.

Quò maior es, hòc te magis submittas in Hist. Sax.

Humilis satis est, qui æquo iure in ciuitate viuit, nec inferēdo iniuriam, nec patiēdo etiam. Linus 1. Dec. lib. 5.

EX SACRIS.

HOnerari appetunt multi in schola humilitatis. Bern sup. Missus est. serm. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Humilitas, bonus fundus est. idem de consid. lib. 2.
Humilitas cordis, receptaculum est gratiæ. idem in Annunt. serm. 1.
Humilitas docet locum nouissimũ tenere. idem sup. Cant. serm. 27.
Humilitas duplex, vna, quã parit veritas altera, quã inflammat charitas. idem sup. Cant. serm. 42.
Humilitas, est contemptus propriæ excellentiæ. idem in Epist.
Humilitas, simplicitas, & innocentia, decor sunt animæ. idem sup. Cant serm. 45.
Humilitas, & mansuetudo, collectanea sunt. idem de virg. Mar. serm.
Omnes delectat celsitudo, sed humilitas, gradus est: quid tendis pedem? cadere vis, non ascendere, à gradu incipe, ascendisti. August. de verb. Domini.
Excelsa est patria, humilis est via: ergo qui quærit patriam, cur recusat viam? idem sup. Ioann.
Perfacile est vestem contemptam habere, inclinato capite incedere, velum super capillos demittere, sed verum humilem patientia ostendit iniuriæ. idem.
Multò facilius inuenit fidelem conditorẽ humilis pietas, quàm ordinem superba furiositas. idem.
Humilitas familiaris est Deo. Bernar. in vig. Nat. Domin. sermo. 2.
Humilitas, fundamentum virtutum est. idem de consid. lib. 5.
Humilitas magis necessaria est, quàm virginitas. idem Homil. 2.
Humilitas magna virtus, quæ meretur, quod nõ docetur idem sup. Cant. serm. 85.
Humilitas concordiam ecclesiasticam custodit. idem in Regist.
Humilitas subditorũ acquirit arcana, quæ superiores per superbiam perdunt. idem in 1. Reg.
Humilitas vera est, quæ se ad culpæ emendationem offert. ibid.
Humilitas magna acta laudabiliter celat. idem sup. 1. Reg.
Humilitas, principium beatitudinis. Chrysost. sup. Ioan. Hom. 33.
Humilitas nutrix dilectionis. idẽ sup. Matth. Homil. 9.
Humilitas non est sine magnitudine animi. idem super Ioann. Homil. 70.
Humilitas magnitudinem animi facit. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 1.
Humiles ad locum superborũ eriguntur. Greg. 25. Mor.
Deum non nisi humiles contemplari possunt. idem 27. Mor.
Humiles dum se deijciunt, ad Dei similitudinem ascẽdunt. Greg. in Past.
Humiles sæpe ex timore peccant. ibidem.
Humilis est in oculis, qui se perfectè respicit. idem sup. 1. Reg.
Humilitatis effectus, est salus. Greg. 16. Mor.
Potentibus viris magna est virtus humilitatis. idem 21. Mor.
Mimus inops est, qui vestem non habet, quàm qui humilitatem. ibidem.
Perfecta humilitatis indicium est, peccatum accusare, & accusantibus nõ negare. idem 22. Mor.
Ex humilitate vera secura nascitur autoritas. ibid.
Humilitas maximè facit in veritate sciri se. idem sup. Cant. sermo. 76.
Humilitas, odor bonus est. idem sup. Cant. serm. 40.
Humilitas solitò, & ex consueto placet Domino. ibid.
Humilitas, stabile fundamentum est. idem sup. Cant. serm. 36.
Humilitas virtus magna, cui etiã deitatis maiestas se inclinat. ibid. serm. 37.
Humilitatis odor, voluntatis deuotio. ibid. serm. 42.
Humilitatis perfectio, consummatio est iustitiæ. ibid serm. 48.
In humilitatis regno etiam militat superbia. ibid. serm. 18.
Humilitatis summa in eo cõsistit, si voluntas nostra per omnia diuinæ voluntati subiecta fuerit. idẽ de subiect. nost. volunt.
Non indocta humilitas, sed quæ habeat sui modestiam, & scientiam, laudatur. Amb. de Off.
Non magnum est esse humilem in abiectione magna prorsus, & rara virtus est, humilitas honorata. Bern. sup. Miss. est.
Solus, qui verè humilis, parcit animæ suæ, qui ne putetur quod non est, semper quanimum in se est, vult nescire quod est. idem.
Necsterilis verecundia grata est, nec humilitas præter veritatem laudabilis. idem sup. Cant.
Humilitatis nõ est, facere quod necessitate cogeris. Chrys. sest.
Ne nimium religiosus videri velis, nec plus humilis, quàm necesse est: gloriam fugiendo ne quæras. Iter.
Humilitatis tres gradus sunt, fructus pœnitentiæ, desiderium iustitiæ, opus misericordiæ. Bern. de grad. Humil.
Humilitate quid ditius? quid pretiosius? qua regnũ cœlorum emitur? idem in vigil. Nat. Domi.
Humilis sis ad petendum veniam, facilis ad dãdum, & sic omnia membra erunt in pace. idem de verb. Apost. serm. 2.
Humiles, & non elati replebunt templum paradisi. idẽ de verb. Esaiæ serm. 2.
Humiles exaltari, superbos deijci, nuntiauit Maria. idem super Cant. serm 6.
Humiles, qui de se præsumere nesciunt, martyrio insidiosi sunt. ibid. serm. 48.
Germinabimus sicut lilium, si humiles inuenti fuerimus. ibid.
Humiliantur alij nequiter, alij patienter, alij libẽter. idem sup. Cant. serm. 35.

Humiliare, & apprehẽdisti. idem de Quadrag. serm. 5.

Humiliatos plures videmus, sed non humiles. idem de verb. Apost. serm.

Humiliari, propinquantis gratiæ signum est. idem sup. Cant. serm. 35.

Humiliat quosdam veritas, quos voluntas extollit. idẽ serm. 42.

Humiliauit se Christus non necessitate, sed voluntate. ibid.

Sola humilitas est læsæ charitatis reparatio. Bern.

Multi homines, & culpam confitentur, & humiles non sunt. nã multos nouimus, qui arguẽte nullo, peccatores se esse confitentur: cùm verò de culpa sua fuerint fortassẽ correcti, patrocinium defensoris quærunt, ne peccatores esse videantur. Gregor. 21. Mor.

Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi inuenium puluerem portat. idem Homil. 6.

Humilitas vera est, qua quis de se parua æstimat, & bona alterius sine inuidia, & liuore cõmendat. idem.

Viuimus solùm tempore, quo innocenter, & humiliter viuimus. idem.

Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis, voluntaria mentis inclinatio. Hugo.

Humilitas in paupertate grata est, in diuitiæ gloriosa. Valer. Epist. in quod. serm.

Sæpe flectit humilitas, quod nec virtus potuit superare, nec ratio. Anth. in quad. Epist.

Humilitas rara in iuuenibus. idem in Psalm. 118.

Humilitate omnia facta nostra condiantur. August. Epistol. 58.

Visitat Deus humiles, superbos transilit. Bern. super Cant. sermo. 174.

Humilitas, sacrificium maximum. Chrysost. in Psalm. 50. Homil. 2.

Humilitas, sublimioris philosophiæ mater. idem sup. Matth. Homil. 39.

Lumen intelligentiæ humilitas aperit, superbia abscondit. Gregor. 25. Mor.

Seruanda est in corde humilitas, & in opere disciplina. idem 26. Mor.

Humilitas nõ debet deũcere prælatos. idem in Past.

In rebus dubijs humilitas seruari iubetur. idem.

Iactantia.

EX GRAECIS.

ALiena, tãquam propria narrare, iactantia est. Aristot. Rhet. 2.

Iactator vituperabilior mendace. Arist. Eth. 4.

Quo magis cuique accedit ex philosophia rationis, eò plus decedit fastus, & arrogantiæ. Plutar. de prof. morum.

Elatio, profectus impedimentum est. Biõ apud Diog. Laër. li. 4.

Fastuosi acerbè ferunt à tenuioribus potiores sermones. Eurip. in Androm.

In arrogantia, sicut in armis deauratis nõ similia sunt interiora exterioribus. Diogen. apud Stobæum.

Arrogans nemini amicus. ibid.

EX LATINIS.

NIhil facias eorum more, qui non proficere, sed conspici cupiunt. Senec. Epist. 5.

Vnusquisque aliter viuit populo, aliter sibi. idem Epist. 95

Omnis sui iactatio vitiosa est. Quint. lib. 11.

Ex copia, atque rerum omnium affluentia primùm arrogantia nata est. Cicer. de Leg. Agraria.

Deforme est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. idem 1. Offic.

Tum omnis arrogantia est odiosa, tum illa ingenij, atq; eloquentiæ molestissima. Cicer. de diuin. in Verrem.

Est minimè inepti hominis, et eiusdem etiã faceti, cùm de sapientia disceptatur, hanc sibũpsi detrahere, eisque tribuere illudentem, qui etiam sibi arrogãt. Idem de Clar. orat.

Qui benefacta suaverbis adornãt, non ideò prædicare, quia fecerunt, sed vt prædicarent, fecisse creduntur. Plin. Iun. li. 1. Epist.

Homines cùm rem destruere non possunt, iactationem eius incessunt. ibid.

Nemo oculis tãtùm suis lautus est. itaq; irritamẽtum est omnium, quæ insanimus, admirator, & conscius, ne concupiscamus, effìcies, si vt nõ ostendamus, effeceris. Senec. Epist. 93.

EX SACRIS.

IActantiam tolle, & erimus pa res omnes. August. lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 11.

Arrogantia deponatur, cùm veritas inquiritur. idem.

O homo ideo non vicisti, quia de tuo præsumpsisti: qui præsumit de viribus suis antè, quàm pugnet, ipse prosternitur. idem.

Iactantia, non est vitium laudis humanæ, sed vitium animæ peruersè amantis humanã laudem spreto testimonio conscientiæ. idem 12. de Ciuit. Dei.

Noli te putare quicquam fecisse, cùm aliquid feceris, & plenissimè cuncta fecisti. Chrysost. super. Matth.

Dum causa iactantiæ pauper patitur, ipsum etiam misericordiæ opus in peccatum conuertitur. Isidorus de Sũmo bono.

Melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio. apud Iurisp.

Detracta diuitibus insolentia, & iniquitate, nihil interest, vtrũ alij diuites, alij pauperes simus. Lact. lib. 3.

In proprias laudes odiosa iactatio est. Cypr. lib. 2. Epist.

Insipiens, quid tibi prodest vanæ gloriæ memoria, si vbi es, torqueris, vbi nõ es, laudaris? Hugo. 1. de Anim.

Qui ex deteriore factus est melior, caueat, de acceptis virtutibus extolli, ne grauius per vanam gloriam corruat, quàm prius per lapsum vitiorum iacebat. Isido. lib. 1. de summo Bon.

Cùm per accepta bona reprobi in sua laude se eleuant, ipsis muneribus contra largitorem pugnant. Greg. 8. mor.

Nulla præsumptio pernicioſior, quàm de propria iustitia, ac scientia superbire. Augustin. sup. Ecclesiast.

Immensa præsumptio est, à seniore sibi reuerentiam exigere, silentium imperare meliori. Gregor. in mor.

In præcipiti pedem porrigit, qui mensurarum suarum limitem non attendit: & plerunque amittit, quod poterat, qui audaciter ea, ad quæ pertingere non valet, cripere festinat. idem.

Præsumptio in errore, noxia. August. lib. 2. de Trinit.

Inanis gloria, summum malum, idẽ de Quantit. anim. cap. 34.

Iactantia non tantum in pompa, & nitore, sed etiam in sordibus est. idem lib. 2. de serm. Domin. in monte.

Mirabile iactantiæ genus est, vt non possis putari sanctus, nisi sceleratus apparcas. Bern. sup. Cant. Serm. 1.

Præsumptioni debetur correctio, correctioni emendatio: emendationi remuneratio. idem sup. Cant. Serm. 45.

Arrogantia malorum omnium fons. Chrysost. de verb. Esaiæ Homil. 3.

Arrogans omnium est accusator. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 27.

Gloria inanis vbiq; arcem tenet. idem sup. Matth. Homil. 12.

Gloriæ cupiditas sinceram amicitiam non admittit. idem sup. Matth. Homil. 59.

Gloria inanis gehennæ procreatrix. idem de inan. glor. cupid. Sermon.

Gloriatio, præcipuè iuuenile vitiũ. idem sup. Matth. Hom. 33.

Gloriatio, voluptatis est intentio. idẽ ad popu. Antioch. Hom. 18.

Gloriari, insipientiæ est. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 24.

Iactantiam subsequitur ruina. idẽ sup. Matth. Homil. 6.

Vana gloria excitat ad maiora audendum. Grego. sup. 1. Reg.

Inuidia.

EX GRAECIS.

INuidia necessariò est potentiæ comes. Thucyd. apud Plut. de vit. verec.

Inuidet & cantor cãtori, & egenus egeno. Hesiod. apud. Plut. probl. 1.

Sicut rubigo ferrum, ita inuidia inuidos cõsumit. Antist. apud Diogen. lib. 6.

Fac, ne declines inuidiam, miserabilis fias. Pittac. apud Stob.

Tandiu mihi fortunatus videor, quãdiu inuidiosus fuero. ibid.

Inuidus hostis est sibiipsi. Menãd.

Haud vlla fuisset in terris hominum inuidia, si æqualis fuisset hominum conditio. ibid.

Inuidiam nõ probo, velim tamen propter bona, ab alijs inuideri. Eurip. ibid.

Sapientiæ causa potius, quàm diuitiarũ causa inuidere licet. ibi.

Si quis inuidet viro fortunato, is etiam patriæ, ac toti reipubl. denique sibiipsi inuidet. Euseb. apud Stob.

Iter facientes per solem, necessariò comitatur vmbra: incedentibus verò per gloriam comes est inuidia. ibidem.

Inuido vultu in terram deiecto aut magnum malum contigit, aut alteri magnum bonum. Plat. ibidem.

Inuidia seditionis parit initium. Democr. ibid.

EX LATINIS.

QVàm magnus mirantium, tam magnus inuidentium est populus. Senec. de vit. beat.

Inuidia est ægritudo ex alterius rebus secundis. Cicer. 3 Tusc.

Virtutis comes inuidia plerunque bonos infectatur. Cicer. 4. ad Herenn.

Mos hominum est, vt nolint eundem pluribus rebus excellere. idem de clar. Orat.

Inuidia virtute parta, non inuidia, sed gloria putanda est. idem 1. inuect. in Catonem.

Inuidia ex opulentia oritur. Sallust. in coniurat. Catil.

Non est congruum quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulis inuidere, qui sunt omnibus honoribus pulchriores. Plinius Iunior libro 3. Epistol.

Qui inuidet, minor est. idem lib. 6.

Inuidi homines nihil aliud, quàm virtutis sunt tormenta. Curtius lib. 8.

Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinúmque pecus grandius vber habet. Ouid. 1. de Arte amand.

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors. Horat. 1. Epist.

Alienum nobis, nostrum plus alijs placet. Pub. Mim.

Inuidia supplicium sunum est.

Ouid.2.Metamor

Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt, quàm eorum, qui genus, ac fortunam suam animis nõ æquant.quia virtutem, & alienum bonum oderunt. Liuius 4.Dec.lib.5.

Inuidia filia est superbiæ,sed ista mater superbia nescit esse sterilis, vbi fuerit, continuò parit. suffoca matrem,& non erit filia. Augu.de verb.Dom.

Tolle inuidiam,& tuum est,quod habeo:tolle inuidiam, & meũ erit,quod habes. idẽ sup.Ioan.

Inuidia diabolum fecit diabolũ. Basil.in conc.habit. in La.

Inuidia, arma diaboli. idem in Hexam.

Inuidia non solùm multos, sed & optimos tangit.NaZanZ.

Inuidi color pallere afficitur,oculi deprimuntur,mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor.Grego.

Tanto quis plus inuidet alijs bona præsentia,quãto minus ea ipse contempserit.idem 5.mor.

Inuidia, occultum vulnus est.Cyprian.de Zelo, & liuore.

Inuidia est in meliores. Gregor. lib.18. mor.

Inuidia cuncta bene gesta consumit.ibid.

Inuidia de superbia nascitur. idẽ lib.5.mor.

Inuidia nihil infœlicius, quos dũ aliorum afficit pœna, nequiores reddit.idem in Past.

Neminem inuenies alienæ famæ inuidere, nisi qui omnibus probris contaminatus desperat suũ apud Posteros celebre nomen futurum.apud Platinam.

Dolere intra nos ipsos debemus, si inuidos nos esse sentiamus. Bernard. sup.Cant.Serm.59.

Rara virtus est alienæ non inuidere virtuti, nedum gaudere ad illam.ibid Serm.49.

Inuidia,radix est homicidij.Chrysost.sup.Genes.Homil.54.

Inuidia, diaboli iumentum est. idem ad popul. Antioch. Homil.42.

Inuidus contra suam ipsius salutem omnia facit.idem sup. Genes.Homil.61.

Inuidus alienas iacturas, suas quæstus existimat. idem sup. Matth Homil.41.

Custodia,& Conseruatio.

QVi custodiæ præst, debet esse custodiæ obseruantissimꝰ.Plu.probl.Dcc.1.

Longè facilius est, quæ quis habet,custodire,quam omnia denuo acquirere.Demosth. apud Stobæum.

Custodes vritũ fideles sint.ibid.

Qui multorum se profitetur custodem, cum sapientes sui primum capitis aiũt esse oportere. Cicer.

oportere. Cic.Philip.2.

Carcer vindex nepharioruꝫ est. Salust.in Ordt.2.contra Cat.

Carcer habet tenebras, sed lumen sunt pij.Tertul.

Custodiens rem sibi datam, hostis declinat insidias. Greg.in reg.

Carcer, pœna est. Aug.lib.1. de Serm.Dom.in monte.

Solet dici:Bonũ castellum custodit, qui corpus suum custodit. Bern.in parv.Serm.

Non minor est virtus,quàm quærere,parta tueri.

Casus inest illic,hìc erit artis opus.Ouid.2.de Art.amã.

O faciles dare summa deos,eadémq; tueri

Difficiles. Lucan.lib.1.

Res familiaris quæri debet ab his rebus, à quibus abest turpitudo, conseruari autem diligentiæ,& parsimoniæ,eisdẽ etiam rebus augeri.Cic.2.Off.

Propria custodi, alienis abstine. Sodiad.

Præsentia bona tuebitur, qui non omnia fortunæ crediderit.Plutarc.in Apophth.

Maiore tormento pecunia possidetur, quàm acquiritur. Senec. Epist.116.

Ordo.

LApis componi debet ad regulam,non regula ad lapidem. Plutarch. de Profect. morum.

Nihil ordinatum est, quod præcipitatur, & properat. Senec. Epist.40.

Ordinatissimum est,minus ordinatum interdum aliquid facere. Bern.

Ordinatè ad ordines accedendum est:nam casum appetit,qui ad summa loci fastigia positis gradibus, per abrupta ascensum quærit.Greg.in regist.

Nunquã potest inuestigari quod non per viam suam quæritur. Lactan.

Ordo pater est modi. Aug.lib.2. de Ordine.

Omne ordinatum, pulchrũ. idem de Vera relig.

Ordines ab ortu ecclesiæ distincti.Greg.in Regist.

Nemo fauore,venalitate,aut supplicationibus ad sacros promoueatur ordines.ibid.

Ordines maiores, & minores debent esse in ecclesia instar angelorum in cœlo.ibid.

Ordo ecclesiæ confunditur, si illicita præsumantur.ibid.

Ordo ecclesiæ bene custoditus, lætitiam generat,expellendo tristitiam.ibid.

Accedendum ad Deum, non irruendũ.Bern.sup.Cant.Ser.30.

Ordinem, quo mundus regitur, offendere difficillimũ est.idem de Ord.lib.1.

Ex ordine rerum Deus cognoscitur. Augustinus de Vera religione.

Ordinatum

Ordinatum ad vnum finem non debet eius contrarium operari. apud Iurisconſ.

Curioſitas.

EX GRAECIS.

EVitanda eſt curioſitas verborum. Plat. de Regno.

Ridiculum eſt, cùm quis ſua ignorat, aliena ſcrutari. idem de Pulchr.

Homo curioſus vtilior eſt hoſtibus, quàm ſibi. Plut. de Cur.

Curioſitas non gaudet peranti quis, & obſoletis malis, ſed calidis, ac recentibus, nouáq; tragœdias libenter ſpectat. ibid.

Exiſtimat curioſus tribus horis immutari ciuitatem. ibid.

Curioſitas, adulterium eſt alienæ voluptatis. ibid.

Multa cognoſcendi ſtudia comitatur garrulitatis vitiũ. ibid.

Omni fide caret homo curioſus: quamobrem famulis, & hoſpitibus citius credimus epiſtolas, ac ſigilla, quàm amicis, ac familiaribus curioſis. ibid.

Curioſum eſſe, perniciоſum eſt vita. Eurip. in Hippol.

EX LATINIS.

VT non ſis iracũdus, ne ſis curioſus. Sen. de Ira. lib. 3.

Satis ſupérq; ſit cuiq; ſuarum rerum cura: alienis nimis implicari, nimis moleſtum eſt. Cic. in Lælio.

Aliorum patroni, noſtra tueri, teneréq; non poſſumus. Cicer. de Orat.

EX SACRIS.

MVltò facilius inuenit ſiderum conditorem humilis pietas, quàm ſiderum ordinem ſuperba curioſitas. Auguſt. in Serm. de Eclip.

Curioſus animus quantò ſit peritus alieni meriti: tanto ſit ignarus ſui. Greg. Hom. 36.

Tandiu quis peccata ſua, quæ flere debet, ignorat, quandiu curioſè aliena conſiderat. Proſp. de Vit. contemp. lib. 2.

Multi ſtudent plus alta, quàm apta proferre, & erubeſcunt plana, & humilia, vt hæc ſolum ſcire videantur. Bernar. in Serm.

Quæ Deus occulta eſſe voluit, non ſunt ſcrutanda: quæ autem manifeſta fecit, non ſunt negligenda, ne & in illis illicitè curioſi, & in his damnabiliter inueniamur ingrati. Proſper. de Vocat. gent.

Vbi inueſtigari non poteſt, quare ita iudicet Deus, ſufficiat ſcire, quis iudicet. ibid.

Lauda, & venerare, quod agitur, quia tuũ eſt neſcire, quod agitur. ibid.

Curioſitas eſt ſuperfluæ inueſtigatio

tio ad ſe non pertinẽtium. apud Iurisconſ.

Omnis indoctus, curioſus eſt. Auguſt. de Mor. eccleſ. cap. 21.

Curioſitas, cauſa ferè eſt omnium, quæ cognoſcũtur à nobis. idem lib. 10. Confeſſ. cap. 35.

Curioſitas cum temperantia pugnat. idem de Mor. eccleſ. cap. 21.

Per oculos maximè curioſitas prænalet. idem in Pſal. 6.

Homo cũ ſeipſum ignoret, omnia cupit cognoſcere. idem lib. 10. Confeſſ. cap. 8.

Propter ſolam curioſitatem naturæ ſecreta inquiruntur. ibidem cap. 35.

Pius pulſator plerunq; inuenit, quod temerarius ſcrutator innenire non poteſt. Bernar. ſup. Cant. Ser. 24.

Scrutanda non ſunt, quæ ſupra nos. Chryſoſt. ſup. Gen. Hom. 4.

Maieſtatis ſcrutator opprimitur à gloria, non mirator. Bern. ſup. Cant. Serm. 63.

Curioſi ſæpe decipiuntur. idẽ Homil. 1. in Pſal. 50.

Affinitas.

EX GRAECIS.

DEcet conſanguineorũ periculà vnà ſubire, facultatẽ, ſi dederit Deus. Eur. in Oreſt.

Antiqua nouis cedunt affinitatibus. idem in Med.

Graues mortalibus conſanguineæ cædes. ibid.

Affinitas ipſa præclara res eſt: iniq; aduerſis rebus nõ eſt quicquam melius domeſtico amico. Eurip. in Andr.

Cognatorum colloquia reconciliatio non parua ſunt mẽtis. idem in Troade.

Cõſanguinei omnes omnibus ſint. apud Stob.

Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, ſimiles illis ſunt, qui ſuũ rus inculti ſinunt, & alienum excolũt. Deip. apud Stob.

Nec diuitiarum, nec regni, quod apud homines imperium eſt diuiniſſimum, ſine fratribus aut gratia, aut fructus eſſet vllus. Plut. de Amore frat.

Qui fratrem ſuum nõ amat, is nec parentes quidem, qui amborum generationis cõmunes autores fuerunt.

Fratrum amantem, & pauperem dici præſtat, quàm fratrũ oſorem, ac diuitem. Sec. apud Sto.

Fratres ſunt corporis tui partes. ibid.

Communio cognationis colenda. ibidem.

EX LATINIS.

CVm fratrum ſeditiones fœdæ ſint, ac truculentæ, prudentibus fœdiſſimæ, ac truculentiſſimæ videntur. Plutarch. de Fratr. benevol.

Inſanire mihi videtur, qui ſibi firmam,

mam, cōstantem, verámq; amicitiam cum eo fore persuasum habebit, qui fraternam prodiderit. ibid.

Pessimus est mortalium, qui amari fratrem suum sine sui charitate putat. Quint. Decl. 5.

Pretiosum propinquitatis genus est, prius esse charū, quàm proximum. in Hist. Sax.

Soror sorori matrimoniū suo fortunatius inuidet. Liuius lib. 6. Dec. 1.

Quod commune alteri est, desinit esse proprium. Quint. lib. 7.

Quod omnibus nascitur, industriæ præmium est. idem Decl. 3.

Fas est vti publicis. Eras. in Epist.

Publica à paucis emi, periculosum est. Sallust. in Contur. Catil.

EX SACRIS.

EST approbanda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas, non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu potes conferre pauperibus. Ambros. de Offic.

Non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognitio proximos facit. Amb. sup. Malach.

Consanguineis potius est subueniendum, quàm cæteris. Aasel. sup. Epist. ad Rom.

Collegium totum est suspectum, quando eius caput est suspectū. apud Iurisconsl.

Fratres homines omnes inter sese. Aug. lib. 2. contra Acad.

Fratrem non tolerans, infirmum nō diligit. idē sup. Io. tract. 21.

Frater infirmitates fratrum tam corporales, quàm spirituales sustinens, est verè fratrum amator. Bern. sup. Cant. Ser. 13.

In congregatione cōmorari facilius est, quàm in solitudine. Bern. in Circunc. Dom. Ser. 3.

Fratres non sint soliciti de gubernatione Præpositi, sed sua curent. Basil. in Quæst.

Fratris egestati impendendum quicquid vltra vitæ necessitatem habemus. idē in Sum. mor.

Frater à fratre protectus, est fortis vrbs. Chrysost. de Sacerd. lib. 1.

Philosophia.

EX GRAECIS.

AD disputationes forenses ineptus philosophus. Plat. de Scient.

Philosophia est, qua quis se, & alios, bonine an mali sint, cognoscit. idem de Philosoph.

Philosophi propter veritatem debent sibi etiam contradicere. Arist. Topic. 1.

Melius est non indigenti necessārijs philosophari, quàm ditari. idem Topic. 3.

Philosophia docet homines cognoscere creatorē suū. idē de Mor.

Purus, & perfectus philosophus mortificat desideria huius seculi, quæ adducūt ad mortificationem animæ, & corporis. ibi.

Qui inuenerit philosophiam, inuenit vitam in vtroq; seculo. ibid.

Propter admirari cœperunt homines in principio philosophari, & nunc. Arist. Metap. 1.

Sophista intendit se videri philosophum, vt acquirat gloriam, aut aliquid gratiarum humanarum: philosophus autem tantùm scire verum. idem Metaph. 4.

Facile est ditari philosophis, si volunt. Arist. Polit. 1.

Ad philosophiam recurrat, qui delectari vult sine tristitia. idem Polit. 2.

Magnum instrumentum est auspicandæ philosophiæ, contemptus. Plut. de tranq. anim.

Verè philosophantes sponte agunt, quæ cæteri legum metu facere solent. Xenoph. apud Plut. de virt. morum.

Dei munus est, quòd viuimus, philosophiæ autem, quòd bene viuimus. stoic. apud Plut. de sera numin. vindict.

Rhetorum est agere verbis: philosophari autem licet etiam tacendo. idem Probl. 1.

Ideo philosophi diuitum limina terunt, & diuites non ita: quia illi sciunt quibus indigent: hi verò nesciunt. Aristotel. apud Diog. lib. 5.

Hoc ex philosophia lucramur, quòd nobiscū loqui possumus. Antist. apud Diog. lib. 6.

Vel propter rempub. opera dandæ philosophiæ est. Demosthen. in Orat. amat.

Quemadmodum nullus est fructus medicinæ, nisi morbos à corporibus exterminet: ita nec philosophiæ, nisi animæ vitia expellat. Pyth. apud Stob.

EX LATINIS.

SAtis ipsum philosophiæ nomē, etiamsi modestè tractetur, inuidiosum est. Sen. Epist. 5.

Frugalitatem exigit philosophia, non pœnam. ibid.

Quid aliud philosophia, quàm vitæ lex est? idem Epist. 95.

Ad philosophiam confugiendum est: cæteræ literæ, non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos insularum loco sunt. idem Epist. 14.

Nunquam intantùm conualescet nequitia, nunquam sic contra virtutes coniurabitur, vt non philosophiæ nomen venerabile, & sacrum maneat. ibid.

Non est philosophia populare artificium, gubernaculum est per ancipitia finctuantium, dirigit cursum: hæc adhortabitur, vt Deū sequaris, feras casum. idem Epist. 16.

Quantum autem potet, in philosophiam secede: illa te suo sinu

proteget, in huius sacrario aut tutus eris, aut tutior. idem Epistol. 104.

Non præstant Philosophi quæ loquuntur, multũ præstant, quòd loquuntur. idem de vit. beat.

Cùm tota philosophia fructifera, & fructuosa, nec vlla pars eius inculta, ac deserta sit: tum nullus in ea feracior locus est, nec vberior, quàm de officijs, à quibus constanter, honestéque viuendi præcepta ducuntur. Cicer. 3. Offic.

Philosophia deorum inuentio est. Plat. apud Cicer. 2. Tusc.

Est laudatarum artium omnium procreatrix, & quasi parens, ea, quam Græci philosophiam vocant. idem 2. de Orat.

Philosophia nihil aliud est, si rectè interpretari volumus, quàm studium sapientiæ. idem 2. Offic.

Cultura animi, philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad fructus accipiendos. idem 2. Tusc.

Philosophia est animi medicina. in Hist. Sax.

Qui philosophiam profitetur, grauissimam mihi personam sustinere videtur. Cicer. in Pis.

Philosophi virtutis magistri. idem 5. Tusc.

Nõ ex singulis vocibus philosophi spectãdi sunt, sed ex perpetuitate, & constantia, réfq; spectari oportet, non verba. ibid.

A philosophio si afferat eloquentiam, non aspernor: si non afferat, non admodum desidero. idem 2. Tusc.

Degustandum è philosophia, non in ea ingurgitandũ. Gel. lib. 5.

Non oratoria disciplina desideratur, quia perfectus orator nũquam repertus est: vel philosophia, quia nullus consummatæ sapientiæ, sed econtrario plurimi semetipsos exhortantur, vel aliquas partes earum addiscere, quia vniuersas percipere nõ possunt. Colum. lib. 11.

Quotusquisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, vt disciplinam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet, qui obtemperet ipse sibi, ac decretis suis videre licet alios, cum quorum vita mirabiliter pugnat oratio, quod quidem est turpissimum? Cicer. 2. Tuscul.

Facere philosophia docet, non dicere: & hoc exigit, vt ad legẽ suam quisque viuat, ne orationi vita dissentiat, vt ipsa inter se vita sine omnium actionum dissensione vnius coloris sit. Seneca. Epist. 20.

EX SACRIS.

SI qua vera philosophi dixerunt, ab eis sunt, tanquam ab iniustis possessoribus, vendicanda in vsum nostrũ. Aug. lib. 2. de doctr. Christ.

Philosophia docet iustè, ac rectè regnare. Hug. in didasc. 3.

Philosophiæ præcepta noscenda: viuendũ autem ciuiliter. Lact. lib. 3.

Philosophia, amor sapientiæ interpretatur. Aug. libr. 3. confess. cap. 4.

Philosophia verum rationes promittit. idem lib. 2. de ord.

Philosophia non qualis, sed num animarum saluti profit, disputandum est. idem Epist. 40.

Philosophiæ studium in actione, & contemplatione versatur. idem lib. 8. de Ciui. Dei. cap. 4.

Verè philosophari, est amare Deũ. idem eodem lib. cap. 9.

Philosophãdi causa, est finis boni. idem lib. 19. de Ciui. Dei. ca. 1.

Philosophorum omnium commune studium fuit, quærere vitam beatam. idem de Epicur. & Stoic.

Philosophiæ mater afflictio est. Chrys. sup. Act. Apost. ca. 15.

Pudor.

EX GRAECIS.

INter homines pudentes versatur Deus. Plat. de scient.

Pudor adolescentiam decet, deinde admodum generosè respondet. idem.

Metus, & pudor sunt custodes

sufficientes. idem de repub.

Viro probo verecundia non conducit, quippe quæ pro rebus improbis fiat. Arist.

Verecundiam in iuuene laudamus, in sene verò vituperamus. ibid.

Magis mihi placent iuuenes, qui rubescunt, quàm qui pallescunt. Plat. apud Plut. de vit. verecund.

Habet hoc peculiare pudor vitiosus, quòd cùm cæteras cupiditates sequatur pœnitentia, hîc non sequitur, sed protinus in ipsis factis adest. ibid.

Rubor, virtutis color est. Diogen. apud Diog. Laër. lib. 7.

Pudor mendico inutilis. Homer. Odyss. lib. 11.

Ingenuitas tendit ad pudorem. Eurip. in Alcest.

Vir turpis verecundia moueri non potest. Eurip. in Suppl.

Malus est pudor, vbi vincit imprudentia. Theog. apud Stob.

Omnes res humanæ consenescunt, præter solam impudentiã. ibi.

Pudorem mulier cum veste exuit. ibid.

Pudorẽ in muliere, pulchritudinis arcem esse dicebat Demades, apud Stob.

EX LATINIS.

NEc de altero quidem satis fiduciæ habeo, excepto eo, qui adhuc peccare erubescit:

nutriendus est hic pudor, qui quandiu in animo eius duraverit, aliquis erit bonæ spei locus. Senec. Epist. 25.

Plures pudore peccandi, quàm bona voluntate prohibitis abstinent. idem Epist. 84.

Verecundia vitium est, sed amabile. Quint. lib. 12.

Non habitant simul, pudor, & fames. idem Declam. 12.

Custos virtutum omnium dedecus fugiens, & laudem maximam consequens, verecundia est. Cicer. de Orat.

Moderatrix cupiditatum, verecundia est. idem 2. de finib.

Sæpe videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincerentur. idē 2. Tusc.

Pudor in bello est maximè periculosus. Planc. ad Cicer.

Verecundia parens est omnis honesti consilij, tutela solennium officiorum, magistra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore fauorabilem præ se ferens vultum. Max. lib. 4.

Vbi studium verecundiæ est, cupiditas rationi seruit. idem lib. 6.

Verecundia liberi est, serui verò timor. apud Terent. in And.

Formā pudor honestat. Cur. lib. 6.

Sæpe minus est constantiæ in rubore, quàm in culpa. Curt. lib. 9.

Illum ego perüsse dico, cui quidē perit pudor. Plaut. in Bacch.

Verecundia timorem vincit. Liuius 1. Dec. lib. 2.

Pudor malignitatem vincit. idem 4. Dec. lib. 8.

EX SACRIS.

VErecundia, soror est continentiæ. Bern. sup. Cantic. serm. 86.

Nec sterilis verecundia grata, nec humilitas præter veritatē laudabilis. idem.

Est verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Amb. 1. de Offic.

Pudore culpa minuitur, defensione cumulatur. idem de mort. Abel.

Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. Aug.

Verecundia laudabilis in malo, reprehensibilis in bono. Grego. Homil. 10.

Quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor, & ingenia liberaliter educata facilius verecundia, quàm metu superat. Hier. ad Pammach.

Verecundiæ magistra ipsa natura est. idem.

Sustineat in audiendo verecundiam, qui noluit in faciendo habere disciplinam. Hug. de discip. Monach.

Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Hier.

Con

Confusio nascitur ex reprehensione. Ansel.

Erubescentiæ causa, est peccatum. Aug. ser. 4. de verb. Domini.

Erubescimus vulnerum ligaturis, qui de vulneribus interdū gloriamur. Bern. in circuncis. Domini. serm. 1.

Verecundia venustatem ingerit, & gratiam auget. idem super Cant. serm. 33.

Pudor bonus, quo peccare, aut peccasse confunderis. Bern. ad milit. templ.

Pudor frænum vitiorum est. Chrysost. sup. Matth. Homil. 33.

Impudentia.

QVisquis pudore vacat, non sentit dolorem ex turpiter facto. Plutar. de vit. verec.

Impudentia falsò magnanimitas putatur. Plut. de Off. audit.

Maximum omnium vitiorū, quæ inter homines sunt, impudentia est. Eurip. in Medea.

Impudentia dux est ad turpia. apud Stob.

Impudentia, morbus maximus. ibidem.

Impudentia non consenescit. ibid.

Impudentia post peccata maximè Deo displicet. Chrysost. de verb. Esaiæ. Vidi Domin.

Quantum Deo displicet peccatorum impudentia, tantum verecundia placet. Bern. sup. Cant. serm. 3.

Impudentes quidam absque causa sunt. Chrysost. super Genes. Homil. 8.

Impudentem facit mala conscientia. idem super Act. Apost. Homil. 17.

Mores, & qualitas.

EX GRAECIS.

QVot mores hominum, totidem respub. Plat. de republ.

In re frequenti cognoscuntur habitus. Arist. Eth. 3.

Qualis vnusquisque est, taliter vivit. idem Eth. 4.

Diuersitates morum nequaquam ad dilectionē sunt aptæ. Arist. Oecon. lib.

Mores boni approbant verba. Plut. de Offic. audit.

Ne sis nimium moribus facilis, nec nimium difficilis. Demetr. Phaler.

Habebis in negotio memoriam, in occasione cautionem, in moribus generositatem, in labore cōstantiam, in diuitijs amicitiam, in oratione persuasionem, in silentio ornatum, in sententia iustitiam, in audacia fortitudinem, in actione potentiam, in natura pietatem. idem.

Sis in adolescentia continens, in media ætate iustus, in senectute sapiens, in morte sine dolore.

lore. Sodiad.

Nec vinum austerum est aptum potioni, nec mores agrestes conuersationi. Socrat. apud Stob.

Mores iusti peculium suum pretiosissimum. ibid.

Mos bonus stabilior est lege. ibid.

Mores dicentis, non verba persuadent. ibid.

Persarum reges ante sacrificia de pietate disserunt: antequam bibant, de temperantia: pugnaturi verò, de fortitudine. ibid.

EX LATINIS.

Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Senec. Epist.

Plura moribus, quàm viribus vincimus. Quint. Declam. 3.

Ea magna voluptas, æqualem, ac parem verbis vitam agere, atq; ita viuere, vt omnis oratio moribus consonet. Cicero contra Sallust.

Pectoribus mores tot sunt, quot orbe figuræ:
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit. Ouid. 1. de art. am.

EX SACRIS.

Quoniam in disponendo statu, ornandisque moribus periculo maiore peccatur, maior diligentia adhiberi debet. Lact. lib. 2.

Mores praui grauiores inimici sunt, quàm inimici infesti. Ambro.

Mores nostri ex eo, quod diligimus, iudicãtur. Aug. Epist. 52.

Non omnes par morum qualitas astrinxit. Greg. 30. Mor.

Qualitas morũ permutat ordinem personarum. idem in Past.

In omnibus moribus nostris nihil fiat, quod cuiusque offendat aspectũ, sed quod nostrã deceat sanctitatem. Aug. in Regul.

Quisquis rebus prætereuntibus strictius vtitur, quàm sese habent mores eorum cum quibus vixit, aut intemperans est, aut superstitiosus. August. 3. de doctr. Christ.

Conditio personarum semper inspicitur. apud Iurisconsul.

Remedium.

Remedia malorũ in ipsa sunt mora. Eurip. in Herc. fur.

Quibusdam remedia monstranda sunt, quibusdam inculcanda. Senec. Epist. 27.

Animi remedia inuenta sunt ab antiquis: quomodo autem admoueantur, aut quando, nostri operis est quærere. idem Epist. 65.

Gubernator vbi naufragium timet, iactura, quicquid seruari potest, redimit. Curt. lib. 5.

Tutius arbitror mali remedium ab animo, quàm à loco petere. Eraſm.

Eraſm. in Epist.

Qui remedium expectat, celare suum malum non debet. ibid.

Remedium semper tempus affert rebus immedicabilibus. ibid.

Ex consideratione remedij, periculi æstimatur quãtitas. Bern. in Nat. Domin. serm. 6.

Remedia superstitiosa fugienda sunt. Chryſoſt. sup. Epist. ad Coloss. Homil. 8.

Roma.

EX LATINIS.

Roma lux orbis terrarum, & arx gentium est. Cicer. in Catil.

Roma domicilium est imperij. ibidem.

Romani præclara agere, quàm scribere malebant. Sallust. in coniurat. Catil.

Romanis principiò visum est melius, amicos, quàm seruos quærere.

Romanum est fortiora facere, & pati. Liuius lib. 1. Dec. 1.

Romani plus auxerunt imperium parcendo victis, quàm vincendo. idem lib. 10. Dec. 3.

Patres censent, populus iubet. idem lib. 1. Dec. 4.

Spiritus Romani magis magni, quàm vtiles. idem lib. 1. Dec. 3.

Romanus senatus præcipiebat Cõsuli, ne quem inuitum militem duceret in aciem. idem libro 2. Dec. 4.

Romani nec, si vincantur, animos minuunt, nec si vincant, secundis rebus insolescunt. Iust. lib. 32.

EX SACRIS.

Roma est communis patria. apud Iurisconsul.

Romæ diuinitus apostolica sedes est collocata. ibid.

Tot in Roma reges videbantur, quot ciues. Cineas Pyrrhi legatus. apud Platin.

Natura vires omnes in vnam vrbem effudisse videtur. ibid.

Quæ orta sunt, occidunt, quæ aucta, senescunt. Imperium Romanum magnum habuit incremẽtum: verùm postea principum, ac populi ignauia splẽdor ille Romani nominis in obscuras tenebras conuersus est. ibidem.

Roma caput est omnium ciuitatum. August. in Quæst. ex vtroque.

Roma se suaipsius magnitudine fregit. idẽ lib. 18. de Ciuit. Dei.

Curia Romana facilius bonos recipit, quàm facere consueuit. Bern. de Consi. lib. 4.

Vestis.

Cvm veste mulier pudorem exuit. Herod. apud Stob.

Vestitu, corporis concinnitatem, be-

nenolētia autem peccatum obtegit. ibidem.

Vestiri decet in foro honestè, domi, quod satis sit. Gel. lib. 1.

Cultus, & victus familiaris vitam indicant. Terēt. in Heaut.

Non vestis, sed pudicitia, vera matronarum ornamenta. Iust. lib. 20.

Quòd pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quæritur, res ipsa testatur: quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indus, vbi ab alijs non possit videri. Greg. in Homil.

Exterior superfluitas, interioris hominis indicium est. Bern. in Apolog.

Sub quauis veste bene colitur pietas. Bern. in Epist.

Neglecta mundities, & inculta vestis, cultus ipse sine cultu. Aug. de doctr. christ.

Vestis pontificis, ostentatio est bonæ conuersationis. Greg. super 1. Reg.

Qui veste muliebri vtuntur, nescio, vtrum falsos viros, an falsas mulieres melius vocē. August. lib. 1. Soliloq.

Vestitus mundus secundum viri voluntatem mulieri conceditur. idem Epist. 19.

Cultus prouinciæ morem sequatur. Hieron. in Epitaph. Nepotis.

Sordidæ vestes, candidæ mentis indicia sunt. idem ad Rust.

Muliebri veste vtentes, infames redduntur. August. lib. 2. Soliloq. cap. 6.

In vestibus pretium affectatur à multis, non necessitas. Ber. sup. Miss. est. serm. 1.

Vestitū curiositas, deformitas mentium, & morum indicium. idem de consid. lib. 3.

Vestes nostræ, virtutes sunt. idem de Quadrag. lib. 3.

Habitus exterior clarus, cum mētis grauitate est accipiendus. Greg. in regist.

Opportunitas.

Opportunitas non obseruata cùm omnibus quidem in rebus ingens affert malum, tum verò maximè in admonēdo detrahit vtilitatem. Plut. de amic. & adulat.

Cupidæ occasiones tandem oblatæ arripiuntur. Demosth. ex argu. lib.

Grauissimæ sunt, & sapientissimæ occasionum conciones, eadémque perspicuæ, nec sine pernicie negliguntur. idem 1. Olynth.

Occasionis vox nihil aliud est, quàm diligens temporis, & cæterarum circunstantiarū consideratio. ibid.

Adolescentibus præsertim fugienda occasio mali. Erasm. in Epist.

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt.

Et data non apto tempore vina nocent. Ouidius 1. de remed. amoris.

Sum dea quæ rara, & paucis Occasio nota.

Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.

Quid talaria habes? Volueris sum, Mercurius quæ

Fortunare solet, tardo ego, cùm volui.

Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu,

Occipiti caluo es? Ne teneare fugiens.

Occasio in prælio amplius solet iuuare, quàm virtus. Veg. lib. 3.

Occasione dimidium negotiū confici. in histo. Sax.

Tempus fortitus mēdicus, multum potest.

Magna res, parua in tempore data.

Cùm vult non potest, quia quando potuit, noluit: ideo per malum velle perdidit bonum posse. Augustin.

Delinquendi materia debet præcidi. apud Iurisp.

Nihil prætereundum est, quod ad rem pertineat. Demosth. in argum. lib.

Ad opportunitatem superfluum inutile est. Chrysostom. de pœnitent. 7.

Mare, & Nauigatio.

EX GRAECIS.

Fidelis terra, infidele mare, insatiabile lucrū. Demetr. Phaler.

Vt nauigatio iuxta littus: sic ambulatio circa mare iucundissima est. Plut. probl. Dec. 1.

Qui nauigant, tantùm à morte distant, quanta est nauis crassitudo. Anacharsis apud Diogen. lib. 1.

Securissima è nauibus est, quæ in portum venit. ibidem.

Boni gubernatoris est, ventorum se flatibus accommodare: viri autem sapientis, animi affectibus. Aristo. apud Stob.

Iucundum est, mare ex terra intueri. Callimach. apud Stob.

In terra pauperem esse præstat, quàm diuitem nauigare. Menander. ibidem.

EX LATINIS, ET SACRIS,

Magna pars hominū, quæ nauigatura est, de tempestate non cogitat. Senec. de trāquil. anim.

Maris nauigatio, mortis causa. Plin. Senior. lib. 19.

Mare nauigare coëgit anaritia. idem lib. 22.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Pub. Mim.

Venturam melius præsagit nauī-

ta mortem:
Vulneribus didicit miles habere metum. Propert. lib. 3.
Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest:
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
Dido apud Ouid.
Difficilè naufragiũ patitur qui ventorum rationem diligenter inspexerit. Veg. lib. 4.
Mare viua in se corpora retinet, mortua reijcit. Greg. 6. mor.
Maris fluctus dicuntur, mentis cogitationes. idem lib. 11. mor.
Nauis Petri, ecclesia designatur. idem 17. mor.

Promissio.

EX GRAECIS.

SPonde, propinqua est noxa. Plut. in Conu. 7. Sapien.
Iniustum, quod promittitur, dicitur, sed non promittitur. Agesil. apud Plut. in Apophth.
Fac magna, non magna promitte. Phocio apud Stob.

EX LATINIS.

PActa semper, & promissa seruanda sunt, quæ nec vi, nec dolo malo facta sunt. Illa seruanda non sunt, quæ non sunt ipsis vtilia, quibus illa promiseris. Cicer. 3. Offic.
Promissa seruanda non sunt, si tibi plus nocent, quàm illis prosint, cui promiseris. idē 1. Offic.
Quod affirmatiuè, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. idem 2. Offic.
Sponsionis vinculum non leuat dignitas rerum sponsarum. Liuius 1. Dec. lib. 6.
Sponsio neminem præter sponsorem obligat. ioid.

EX SACRIS.

PRomissionum perceptio, est custoditio præceptorum. Chrysost. sup. Act. Apostol. Homil. 1.
Quoniã iam vouisti, iam te astrinxisti, aliud tibi facere non licet, non talis eris, si non feceris, quod vouisti, qualis mãsisses, si nihil tale vouisses. minor enim tunc esses, non prior: modo autem (quod absit) miserior, si ideo fidem fregeris, quãto beatior, si persolueris. August. de Armet. & Paul.
Tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe est. Amb.
Cuius animum nescis, de eius voluntate periculosè promittis. Hieronym.
In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incautè vouisti, non facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Isid. 2. Sollio.
Quantò citius malum votum impleri promittitur, tantò celerius punit

punitur. Greg. lib. 16. mor.
Bona vota quoties effectum percipiunt, multiplicantur. idem 34. mor.
Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahat, à voto resiliens. ibidem.
Mundi promissa semper fallunt: Dei autem promissa nunquam fallunt. Aug. Serm. 3. de verb. Apost.
Promissio est beneficium. idem Epistol. 120.
De promissionibus Dei nihil dubitandum. idem in Quæst. ex vtroque.
Promissa sua vt Deus compleat, non est in Dei, sed in hominis potestate. idem lib. 1. de prædi. Sanct.

Vultus.

EX GRAECIS.

EX specie cõprehenduntur mores. Cleant. apud Diogen. lib. 7.
Ad vultum boni viri aspicere, dulce est. Eurip. in Ion.
Non intemperanter, sed arte quadam facies futuræ vxoris considerandæ. benigni enim oculi summam animi pulchritudinem comitantur: quæ autem maligna, & odiosa fuerit, ea statim & oculis transuersè, improbéque intuetur. Qui stolidus, ac simplex est, pupillas, & oculos patentes gerit, vt asini, & oues. Cui supercilia coniunguntur, improbus est. Cuius superficies in vultu non rubet, sed obscura, caliginosáque est, huius anima nunquam vllo modo exhilaratur. cæterùm eiusmodi notæ non solùm virginibus, et mulieribus, sed etiam viris insunt. vnde de mulieribus, quales futuræ sint, multò antè vaticinantur Indi. Nicost. apud Stob.

EX LATINIS.

MAgnorum virorũ non minus vtilis est præsentia, quàm memoria. Senec. Epist. 102.
Frons pluribus generibus peccat. Quintil. lib. 1.
Fronte ac vultu simulatio facillimè sustinetur. Cicer. ad Lent.
Vultus, ac frons, animi est ianua, quæ significant voluntatẽ abditam, & occultam. idem de petit. Consul.
Frõs tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Plin. Senior lib. 11.
Heu quàm difficile est, crimen nõ prodere vultu. Ouid. 2. Metamorpho.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
Nec bene solicitis ebria verba sonant. Tibul.
Frõti nulla fides. Iuuenal. Sat. 11.

EX

EX SACRIS.

NOn ita exprimit affectum dignitas, sicut vultus. Bern.
In plerisq; iusti aspectus, admonitio correctionis est: perfectioribus autem lætitia. Ambr. sup. Beat. immac.
Faciem crassitudo operit. Gregor. lib. 12. mor.
Facies Dei, cognitio eius est. idem in 2. Reg.
Facies notat conuersationem. ibid.
Frons, pudoris sedes. Augustin. de verb. Apost.
Formarũ varietas, & specierũ numerositas in rebus cõditis quid, nisi quidam radij deitatis? Bernard. sup. Cant. Sermo 31.

Mercatura, & Lucrum.

EX GRAECIS.

CVi nihil restauratur, habita finiũtur velociter. Aristot. Ethic. 4.
Lucrum turpe, accusatio naturæ est. apud Stob.
Omnis homo lucri cupidus est. Plutarch. de cupid. lucri.
Lucrum est auxilium indigentiæ. Arist. Ethic. 8.
Quod cum maiore labore acquiritur, magis diligitur. idẽ Eth. 8.
Necessarium est in omni ciuitate aliquid vendi, & aliquid emi. idem Polit. 6.
Fidelis terra, infidele mare, instabile lucrũ est. Demetr. Phal.
Damnũ potius, quàm turpe lucrũ eligendum est. Diogen. lib. 1.
Nisi lucrum esset, nemo esset improbus. Delph. apud Volat.
Mercatura exercetur rerum permutatione. Homer. Iliad. lib. 7.
Non in omnibus lucrũ tibi proponas.
Parua lucra maiora detrimenta afferunt.
Pecunia in emendo, & vendendo æquat summos infimos, tollit; dissidium. Demosth. in arg. lib.
In emendo tempore qui prior est, prior etiam iure putatur. ibid.
Vt paucis dicam, quantumuis sapientem animum lucrum vi superat. apud Stob.
Spes mali lucri, initium est iacturæ. Xenoph. apud Stob.
Lucrũ iustitiæ præferũt impij. ibi.
Agricolæ, & mercatores ab admittendo bello melius deterreri non possunt, quàm si eis negotiationis euersio, illis agrorum vastatio proponatur. Demost. in arg. libr.

EX LATINIS.

AVarus animus nullo satiatur lucro. Senec. Epist. 95.
Nullus, nisi ex alterius damno quæstus est. idem de ira lib. 2.
Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim vẽdant. nihil enim proficiunt, nisi admodũ mẽtiãtur. Cic. 1. Offic.
Malo

Malo emere, quàm rogare. idem 6. Act. in Verr.
Emptum cùm malè est, semper pœnitet. Plin. Senior lib. 18.
Quid non facit, aut patitur mercator? Erasm. in Epist.
Publicum à paucis emi, periculosum est. Sallust. in Coniur. Catil.
Lucri bonus odor ex re qualibet. Iuuen. Sat. 14.
Difficilè salua erit ciuitas, in qua pluris, quàm bos, venundatur piscis. Cato apud Plutarch. in Apophth.
Qui præcocia magno emũt, desperant se ad maturitatis tempus peruenturos. Socr. apud Diog. Laẽr lib. 2.
In magna inopia quicquid emi potest, vile est. Quintilia. Declam. 12.
Res partim emuntur pecunia, vt domus: partim tempore, & diligentia, vt liberalis disciplina. Diog. lib. 6.
Terra omnia parit, & rursum recipit.

EX SACRIS.

QVæstus magnus, conscientiæ puritas. Chrys. sup. Matt. Homil. 58.
Damnum qui certat euitare, potior est eo, qui certat lucrum quærere. apud Iurisconsl.
Lucrum non quærendum in rebus diuinis. Ambr. sup. Luc.
Mercatorum laboriosa vita est. Aug. Ser. 48.
Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno. idem.
Non sic sapit lucrum, quàm dolet damnum. idem.
Quæsitum facilè negligit generosus animus. Hier.
Aurum, & diuitias per bella quærere, nefas est: per maria periculum: per falsitates opprobrium: per agriculturam verò licitum est. honestum verò est lucrum, per quod nemo læditur, iustè acquiritur, & nulli præiudicatur. Cassiodorus in Epist.
Vltroneæ vilescunt merces, & pretia facilitate decrescunt. Hieron. ad Demetr.
Pretium rebus imponit affectus. Ambr. 1. de Offic.
Emptio præsumitur facta ex pecunia illius, cuius cantat instrumentum. apud Iurisconsl.
Emptor bonæ fidei dicitur esse, qui aut ignorauit rem alienam, aut putauit eum qui vendidit, habere potestatem vendendi. ibid.
Lucra interdum damni occasione colligimus. Chrysost. sup. Matt. Homil. 9.
Lucri spes omnia difficilia facit iucunda. idem de Sacerdot. lib. 3.
Mercator homo vix Deo potest placere. idem sup. Matth. Homil. 38.

Vsura

Vsura, & mutuatio.

HAbes, ne fœnereris, quia nõ indiges: non habes, ne fœnereris, quoniam satisfacere nõ poteris. Plutar. de Vsur. vit.

Fœnus, onus est etiam diuitibus intolerabile. ibid.

Si necessarijs contenti essemus, minimè vsurariorum genus pessimum inueniretur. ibid.

Delicia fœneratores fecerunt, non secus ac aurifices, vnguẽtarios, ac tinctores. ibid.

Et esca, vsura est, & vestis, vsura est: & quodcunq; sorti accidit, vsura est: quod velis ei nomen imponas, vsura est. Ambros. lib. de Dauid.

Peior ciuis existimatur fœnerator, quàm fur. Cato de Re rust.

Fœneratio etiam ijs inuisa est, quibus succurrit. Colum. lib. 1.

Turpia lucra fœnoris, & velox inopes vsura trucidat. Ans. in Aeglog. de Vit. hum.

Vsura liberos seruos faciunt. Pub. Mim.

Qui sub vsura accipit, sub tempore quasi beneficium sentit, sed vsura per omnes eius facultates discurrit, & totum conuertit in debitum. Chrysost.

Prudentis viri est, qui mutuũ prudenter dedit, id amicè recipere: non postquam humaniter contractum est, odiosè recipere. Theophr. apud Stob.

Ad sacros ordines non sunt promouendi vsurarij. Gregor. in Regist.

Fœnus, extremæ impudentiæ signum. Chrysost. sup. Matt. Homil. 57.

Vsurarius super omnes mercatores maledictus. idem sup. Matt. Homil. 38.

Latro.

OMnis fur malignus est. Arist. Rhet. 2.

Non solùm qui elàm tollit, sed etiam qui palàm tollere vult, latro est. idem Topic. 6.

Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci, nudũ latro transmittit: etiã in obsessa via, pauperi pax est. Sen. Epist. 14.

Nulli etiam, cui rapina fœliciter cessit, gaudium rapti duravit in posterum. idem Epist. 17.

Nullum est aliud latronum beneficium, nisi vt commemorare possint ijs se vitã dedisse, quibus non ademerunt. Cicer. Philip. 2.

Insidiatori, & latroni potest asseri iniusta lex. idem pro Milone.

Nihil est turpius ingenuo, nihil minus libero dignum, quàm in conuentu maximo cogi à magistratu furtum reddere. idẽ 4. Act. in Verrem.

Furtum deprehendi, infœlicis ingenij est. Plin. Senior in præfat.

Furto sublata quædam fertilius proueniunt. idem lib. 19.

Turpe est, virtutis gloriam magnitudine prædæ minui. Max. lib. 6.

Si propterea non fecisti furtum, quia timui, ne videaris, intus in corde fecisti: furti reus teneris, etsi nihil tulisti. Aug.

Fur nemo rei suæ est. Tertull.

Maleficio præda coniuncta est. Lact. lib. 3.

Si pœnale est clanculo auferre, multo maioris pœnæ est, violenter eripere. Aug. in quodam serm.

Plerunq; amittit qui poterat retinere, qui audaciter ea, ad quæ pertingere non valet, eripere festinat. Greg.

Qui recipiet, qui aliena tulerit, si semper ardebit, qui sua nõ dedit. Rab. sup. Matth.

Vltra omnes crudelitates est dinitem velle fieri de exiguitate mendici. Eras. in Epist.

Latro meritò grauiora legibus patitur, quàm contra leges ipse commisit. Aug. contra Epist. Parm. cap. 7.

Latro bonus magnam peccatoribus præstat fiduciam. Gregor. in Regist.

Fur nocturnus si occidatur, non committitur homicidiũ. Aug. lib. 2. Quæst. sup. Exod.

Quod inuenisti, & non reddisti, rapuisti. idem Serm. 19. de Verb. Apost.

Ablatio rei alienæ restitutione dissoluitur. Chrysost. sup. Matt. Hom. 12.

Abstinenda manus ab alienis, si pecunias exigere non possumus. idem de Virt. & vit. Ser.

Fur mentitur, ac peierat. idẽ sup. Epist. ad Philip. Ser. 1.

Furtum segnitici est. idem sup. Epist. ad Hebr. Ser. 6.

Debitum.

MAgis redde mutuũ, quàm amicis tribue. Aristot. Eth. 9.

Secundum delictum arbitrantur per se mentiri: secundum verò debitorem esse, quandoquidem qui debent, vt plurimùm mentiri cogantur. Plutarch. de Vit. vsur.

Mutuum sumere, mendacij principium est. Basil. in Hexam.

Nihil grauius, quàm audire, Reddite. ibid.

Parum interest, vtrum ab homine, vel à fortuna mutuum acceperis. Sen. Epist. 87.

Est animi ingenui, cui multũ debeas, ei plurimum velle debere. Cic. ad Curt.

Reddit beneficium, qui libenter reddit. in Hist. Sax.

Stultus est debitor, qui gaudent, pecuniam accipit, & tempus, quo reddere debeat, non attendit. Greg. in Mor.

Censum non soluere, est vsurpatio

libertatis apud Iurisper.

Debita, quæ dimitti oramus, peccata sunt. Aug. Epist. 54.

Debitum qui exigit, non peccat. idem lib. 19. contra Faust.

Debitores sumus præcipuè quinq; scilicet, corpori, cordi, fratri, sanctis, & mortuis. Bernard. de Verb. Domini.

Bellantibus sumptus debentur ab ijs, qui in pace sunt. Chrysost. sup. Epist. ad Philip. Ser. 4.

Priuilegium.

Nihil odiosius, quàm reuocare ea, quæ maiorum benignitas indulsit. Eras. in Epist.

Priuilegium est principis beneficium contra ius commune indultum. apud Iurisconsl.

Priuilegium ita vni ecclesiæ concedatur, vt alteri iniuria non irrogetur. Gregor. ex Regist. lib. 2.

Spectaculum, ludus.

Vita sine festiuitatibus longa est via sine diuersorijs. Democr. apud Stob.

Iocus sæpenumero remissio studij est. Plato de summo Bono.

Requies, & ludus in vita necessaria. Arist. Eth. 4.

Ludus est propter requiem. idem Polit. 8.

Statim à primis annis pueri honestis iocis assuefaciendi sunt: nam si iocis mimis decentibus assuescant, nunquam legitimis, probisq; viris euadere poterunt. ibidem.

Ludendi est quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatiq; voluptate in aliquam turpitudinem elabamur. Cic. 1. Offic.

Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena. idem 1. Off.

Aduersus miseros inhumanus est iocus. Quint. lib. 4.

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & heros. Iuuen. Sat. 4.

Instrumenta luxuriæ, tympana, & tripudia. Iust. lib. 30.

Ambitiosissimum gloriandi genus est, etiam deridere. Quint. lib. 11.

Ioci ab ecclesia remouendi. Ambro. 1. Off.

Saltatio ad adulteras pertinet, non ad pudicas. idem de Virg. lib. 3.

Aleam inuenit dæmon. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei.

Spectacula, & ludi seculi pœnitendi, fugienda. Augustinus de Vera & falsa pœnitentia. cap. 15.

Spectacula theatri, vera insania sunt. August. de Catech. rudib.

Saltatio, barathrum est diaboli. Chrysostomus sup. Matth. Homil. 48.

Spectaculorum admiratio eloquentiam Dei in contemptum ducit. Chrysost. de verb. Esaiæ. Homil. 1.

Theatra risuum, ac turpium voluptatum incentores sunt. Chrysostom. super Matthæ. Homilia 6.

Theatra, magna mala efficiunt ciuitatibus. idem sup. Acta Apost. Homil. 52.

Theatrum officina iniquitatis est. idem de pœnit. Homil. 8.

Vrbanitas mollem animum facit. idem super Epistol. ad Ephes. serm. 17.

Vrbano nihil impudentius. ibidem.

Nouerca.

Qui liberis suis nouercam super induxit, non honore dignus, sed infamis sit, vtpote dissensionis autor domesticæ. apud Stob.

Nihil boni aiunt nouercam cupere filijs spurijs, quarum reprehensionem vita. Eurip. apud Stob.

Inimica consequent nouercæ liberis prius genitis, viperæ nihilo clementior est. Eurip. in Alcest.

Nunquam duplicia connubia laudauere mortalium, nec binas matres habentes liberos. idem in Androm.

Diuisio.

Cvm nimis in diuisione properamus, tardiores absoluimus. Plat. de Regn.

Distincta melius seruantur. Sen. Epist. 8.

Reficit animos, ac reparat varietas ipsa, aliquantóque difficilius est in vno semper perseuerare. Quint. lib. 1.

Facilius est multa facere, quàm diu. ibid.

Distinguendum semper est inter manifesta, & dubia. Bernar. sup. Cantic. serm. 18.

Numerus.

Omnia terminantur numero. Arist. Eth. 3.

Oportet esse vnũ numero id quod maximum, & optimum dicitur. Arist. Topic. 7.

Vnus quidem, nec vnus quidẽ est. Arch. apud Diog. lib. 3.

Multi dicuntur pauci, habito respectu ad plures. apud Iurisc.

Perfectio solet in septenario numero designari. Greg. in 1. Reg.

Venatio.

Venandi studium, ac voluptas multo labore afficit, & incommodo. Liuius 1. Dec. lib. 1.

Iucunda post venationem mensa plena est. Eurip. in Med.

Animal brutum.

ANimalia cuncta noscũt sibi salutaria præter hominẽ. Plin. Senior lib. 27.

Animalia gulæ carcere cohercere cœpimus. idem lib. 22.

Beneficiorum Dei animalia etiã partem habent. Chrysost. super Genes. Hom. 28.

Sensus melior in brutis, quàm in hominibus. Aug. de Quantit. Anim.

Vniuersis animalibus data est ratio, brutis tantùm ad vitam tuendam: homini autẽ ad propagandam. Lact.

Animalia fecit Deus propter hominem: hominem autem propter seipsum. Si ergo animalibus ministrat propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum? Chrysost. sup. Matth.

Nullum est animal præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. Cicer. de legib.

Meritum.

HAbent in meritis gratiam periculum, & difficultas. Quint. lib. 7.

Iniquissima magnorum meritorum conditio est, si quicquid non fuerit abiectum, de prioribus perijt. idem Declamatio. 5.

Non perdat autoritatem meritum, quod vltra expectationem est. idem lib. 6.

Multiplicata obsequia demerentur potius, quàm offendunt. Lact. lib. 4.

Nemo meritis Deũ præuenit. Gregor. 23. Mor.

Magna sunt vitæ actiuæ merita, sed contemplatiuæ potiora. ibid.

Sis auarus in petẽdo, modo sis idoneus in promerendo. Amb.

Multorũ merita quatiũtur vnius delicto. idem.

Sufficit ad meritum scire quòd non sufficit meritum. Bernar. serm. 53.

Præpostерus ordo est, ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum. idem sup. Cant.

Iuxta meritum plebis Deus solet prouidere de pastore. Gregor. 28. Mor.

Merita maiorum in natos trãsiuntur. Augũst. lib. 6. de Genes. ad lit.

Meritum dispar habet, qui sociabiliter viuit, & qui vtiliter præest. Bernard. super Cantic. serm. 23.

Meritum hominis totum est, si totam spem suam ponat in Domino. idem sup. Psalm. Qui habitat.

Respectus Domini variatur pro meritis eorum, quos respicit. idẽ sup. Cant ser. 57.

Merita nostra sunt munera Dei. Aug. Aug. confess. 10. cap. 13.

Dona sua, non merita nostra coronat Deus. idem Epist. 105.

Meritis parentum gaudent nati. idem 6. de Gen. ad lit. cap. 9.

Scandalum.

SI de veritate sumitur scandalum, vtilius permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur. Gregor. sup. Ezechie.

Scandalum malè scandalo resarcitur. Bern. de præcept. & discipl.

Cùm carpuntur vitia, & inde scandala oriuntur, ipse sibi scandali causa est, qui fecit quod argui debeat, non ille, qui arguit. non ergo timeas contra charitatem esse, si vnius scandalum multorum compensaueris pace: melius enim est, vt pereat vnus, quàm vnitas. Bern.

Odor.

ODor bonus, testimonium bonum. Bern. sup. Cantic. serm. 71.

Odorem morum fama dijudicat colore conscientiæ. ibid.

Odorat tantum peccator Dominum: iustus etiam gustat. Bern. sup. Cant. serm. 67.

Non bene olet, qui bene semper olet. Hier. ad Demetr.

Sepultura.

SEpulturæ nullus sit respectus. Aug. in sent. suis.

Sepultura nulla est piæ iacturæ. idem libr. 19. Quæstio. super Genes.

Sepulturæ pompa magis est viuorum solatium, quam mortuorum refugium. idem de cura pro mort.

Sepelitio fidem resurrectionis astruit. idem lib. 1. de Ciui. Dei, cap. 13.

Hominis solùm post mortem sepulturæ cura. Plin. Seni. lib. 7.

Testamentum, & hæreditas.

TEstatoris voluntas seruanda, aut hæreditate carendum. Aug. de quinque hæres.

Tabulæ testamenti cùm aboletæ sunt, è legatis tamen patrimonij amplitudo potest intelligi. Demosth. contra Aphobum.

Testamenta hominum spectacula sunt morum. Plin. Iun. lib. 8.

Optima hæreditas, quæ à patribus traditur liberis, est gloria virtutis, rerúmque gestarum, cui dedecori esse, nefas, & vitium iudicandum est. Cicer. 1. Officio.

Licet patri apud filium gloriari, ad quem hæreditas suæ huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. ibid.

Omnia hæredum officia sunt præsumenda. Plin. Iun. lib. 4.

Quod meum est, mihi legari non potest. apud Iurisp.

Testamentū vetus mutabile erat, testamentum nouum immutabile est. Gregor. sup. Ezech. lib. 1.

Qui hæreditatem aut successionem paternam venit, hæreditaria non debet onera subire. Greg. in Reg. lib. 5.

Vxor hæres, pudicitiæ pretium est. Hier. ad Saluinam.

Testamentum, hominis morte confirmatur. Augustī. in exposi. Epist. ad Galat.

Hæreditas, in qua Christi cohæredes sumus, non minuitur multitudine filiorum, nec sit angustior numerositate cohæredum. in sent. Aug.

Hæreditas nostra, pater immortalitatis est. Aug. in lib. 83. Quæst.

Hæreditas nostra pax est. idem Psalm. 124.

Hæreditas ecclesiæ, est Deus. idem in Psalm. 5.

In testamento aliquid pauperibus relinquendum est. Chryso. Homil. 2. sup. Psal. 50.

Testatoris voluntas, lex est. apud Iurisconsult.

Experientia.

EXperientia artem facit: imperitia verò casum. Aristotel. Metaph. 1.

Experientia singularium, ars vniuersalium cognitio est. ibi.

Multitudo temporis facit experientiam. idem Ethic. 6.

Insania aliena frui, optimum est. Plin. Seni. lib. 18.

Par est eos, qui generi humano res vtilissimas conquirere, & perpensas, exploratásque memoriæ tradere concupierint, cuncta tentare. Colum. lib. 1.

Per varios casus vsus experientiam fecit, exemplo monstrante viam. Manil. lib. 1.

Non trepidat de euentu inuentionis suæ qui probatis eam experimentis comparauit. Iulius Front. in præfa.

Assiduitas experiendi subtrahit paulatim admirationem. Augustī.

Multa fieri reipsa comperio, quæ inexperto nullatenus persuaderi queunt. Bernard. in Epistol.

Experto in sua scientia credendum est. apud Iurisconsult.

Rerum progressus ostendunt multa, quæ initio præcaueri non poterant. Demosthen. in argumen. lib.

Argumentum, & disputatio.

ARgumentum est quicquid quocunq; modo rei dubiæ, de qua

de qua disputatur, fidem facit. apud Iurisconsult.

Arguendo, & disputando veritas inuenitur. ibid.

Argumento cognoscitur quod liquidò constare non potest. ibi.

Arguitur iniuria tripliciter: nempe lege, ratione, & exemplo. ibidem.

In disputationibus validius, & vrgentius argumentum in fine seruandum est. ibid.

Optimus, & efficacissimus modus conuincendi aliquem, est per retortionē, & legem propriam. ibidem.

Studiosus iuris in quouis argumēto præcipuè considerare debet, an peccet penes aliquam fallaciam. ibid.

Disputans non debet extra propositum vagari: alioquin audit, Amice quod agis, impertinens est. ibidem.

Ars contradicendi, omnia in dubium vertere potest. Plat. de scient.

Qui positioni non credit, reprobare debet: qui reprobare non potest, positioni credat. idem.

Manifesta negare, irreuerentia est. Arist. Rhet. 2.

Seruos negantes, ac contradicentes magis flagellamus. ibid.

Quolibet contra opiniones sapientum proferente, solicitum esse, ignorantia est. ibid.

Vno inconueniente dato, plurima contingunt. idem Physic. 1.

Magis dicimus scire illum rem, qui scit eā affirmatiuè, quàm qui scit eam negatiuè. idem Metaph. 3.

Prudēti incredulitate nō est quicquam vtilius mortalibus. Eurip. in Helena.

Colloquentium duorum irato altero, iste, qui verbis non refragatur, prudentior est. Eurip. apud Stob.

Ingentia mala non aliter, quàm ex aliqua contentione oriuntur. Plat. in Phæd.

Contradicentem docere oportet, nō contradicendo compescere. nam nec insano, si vicissim insaniat, aliquis medebitur. ibid.

Sermones sophistici facilius contradicuntur, quàm disputantur. Arist. Physic. 2.

Quædam quæstiones, subtilius est contemnere, quàm soluere. Senec. Epist. 56.

Disputare docemur, non viuere. idem Epist. 46.

Non te prohibeo aliquādo sophismata tractare, sed tunc cùm non vales aliquid agere. idem Epist. 113.

Necesse est contentiosè loquaris, quod probare non possis. Quint. Declam. 18.

Mala, & impia consuetudo est, contra Deos disputandi, siue ex animo hoc facias, siue simulatè. Cicer. 2. de nat. Deorum.

Contentio tandiu sapiens est, quādiu proficit, aut si non proficit,

non obest. idem pro Cluent.

Rem manifestam negare, augentis est crimen, non diluentis. Plin. Iuni. lib. 4.

Nimium altercãdo veritas amittitur. Pub. Mim.

Contentione nõnunquam obruuntur ingenia discentium. Erasm. in Epist.

Nunquam ad rationem veritatis intrabit, quisquis à discussione cœperit erudiri. in Collect. Nest. abbat.

Contentio summæ difficultatis est initium. August. de ver. Relig. cap. 24.

Argumenta captiosa brevibus regulis soluenda sunt. August. contra Acad. lib. 3.

In disputationibus non est quærenda victoria, sed bonum, & rectũ. idem cõtra Acad. lib. 1.

Non disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur. idẽ lib. 1. sup. Genes.

In disputatiõibus sine Scripturarũ autoritate nihil temere asserendum. idẽ lib. 2. cont. Pelag.

Argumẽtum ab absurdo tollitur, si absurdius sequatur. apud Iurisconsul.

Disputare sine timore Dei, est veritatem subuertere. Chrysost. sup. Matth. Homil. 35.

Disputationes insanæ à Satana suggeruntur. idem sup. Ioann. Homil. 7.

Quæstionis nulla necessitas, vbi fides est. Chrysost. sup. Matth. Homil. 1.

Necesse est alteram partem contradictionis esse veram. Arist. Metaph. 4.

Nemo à similitudine vocum, nisi qui disputat, captus est. Senec. Epist. 45.

Disputatio ad iudicium pertinet. Greg. in Mor.

Litigium.

Lis de rebus facilè corruptibilibus, celeriter debet terminari, vel res vendi. apud Iurisconsul.

Publicæ contradictiones, & controversiæ, si priuatas offensiones subducas, leniores efficiẽ solent. Plut. de Polit.

Parvo ab initio cõtentionem magnam hominibus lingua suppeditat: hoc verò sapientes homines maximè cauent, amicis non fabricare litem. Eurip. in Androm.

Diuersitas opinionum, est causa litis Metaph. 5.

Multi litigant in foro, non tam vt ipsi aliquid consequantur, quam vt alios vexent, atque molestent. Hesiod.

Ille forum, & litigium vitare debet, qui sibi nõ est conscius magnarum diuitiarum. ibid.

Maior plerunque lite quæstio est. Quint. Declam. 13.

Nihil bono viro, ac quieto magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus

libus controuersijs. Cicero ad Atticum.

Causarum occupationibus agitatus debet ad aliquem habere recursum. Greg. in Regist.

Causæ dubiæ sunt Romæ determinandæ. ibid.

Inter turbas causarum non moueri, magni est animi. ibid.

Contentionis finis nunquam inuenietur, si ea, quæ indicata sunt, differantur. Greg. in Regist.

Contentiones de terrenis diu habere, religiosis indignum est. Greg. in Regist.

Contentiones per formam pacis cõcordiam componere, valde laudabile. ibid.

Genus humanum ad contentiones natum est. Chrysost. sup. Act. Apost. Homil. 7.

Contumacia, & impœnitentia.

In malè cœptis honestior videtur pertinacia, quàm impœnitentia. Senec. de Ira. lib. 1.

Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. Cicer. Philip. 2.

Hominibus nimia pertinacia, atque arrogantia accidere solet, vti eò recurrant, & id cupidissimè appetant, quod paulò antè contempserint. Cæs. de bell. Ciuil. lib. 1.

Absit pertinax contentio in familiari sermone. Ambr.

Contumacia redargui non potest, nisi exemplo. Lact. lib. 4.

Pertinaces plus de se, quàm sunt, sentiunt. Greg. in Past.

Pertinacia ex superbia oritur. ibidem.

Contumax habetur pro præsenti. apud Iurisconsul.

Contumaces plerunq; auari. August. de bon. vid.

Obstinati in suo sensu pessimi. Bernar. de resurrect. Domini. serm. 3.

Impœnitentia cordis, est peccandi obstinata voluntas. Bernar. de conuers. ad cleric. serm.

Pertinacia nõ sinit hominem corrigi. Aug. Epist. 210.

Motus.

Corporis motus, vox quædam est animi. Amb.

Motum natura informet: si quid sanè in natura vitij est, industria emendet. idem.

Motio locorum, iræ, aut visitationis indicium. Chrysost. super Act. Apost. Homil. 11.

Primi motus non sunt in nobis. Aristot.

Conditio.

Conditio, cuius euentus operatur, non debet spectari. apud Iurisconsul.

Conditio difficilis habetur pro impossibili. ibidem.

Exprobratio.

Beneficia non sunt exprobrãda apud memores. Liuius 1. Dec. lib. 9.

Odiosum est genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. Cicer. in Lælio.

Beneficium qui dicit se dedisse, petit. Pub. Mim.

Crede mihi, quamuis ingẽtia Posthume dones,
Autoris pereũt garrulitate sui. Mart. lib. 5.

Hypocrita, & simulatio.

Hypocrita, si bonum est, bonũ esse, vtquid vis apparere, quod non vis esse? si malũ est, malũ esse, vtquid vis esse, quod non vis apparere? melius est bonum esse, si malum est, malum apparere, peius malum esse: ergo aut appare, quod es, aut esto, quod appares. Chrysost. sup. Matth. 7.

Hypocriseos macula pauci carent. Hier. in Epist.

Quod maximè dissimulas, frequẽtius exit in lucem.

Simulata æquitas, nõ æquitas est, sed duplex iniquitas: quia iniquitas est, & simulatio. Aug. sup. Psalm. 63.

Vult hypocrita scire diuina eloquia, nec tamen facere: vult rectè loqui, nec tamen viuere. Greg. 11. Mor.

Hypocrisim excludit simplicitas. Anselm. sup. Epist. ad Roman.

Hypocritarum laus præda dicitur. Greg. 5. Mor.

Hypocrita sua opera perdidisse putat, si à nemine conspiciantur. Greg. 8. Mor.

Hypocrisis Ecclesiasticorum putida labes est. Bern. super Cant. serm. 43.

Hypocrisis malum abscondit, quod est, & bonum, quod non est, mentitur. ibid. serm. 65.

Hypocrisis contra veritatem prævalere non permittatur. Greg. in Regist.

Hypocrita sanctus esse nõ appetit, sed vocari. idem sup. Cant.

Hypocritarum opera ante finem deficiunt. ibid.

Hypocritæ domus est delectatio fauoris. ibid.

Hypocritæ in hac vita recipiunt mercedem suam. ibid.

Deus hypocritis largitur dona operis, sed sortem denegat hæreditatis. Greg. lib. 8. Mor.

Hypocritæ pro peccatis alienis eruciabuntur. ibid.

Mens hypocritæ semper præparat dolos. idem 12. Mor.

Hypocritæ gaudium ad similitudinem puncti est. idem 15. mor.

Vita hypocritarum in fine ab omnibus plerũq; cognoscitur reproba. idem.

Hypocritæ malum sub lingua, non in lingua habent. ibidem.

Hypocrita sacris literis interdum studet ad inanem gloriam. ibidem.

Hypocrita sæpe in hæresim labitur. ibidem.

Hypocritæ Græcè dicitur, Latinè simulator. idem 18. mor.

Hypocrita in Deo delectari non potest. ibidem.

Hypocritarum facies rationalis, sed corpus bestiale est. idem 33. mor.

Hypocritæ viuunt alijs, & sibi moriuntur. idem in Past.

Musica.

Melodia iratos, & alijs passionibus occupatos sæpe alleuiat, ipsos lætos faciens. Aristot. Polit. 8.

Musica est potens lætificare homines. ibidem.

Musica valet ad deductionẽ temporis, & ad delectationem. & ideo pueris cõuenit studere musicæ. ibidem.

Musicam docebit amor, imperitus sis licet. apud Plu. Prob. Dec. 1.

Musicis Iupiter canenda suggerit. Homer. Odyss. lib. 1.

Musica sensum docet. apud Stob.

Musica, & nuptiæ comparantur. ibidem.

Occultæ musicæ nullus est fructus. Suet. Tranq.

Musica, Dei donũ. Aug. Epi. 28.

Musicæ ignoratio Scripturarum intellectũ impedit. idem lib. 11. de doctr. Christ. cap. 16.

Musicis cantibus animæ citantur, & sedantur. idem lib. 1. contra Iulianum.

Non solùm cantantes, sed intelligentes psallere debemus. nemo enim sapiẽter quicquam facit, quod nõ intelligit. Cassiod. sup. Psalm. Psallite sapienter.

Psallere, & orare inter laborandum res est Deo accepta. Augustin. de opere monach.

Benè psallere, & malè viuere, Deo abominabile. idem in Psalm. 40.

Mundus, & Terra.

Terra patria nostra est, & sepulchrum. Chrysost. sup. Genes. Homil. 9.

Mundus diligendus, & odiendus est. August. in sent. suis.

In terra, & sub terram, & infra terram ignis est. idem lib. 2. de Ciuit. Dei.

Mundus, maximum omnium visibilium. idẽ lib. 11. de Ciuitate Dei, cap. 4.

In mundo nihil melius, quàm spiritus. idem 22. de Ciuitat. Dei, cap. 1.

Mundus ratione, non casu administratur. idem de duabus anim.

Mundi huius ornatus pulcher quidem per se: in Dei verò comparatione nihil. idē de Quāt. ani.

Mundus hic, quasi diluuiū quoddam existit. idem de substitut. dilect.

Mundus inimicus est ijs, quos beatos facit. idem in Quæstio. ex vtroque.

Mundus amaram potionem suis dilectoribus propinat. idem Sermo 110. de temp.

Mundi huius diuites, & superbi experiuntur in fine, vanitatem fuisse. Idē Sermo. 181. de temp.

Mundus hic, velut carcer est. idem sup. Psalm. 141.

Mundo viuere, mortis opus est. idem Epist. 36.

Mundi amicitia fornicatio est. idem lib. 1. Confess. cap. 9.

Christianus vtatur mundo, non fruatur. Bernard. sup. Cantic. Sermo. 86.

Mundus, naufragiū est. Chrysosto. ad popul. Antioch. Homil. 10.

Quidam mundi actiones fugiunt, sed nullis virtutibus exercētur. Greg. 5. mor.

Mundus tot floribus, quot hominibus plenus est. idem 11. mor.

Cor.

Cor in quatuor affectibus est quid diligas, quid metuas, vnde gaudeas, seu contristeris. Bern. de icium Serm. 2.

Cordis custodia, qua præstantior est, sine manu, & lingua haberi non potest. idem de quadrup. deb.

Cordi pij est, cedere importunitati. idem in Epist.

Non discordet cor tuū à facie tua: non habeas faciem sursum, & cor deorsum. idem sup. Cant.

Apud omnes cor ex verbis: apud Deum verò verba pensantur ex corde. ibid.

Plura machinatur cor meum vno momento, quàm omnes homines perficere poterunt vno anno. Huge. 1. de anim.

Cor parum est, & magna cupit: vix ad vnius milui refectionē sufficere potest, & totus mundus ei non sufficit. ibid.

Vis scire de fratre tuo quale cor habeat? attende, vnde libētius, & frequentius loquatur. ex abundantia enim cordis os loquitur. Cassiod. sup. Psalm.

Nihil nobis vicinius est corde nostro, & tamen sæpius euagatur. Greg. sup. 1. Reg.

Cor, & anima Dei, est sacra eius scriptura. idem.

Cor nostrum non habemus, quoties graniter deliquimus. ibid.

Corda sæculariū aspera sunt, si prius religiosorum exempla non vident. ibid.

Cor sacerdotis, est arca Dei. idem in regist.

Anim

Anima, & Mens.

EX GRÆCIS.

Anima libro, & tabulæ rasæ similis. Plat. de summo Bono.

Anima est principium, quo viuimus, sentimus, & mouemur. Arist. de Anim. 2.

Anima dat fluxæ viuentibus. ibidem.

Plus temporis proficit anima in ignorantia, quàm in scientia. ibidem.

Delectationes animæ sunt: cognoscere Creatorē, considerare opera cœlorum, & sapientiam suam. idem de Morte.

Bona animæ proprissimè, & maximè dicūtur bona. idē Ethi. 1.

Animal constat ex anima, & corpore, inter quæ anima est regens naturaliter: corpus verò rectum. idem Polit. 1.

Mens cernit, mens audit, reliqua surda, cæcáque sunt, & rationis indiga. apud Plutarch. de Fort. Alex.

Præcipuus animi morbus, dementia est. idem de Morb. anim. & corp.

Corpus indigentia, & alimento: animus verò remissione, atque labore conseruatur. idē de educand. lib.

Velocissima omnium rerum mens est: per omnia enim discurrit. Thal. apud Diog.

Mens optima, vates est, & bonum consilium. Eurip. in Helen.

Animus, virtutis studiosus adinuenit artem carminū ad laudandum bona, & ad vituperandū mala. Arist. de Poēt. 1.

EX LATINIS.

Cogita, in te, præter animum, nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnum. Senec. Epist. 8.

Bona mens non emitur, nec commodatur: & puto si venalis esset, non haberet emptorē. idem.

Quid aliud voces animum, nisi Deum in humano corpore hospitem? Senec. Epist. 32.

Non est huius animus in rectō, cuius acta discordant. idem Epistol. 34.

Cogenda est mens, vt incipiat, deinde non est opus acerba medicina. idem Epist. 51.

Corpus multis eget rebus, vt valeat: animus ex se crescit, seipsum alit, se exercet. ibid.

Valentior omni fortuna animus est: beatæ, ac miseræ vitæ sibi causa est. idem Epist. 99.

Rege incolumi, mēs omnibus vna est, amisso, rumpitur fides. rex noster, est animus, hoc incolumi, cætera manent in officio. idem Epist. 115.

Quodcunque sibi imperauit animus, obtinuit. Senec. de ira lib. 2.

Maxim

Maximum est argumentum animi, ab altiore venientis sede, si hæc in quibus versatur, humilia iudicat, & angusta, si exire nō metuit. scit enim, quò exiturus sit, qui vnde venerit, meminit. idem Epist. 121.

Humanus animus facilius sequitur, quàm ducitur. idē de Clem.

Opus est, te animo bene valere, vt corpore posſis. Cicer.

Animus solus nec cùm adest, nec cùm discedit, apparet. Cato Maior.

Omnium animi immortales sunt, sed bonorum, fortiumq; diuini. Cicer. 2. de leg.

Sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc. idem de somn. Scip.

Duplex est vis animorum, vna pars in appetitu posita: altera in ratione, quæ docet, explanat quid faciendum, fugiendúmve sit: ita vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet. Cicero 2. Offic.

Ægris corporibus simillima est animi ægritudo. idem 2. de Finib.

Errat, qui vllum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitijs grauius existimat. idem 3. Tusc.

Vt multò maiora sunt opera animi, quàm corporis: sic eæ res, quas persequimur ingenio, ac ratione gratiosiores sunt, quàm hæ, quas viribus. idem 2. Offic.

Corpus tandiu gaudet, dum præsentem sentit voluptatem, animus & præsentem percipit pariter cū corpore, & prospicit venientem, nec præteritam præterfluere finit. idem 5. Tusc.

Corpus est, quasi vas animi, & quoddam receptaculum. idē 5. Tusc.

In animis hominum multæ sunt latebræ, & multa recessus. idem pro Marcello.

Animus æger nec pati, nec perpeti potest. Ennius apud Cic. 3. Tusc.

Vt ciuitas in discordia non potest esse beata, nec in discordia dominorum, domus: sic animus à seipso discedēs, secúmque discordans, nullam gustare partem liquidæ voluptatis, ac liberæ potest. idem 1. de Finib.

Illud modò videto, vt Deum noris, etsi ignores locum, & faciem: sic animum tibi tuum notum esse oportet, etiam si ignoras locum, & formam. idem 1. Tusc.

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro,
In cœlumque redire animas, cælúmq; venire? Manil. lib. 4.

Exemplúmq; Dei quisque est in imagine parua. ibid.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,
Impetus hic sacræ semina mentis habet. Ouid. 6. Fast.

Summum crede nefas, animam præferre pudori
Et propter vitam, viuēdi perdere causas. Iuuen. Sat. 8.

EX SACRIS.

ANimæ oculus, mens est. Augustin. Soliloq. cap. 5.

Animæ patria, est Deus ipse. idem de Quantit. ani. cap. 1.

Animæ nihil propinquius carne. idem Epist. 21. cap. 13.

Anima nihil minus vult, quàm falli. idem de Epic. & Stoic. cap. 8.

Anima iusti, est sedes sapientiæ. idem sup. Psal.

Animæ pes, amor est. idem sup. Psalm. 9.

Animæ pinguedo, est sapientia. idem sup. Psal.

Anima hominis aut à Deo, aut à diabolo regitur. idem ser. 84. de Temp.

Animæ medicina est, credere in Christo. idem de Verb. Dom.

Anima etiā pessima melior optimo corpore. idem lib. 9. de Ciuit. Dei, cap. 9.

Anima post Deum nihil melius. idem lib. de Hæres.

Animas mortuas multi in corpore viuo habent. idem Homil. 3. in Apocal.

Animæ opus regere inferiorem, & regi à superiore. idem lib. 6. Music. cap. 5.

Animæ, & corporis dulce consortium. idem Epist. 120.

Animæ mortuæ sepulchrum est corpus. idem sup. Psal. 87.

Animus humanus vult quidem latere: se aliquid lateat, non vult. idē lib. 12. Confess. cap. 23.

Animus, corporis decus est. idem sup. Ioan. Tract. 2.

Vis vt seruiat caro tua animæ tuæ, Deo seruiat anima tua, debes regi, vt possis regere. idē.

Sic conditi mirabiliter sumus, vt ratio animam, & anima possideat corpus. Greg.

Tutius arbitror mali remedium ab animo, quàm à loco petere. Eras. in Epist.

Spiritus quorundam magis magni, quàm vtiles. ibid.

Animus autor culpæ, caro verò ministra. Amb. Offic. 1.

Maior animorum, quàm corporū præsentia est. idem lib. 1. de Pœnit.

Semper in robusto, & vegeto corpore animus mollior iacet, atq; tepidum cor, & rursum in corpore debili, & infirmo fortior viget, promptiorq; spiritus. Bernar. in Apolog.

Non minus pium est docere animam scientiam, quàm præbere escam corpori. ibid.

Nobilem hospitem habet corpus, quem honorare debet. idem.

Animi motus si nō euelli, at præcaueri conuenit. Amb. Off. 1.

Homo animam suam non cognoscens, patienter Deum non intelligit. Cypr. in Prolog.

Anima malignitate capta, stultior cunctis efficitur. Chrysost. sup. Matt. Hom. 7.
Anima insensibilis est, quæ peccat. idē sup. 4. Matt. Hom. 14.
Anima segnis continua admonitione indiget. idem Hom 4.
Anima, consilij locus est. idem sup. Matth. 18. Hom. 51.
Anima reiuuenescit inter angustias. idem de Resurrect. Ser. 1.
Anima locum artificis obtinet. idem sup. Epist. ad Rom. 7.
Anima inter virtutes, & vitia posita est. idem sup. Epist. ad Galat. 5.
Anima resultat, vt equus indomitus. idem sup. Epist. ad Heb. Homil. 31.
Anima luctu impedita nihil sani, nec audit, nec dicit. idem.
Animæ nobilitas perpetuò cogitanda. idem sup. Genes. Homil. 12
Animæ alacritatem corporis imbecillitas vincit. idem sup. Gen. 12. Homil. 41.
Animæ magnæ est curare quietem alienam, & suam despicere. idem sup. Act. Apost. Homil. 47.
Quidam venalem animam habent pro tenui argento. idem.
Dilatari oportet animam, vt fiat habitatio Dei. Bern. sup. Cant. serm. 28.
Gemit anima deuota Christi absentiam. idem sup. Can. Ser. 59.
Rectitudo animæ, fides, & actio. idem sup. Cant. Ser. 24.
Similitudo animæ ad Deum, per peccatum non deleta, sed obscurata est. idem sup. Cant. ser. 83.
Mens, verborum comes sit. Chrys. sup. Gen. Hom. 30.
Mens sine oculis videt. idem sup. Matth. Homil. 30.
Mentē nouit nemo, quàm qui habet. idem sup. Ioan. Hom. 32.
Videre perperam, animi est. idem sup. Epist. ad Galat.
Vt visus in oculo, ita mens in anima. Sophoc. apud Stob.
Animus ex corpore motu cognoscitur. Amb. 1. Off.
Anima à Deo derelicta redire plerunq; vult, & non potest: tanta est in reditu difficultas. Bern. Ser. 38.
Anima Dei studiosa, tria non cessat inquirere, iustitiam, & iudicium, & locum habitationis. ibid. Serm. 33.
Anima Deo chara, iuxta varias sui dispositiones Deum videt transformatum. ibid.
Anima discedente à corpore, lingua silebit, & omnes sensus obmutescent. idem Hom. 1. de aduentu Dom.
Anima fidei, deuotio est: fides verò, quæ non operatur ex dilectione, cadauer est. ibid.
Anima sedes Christi est, vbi libenter inhabitat. ibidem Sermo 27.
Anima in carne inter spinas versatur. ibid. Serm. 47.

Anima in spiritu ambulans, domus est sponsi. ibid.
Anima in sui conditione accepit, etsi non esse, posse tamen esse beata. ibid.
Anima magna res est, quæ Christi sanguine redempta est. idem in Epist.
Anima non est imago Dei, sed ad imaginem, & imaginis capax. idem Ser. 80.
Anima prior reparanda est, deinde corpus. idem in aduentu Dom. Hom. 1.
Anima quærens Deum, præuenitur ab eo, vt quærat. idem Ser. 84.
Mens plerunq; decipitur, vt aut qualitate mali, aut quantitate boni fallatur. Greg. 1. Mor.
Mens cùm se in elationem erigit, quasi in tyrannidem erumpit. idem 2. Mor.
Mens iusti, arca testamenti. idem 5. Mor.
Mens reproba coram iudice turbatur. ibid.
Mens ad cœlestia secreta elenata contremiscit. ibid.
Machina mentis, est vis amoris. idem lib. 6. Mor.
Mens intus consilio carent, anxia est. ibid.
Mens peccati consuetudine cæcata, nescit quò vadat. idem lib. 7. Mor.
Accusat mens ipsa quod perpetrat. idem lib. 9. Mor.
Mens à luce veritatis excussa, nihil in se, nisi tenebras inuenit. idem lib. 11. Mor.
Vera lætitia mentis, creator est. idem 12. Mor.
Mens prauis dilatata cogitationibus, ventri pleno comparatur. idem 23. Mor.
Mens nostra amore præsentis seculi prostrata dormitat. idem 27. Mor.
Mens, quæ apud se tota non est, seipsam cogitare non potest. idem 32. Mor.
Quantò mens circa terrena plus sagit, tantò in cœlestibus minus videt. idem sup. Ezechiel. lib. 2.
Quies mentis in hac vita perfecta esse non potest. ibid.
Bonarum mentium est, agnoscere culpam, vbi culpa non est. ibidem.
Mens humana per ignorantiam tenebrosa est: per veritatem, lucida. idem sup. 1. Reg.
Mentes nostras regis imperio subiugamus. ibid.

Corpus, & caro.

EX GRAECIS.

IN prauis, ac malè dispositis, corpus dominatur animæ. Arist. Polit. 1.
Bene corpus, & animam habe. Demetr. Phaler.
Bona in pueris corporis habitudo, bonæ quoq; senectutis fundamenta

damenta iacit. Plut.

Corpus indigentia, atq; replemento: anima verò remissione, atq; labore conseruatur. idem de Educ. lib.

Corporis bona, propriè bona non sunt. Plat. de Legib.

EX LATINIS.

HAnc sanam, & salubrem formam vitæ teneto, vt corpori tãtum indulgeas, quantum bonæ valetudini satis sit.

Durius tractandum est, ne animo malè parcat, cibus famem sedet, potio sitim extinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corpori. contemne omnia, quæ superuacuus labor velut ornamentum, ac decus ponit: cogita, in te, præter animum, nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnum. Senec. Epist. 8.

Fateor corporis nostri nobis insitam charitatem: fateor huius gerere tutelam: non nego indulgendũ illi: seruiendũ nego. idem Epist. 13.

Gerere nos debemus, non tãquam propter corpus viuere debeamus, sed tamquam nõ possimus sine corpore ibid.

Honestum ei vile est, cui corpus nimis charum est, agatur eius diligentissima cura, ita tamẽ, vt exigit ratio: cùm dignitas, cùm fides exigit, mittendum in ignem est. ibidem.

Quantum potes, circunscribe corpus tuum, & locum animo laxa: multa sequuntur incommoda huic deditos curæ. idem Epist. 15.

Quicquid facies, citò redi à corpore ad animam. ibid.

Corpus hoc animi pœna, ac põdus est, premendo, illo vrgetur, in vinculis est. idem Epist. 66.

Maior sum, & ad maiora genitus, quàm vt mancipium sim corporis mei: quod certè non aliter aspicio, quàm vinculum libertati meæ circundatum. ibidem.

Contemptus corporis sui, certa libertas est. ibid.

Vis aduersus hoc corpus liber esse, propone tibi quandoq; hoc contubernio carendum, & fortior eris ad necessitatem exeundi. idem Epist. 71.

Corpora nostra motum nonnisi de mente sumunt, & otiosa sunt membra, donec illis animus vtitur. Quint. Decl. 11.

Sic habe, te non esse mortalem, sed corpus hoc. Cicer. de somn. Scipio.

Corpus est, quasi vas animi, aut aliquod receptaculum. idem Tusc. 1.

Corporis bona facilè dilabuntur. Sallustius in coniuratio. Catil.

EX

EX SACRIS.

VIs vt seruiat caro tua animæ tuæ, Deo seruiat anima tua: debes regi, vt possis regere. Aug. sup. Ioann.

Quocunque pergimus, nobiscum inimicum portamus. Hiero. in Epist.

Nobilem hospitem habet corpus, quem honorare debet. Bern. de aduent. Domin. Homil. 1.

Sic conditi mirabiliter sumus, vt ratio animã, anima possideat corpus. Greg. 1. Mor.

Corporis debilitas nimia etiam vires animi frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit. quicquid cum modo, & temperamento sit, salutare est, optimus in omnibus modus, laudabilis vtique mensura. Hiero. in Epist.

Animus autor culpæ, caro verò ministra. Amb.

Carnis institutio facilior, quàm restitutio. Tertul.

Caro aliquando nobis est seductrix in malo opere, aliquando autem adiutrix in bono. Si igitur ei plus, quàm debemus, tribuimus, hostem nutrimus: & si necessitati ei, quæ debemus, nõ reddimus, ciuem necamus. satianda est itaque caro, sed ad hoc, vt in bono opere nobis sufficiat. Greg. Hom. 5.

Corpore molli reddito & delicato, necesse est & animam participare ex corporis morbo. Chryst. Homil. 29.

Carne hîc æquamur, separamur autem spiritu. Cypr. de Mortal.

Corpora, vincula sunt animarum. Augusti. Sermo. 143. de temp.

Corpus nostrum tactus vsum habet, caput verò omnium sensuũ. Greg. 3. Mor.

Corpus si non vescitur, vox ipsa subtrahitur. Gregor. in Euang. Homil. 19.

Caro mala non est, si malo careat. August. de Continent. cap. 8.

Carnis passiones durissimæ sunt animo. idem Epist. 120.

Caro iusta lege repugnat spiritui. idem lib. 9. de Genes. cap. 21.

Carnis concupiscentiæ cum vita hac tantùm finiuntur. idem in expositio. Epistolæ ad Galatas.

Carnem qui sapiunt, à Deo recedunt. idem in exposi. Euange. Ioan. tract. 21.

Corpora propter ciborum defectũ minora fiunt iustæ mensuræ. Aug. de Vit. beat.

Inter corpus, & animam nullum est medium. idem libr. 33. Quæst. 54.

Corporis nostri præstantia, Dei prouidentiam loquitur. idem lib. 22. de Ciuit. Dei.

Corporis partium harmoniam, & numerum, vt nemo inuenit:

E ita

ita nemo satis admirabitur. ibid.

Carnales concupiscentiæ naturalem homini mansuetudinem exterminant. Bern. sup. Cantic. Serm. 37.

Caro semper propositum peccandi habet. Chrysost. sup. Matth. Homil. 16.

Caro, vinculum spiritus est. idem sup. Epist. ad Rom. Ser. 24.

Carnis natura non est impedimentum ad salutẽ. idem sup. Ioan. Homil. 75.

Caro instrumentum est animæ. idem sup. Epist. ad Galat.

Carnis ministerium, innumerabilium bonorum causa. ibid.

Corporis vitia sine animi dolore non sunt. idem de Adam.

Corpus, vestimentum est animæ. idem super Matth. Homil. 25.

Corpus, frænum optimum est. idem super Epistol. ad Corinth. Homil. 17.

Corpus coercendum, non accusandum. ibid.

Corpora nostra, vasa fictilia sunt. idem sup. Epistol. ad Timoth. Homil. 5.

Corpus aggrauat animam, ne lumen incircunscriptum videat. Bern. super Cantic. Ser. 26.

Corpus trahit animam in regionem suam. idem in fest. sanct. Mart.

Hi frequenter maiores tribulationes ex carne suscipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur, Greg. 12. Mor.

Hostes hominum Christiani, sunt facta carnis. August. de Continent.

Hostem crudelissimum circunferre cogimur, quem sustentare licet, non perimere. Bern. sup. Euang. septem pan.

Carne quiescente, spiritus deficit: sed ea laborante conualescit.

Corporis bona, propriè bona non sunt. Aug. lib. 9. de Ciuit. Dei. cap. 4.

Carnem Christi nemo manducat, nisi prius adoret. August. in enarrat. Psalm. 98.

Carnis inobedientia, iusta primùm peccati pœna est. idẽ 14. de Ciuit. Dei. cap. 15.

Spiritus deficit, vbi caro requiescit: vt enim caro mollibus, sic anima duris nutritur: illam blanda refouent, hanc aspera exercẽt. August. super Ioann.

Cur carnem tuam pretiosis rebus impinguas, & adornas, quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro: & animam tuam bonis operibus non adornas, quæ Deo, & angelis eius præsentanda est in iudicio? cur ergo animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Bern. in Serm.

Deus.

EX GRAECIS.

DEus nec lætatur, nec tristatur. Plat. de sum. bon.

Deus boni causa est, non mali. idem de Rep.

Deus inter homines pudentes versatur. idem de Scient.

Qui dubitãt vtrum oporteat Deos venerari, & parentes honorari, ãnon indigent pœna? Arist. Topic. 1.

Deus hoc solum priuatur, infecta facere, quæ facta sunt. idem Ethic. 6.

Deus diuidit omnia bona, vnicuique secundum merita, vel secundùm aptitudinem eius. idem Eth. 9.

Dij taciti iuuant. Plut. de Amic. & adul.

Cauere debemus, ne quasi ex opposito ad solem conuersi, & in meridie noctem agentes, perinde respiciamus Deum, ac si mortalibus oculis sufficienter conspici possit: tutius enim videbimus, si ad imaginem eius respiciamus. Plato.

Antiquissimum eorum omnium quæ sunt, Deus est, ingenitus enim est. Thal. apud Diogen. lib. 1.

Non latet Deos homo malè agẽs, nec cogitans quidem. ibid.

Deus initio & fine caret. ibid.

Deus, animal immortale, ad beatè viuendum seipso contentus, vti sempiterna, & bona naturæ causa. Plat. in Definit.

Phœbum solum oportet futura prædicere hominibus, qui neminem metuit. Eurip. in Phœniss.

Diuitiæ sunt sapientibus, Deus: cætera, inania verba sunt, & verborum ornamenta. idem in Cyclop.

Non quærendum est, an Dij sint, sed protinus credere. nã quæstione proposita, etiam ille qui impũssimam opinionem defendit, nempe Deos non esse, superare conatur. Euseb. apud Stobæum.

Deum cogitare animo, est difficile: alloqui, impossibile. ibid.

EX LATINIS.

DEus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui regit, & moderatur. Cicer. de Som. Scip.

Nulla gens nec tam immansueta, nec tam ferrea, quæ non etiam si ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. idem 1. de leg.

Quid potest esse tam conspicuum, tamque apertum, cum cælum conspicimus, cœlestiaque contemplati sumus, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? idem de nat. Deorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dij semper fuerunt, nati nunquã sunt, æterni futuri. ibid.

Deum cognoscimus ex operibus eius. idem Tusc. 1.

Deus ipse qui non intelligitur à nobis, alio modo intelligi non potest, nisi mens soluta quædam & libera & segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsáque prædita motu sempiterno. ibid.

Mala & impia consuetudo est, contra Deos disputandi, siue ex animo hoc fiat, siue simulatè. Cicer. 2. de natu. Deorum.

Illud video, vt Deum noris, etsi ignores & locum & faciem: sic animum tuum tibi notum esse oportet, etiam si ignores & locum & formam. idem 1. Tuscul.

Homini timidè de potestate Deorum, & pauca dicenda sunt, idem pro leg. Man.

Quantò magis considero Deum, tantò mihi videtur obscurior. Simonid. apud Cicer. 1. de nat. Deorum.

Dei formam quærere, imbecillitatis humanæ est. Plin. Senior lib. 2.

Dei est, mortali iuuare mortalem. ibid.

Est ú; Dei fides, nisi terra & pontus & aër,

Et cælum & virtus: superos quid quærimus vltra?

Iupiter est quodcunq; vides, quocunque moueris. Luc. lib. 9.

Cedùt Iouis omnia regno. Ouid. 12. Metamorph.

Rex Iupiter omnibus idẽ. Verg. 12. Aeneid.

Propè Deus est, tecũ est, intus est. ita dico Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, bonorum malorúmque nostrorum observator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat: bonus verò vir sine Deo nemo est. Senec. in Epist.

EX SACRIS.

Quæramus, inueniendũ, quæramus inuentum, vt inueniendus quæratur, occultus est: vt inuentus quæratur, immẽsus. Aug. sup. Ioã.

Cum Deo non est disputandum. idem sup. Psal. 61.

Deus mentium rex est. idem Cau. Ioan. tract. 8.

Dei coniux, ipsius est voluntas. idem de quinque hær. cap. 3.

Deum semper credamus esse præsentem, cuius diuinitati secreta mentis patent: ita viuamus, vt propitium semper habeamus: nunquam vereamur iratum. idem.

Ex perpetuitate creaturarum intelligitur creator æternus, ex magnitudine omnipotens, ex ordine & dispositione sapiens, ex gubernatione bonus. Aug. sup. Ioan.

Deus totus oculus est, quia omnia videt: totus manus est, quia omnia operatur: totus pes est, quia vbique est. idem Epist. 36.

Tunc minus inuenitur Deus, quãdo is qui vbique totus est, in parte quæritur. Grego. libro 2. Mor.

Penè omne quod de Deo dicitur, eo ipso tam indignum est, quod potius dici: nam cuius laudi non sufficit admirans conscientia, quomodo sufficiet loquens lingua? ibid.

Deus nusquam deest, & tamẽ ab iniquorum cogitationibus longè est: nec tamen ibi deest, vbi longè abest. quoniam vbi non est per gratiam, adest per vindictam. Deus vbique præsens est: & vix inueniri potest. sed tamen sequitur, & apprehendere non valemus. ibid.

Iniquorum malis operibus bene vtitur Deus. August. super Ioan. tract. 27.

Deus animæ decus est. idem tract. 32.

Dulcissimũ est Dei colloquium. idem in Solil. cap. 24.

Deus simul iustus, & misericors est. idem serm. 107. de Temp.

Deus sine diuina gratia non potest cognosci. idem serm. vltim. inter octau. Epiph.

Omnia habet, qui Deum habet. idem ser. 177. de Temp.

Deus melius scitur nesciendo. idem lib. 2. de Ord. cap. 16.

De Deo optimè existimare, pietatis est exordium. idem lib. 1. de Lib. arb. cap. 3.

Vnusquisque quod præ cæteris colit, quod super omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus est. siquid illud est, quod in dilectionis laude præponderat, hoc tibi Deus est. Orig. Homil. 2.

Nescio quid spiritualiter & corporaliter in nobis facit Deus, quod nec sonus sit qui percutiat, nec color qui oculis discernatur, nec odor qui naribus capiatur, nec sapor qui faucibus indicetur, nec durum & molle, quod tangendo sentiatur: & tamen aliquid est quod sentire facile est, explicare non possibile. Augustinus super Ioan.

Deum vt cognoscamus, vacandum est ab omnibus. idem de ver. Relig. cap. 37.

Deum nemo vidit vnquàm, visuri tamen sumus. idem Epist. 112.

Deus inuisibilis, inuisibiliter videtur. idem Epist. 101.

Deum videt, qui cor mundat. ibidem.

Nulla Dei cognitio satis magna. idem sup. Psal. 39.

Prima Dei cognitio est, scire quid homo sit. ibidem.

Duo sunt, quæ in cognitionem Dei ducũt, Scriptura scilicet &

creatura. idem super Psalmo 34.

Ad Deum, credendo venimus. idem serm.12.de verb. Apostol.

Deus in homine tanquàm in speculo relucet. idem de Spir.& anim.cap.52.

Deus facit, quæ se rogari præcipit.idem Epist.107.

Deus si fert auxilium, misericors: si non, iustus esse creditur. idem in Quæstio.vet. Test.cap.36.

Deus adiuuat, ita vt homines etiam aliquid agant. idem in Quæst.

Deus in omnibus quæ bene fiunt, laudatur. idem super Psalmo 34.

Merces Deum colentium est ipse Deus.idem sup.Psal.35.

Dei manus, illius potestas. idem sup.Psal.118.

Pascit nos Deus, & profectibus nostris pascitur. Bern.sup.Cãt. serm.71.

Penes Deum nec pietas est sine iustitia,nec institia sine pietate.Chrysost.serm.145.

Deus dissimulat nonnunquam se scire quod nouit.idem.

De Deo etiam vera dicere periculosum est.Cypr.in Symb.

Diuinitas definiri nequit. idem in quod.prol.

Deus tibi totum est: si esuris, panis tibi est: si sitis, aqua tibi est: si in tenebris es, lumen tibi est: si nudus es, immortalitate tibi vestis est. August. super Ioan.Serm.25.

Deus medicamentum est non sano,regula est plano,lux est tenebrato, habitatio est deserto. Idem de charit.

Quidquid præter Deum est, dulce non est, quidquid mihi vult dare Dominus meus auferat totum,& se mihi det. idem super Psalm.26.

Deus in aduersis cogitandus.Hieronym.ad Paul.

Deus non reprehẽdendus in creaturis. idem libro 3. aduersus Pel.

Dei substãtia,omnis creatura est. idem ad Damasum.

Deo vnum sumus, secundùm gratiam, non naturam. idem aduers.Iouin.lib.2.

De beneficio Dei superbire,maledicere Deo est.Greg.1.Mor.

Nescire Dei, reprobare est. ibidem.

Deus tempora siue tempore intuetur, & in luce tenebras videt. & diuersa ordinans, non est diuersus.ibid.

Deus iniquos patitur, vt iniquorum vita purgetur. idem lib. 5.Mor.

Deus aliquando iniustos celeriter trucidat.ibid.

Deus multis modis se nobis dat intelligi.ibid.

Respondere Dei est, effectum precibus præbere.idem 30.Mor.

Deus quem spectando vult corrigere,aspiciendo non vult punire.idem 8.Mor.

Deum per sui amoris vestigia indagandus est.idem 11.Mor.

Deus in quibusdam donis suis, quasi in vestigijs cognoscimus. ibidem.

Deus angelicæ atque humanæ subtilitati inuestigabilis est. ibidem.

Aliud est, quod Deus misericorditer tribuit: aliud quod iratus habere permittit. ibidem.

Disputare cum Deo, est facta conscientiæ nostræ subtiliter discutere.ibid.

Deus mendacio non eget. ibidem.

Deus ab æterno futura præuidit, & decreuit.idem 12.Mor.

Deus manet intra omnia,ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia,superior est per potentiam, inferior per sustentationem,exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem,sursum regens,deorsum continens, extrà circundans,interius penetrans. Greg. 2.Mor.

Non parum apprehendisti, si hoc tibi de Deo cõpertum sit: quod nusquàm sit, qui non clauditur loco, & nusquam non sit, qui non excluditur loco. Bern. de consid.lib.5.

Deus non partibus constat vt corpus, non affectibus distat, vt anima,non formis subsistat, vt omne quod factum est. ibidem.

Quàm diues in misericordia, quàm magnificus in iustitia, quàm munificus in gratia. Domine Deus noster non est qui similis sit tibi. Bern. serm.57.

Omnia in ipso reperimus: vnus est,qui quæritur, sed in quo omnia continentur. ô lucrum mirabile,ô compendium singulare, cur nos per diuersa fatigamus? ad ipsum ergo vnanimiter festinemus,post quẽ cuncta bona vltrà non quæremus, sed tenemus. Cassiod. super Psalm.

Deus non attendit quãtum quisque facit, sed quantum velit. Greg.12.Mor.

Deus persequutor bonus dicitur. idem 14.Mor.

Deus mutat sententiam,consilium verò immobile manet.idem 16. Mor.

Deus ita nos aspicit, vt à nobis aspici nequeat.ibid.

Deus propriè nec recordari, nec obliuisci dicitur.ibid.

Deus ab homine sumpsit naturã, non culpam.idem 17.Mor.

Deus interdum quos in exordio vitæ deseruerat, ad virtutis culmen reuocat. ibidem.

Quos Deus in æternum diligit,

aliquãdo ad tempus relinquit. idem 20. Mor.

Deo nec peccata nostra nocent, nec bene gesta cõcurrunt. idem 26. Mor.

Deus qui magna dona tribuit, etiam parua reprehẽsibilia relinquit. idem 3. Dial.

Deo se amicum denegat, qui eius placet inimico. idem lib. 1. super Exech.

Deus vni regioni non dat quod alteri. ibid.

Deus non quærit, quòd pro eo moriamur. idem super Euang. Homil. 12.

Deus eligit quos mundus despicit. idem sup. Euang. Homil 36.

Deus vult placari precibus. ibidem.

Deus in cœlis non erubescet, qui Deum in terris non erubuit. idem sup. Euang. Hom. 11.

Deus non permittit nobis homines nocere quantum volunt. idem in Regist.

Deus est splendor nunquàm deficiens, vita indefessa, non moriens, fons semper scaturiens, seminale vitæ seminalium, sapientiæ principale principium, initiale bonitatis initiũ. Alã. de Conq. nat.

Diuina natura melius credendo, quàm disputando intelligi ac comprehendi potest. Pius 2. apud Platinam.

Deus non omnia quæ potest facit. August. de quinque hæres. cap. 3.

Causa Dei, cum magno timore debet disponi. Greg. in Reg.

Deus sæpe humano more loquitur. ibidem.

Deus cùm reprobos punit, sanctos erudit. ibid.

Deus vult nos signis ad suæ cognitionẽ potentiæ peruenire. Ambro. in Hex.

Deus non placatur muneribus, sed affectu. Ambr. de Cain, lib. 2.

Deus & Dominus, nullam in nominibus diuersitatem habet. Chrysost. sup. Genes. Homil. 11.

Deus miro modo obsequitur instis. idem sup. Genes. Homil. 42.

Cùm Deus aliquem punit, condoleamus. idem super Actus Apost. Homil. 43.

De Deo multa intelligimus, quæ alloqui nõ possumus. idem sup. Epist. ad Heb. Homil 2.

Deus iudex, medicus, & magister est. idem ad pop. Antioch. Homil. 17.

Deus si quid sanciat, non est opus vltrà inquirere. idẽ Hom. 76.

Deus sine mediatore exorabilis est. idem de pœnit. Homil. 4.

Deus non est velox ad pœnam. ibidem. Homil. 5.

Deus timeri exigit vt dominus, honorari vt pater, vt sponsus amari. Bernar. super Cant. sermo. 83.

Deus veritas est, & tales quæsitores requirit, qui quærant eum in spiritu, & veritate. idem

idem ad frat. Sermo.

Dei potestas seruo reuelatur, mercenario felicitas, filio veritas. idem sup. Cant. Serm.

Operatio Dei triplex, creatio, formatio consummatio. Bernard. de grat. & lib. arbit.

Deus amat vt charitas, nouit vt veritas, sedet vt æquitas, dominatur vt maiestas, regit vt principium, tuetur vt salus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, assistit vt pietas. Bernard. de Consid. lib. 5.

Deus charitas est, & quantò quis Deo coniunctior, tantò charitate plenior. idem sup. Cant. Sermo. 4.

Deus cui proprium est misereri, ex se miserandi sumit materiam: quòd autem condemnet, eum cogimus. idem sup. Cant. Ser. 7.

Deus de seruitute corporea nõ efficaciam, sed congruentiã quærit. idem sup. Cant. Serm. 6.

Deus est pœna reproborum. idem de Consid. lib. 5.

Deus æternitas est: ideo non inuenitur, nisi ab eis qui perseueranter eum quærunt. idem ad frat.

Deus in nobis loquitur pacem, pietatem, & iustitiam. idem sup. Cantic. Serm. 33.

Deus in omnibus creandis, gubernandis & disponendis, corporis non indiget instrumentis. idem sup. Cant. Serm. 2.

Deus quamuis omnipotens, nõ tamen potuit facere creaturam ei æqualem. idem sup. Miss. est. Homil. 4.

Deus quærendus est debito tempore, modo, & loco. idem sup. Cant. Serm. 75.

Deus ratione vtentibus lux est, rectè vtentibus virtus, vincentibus gloria. idem sup. Cantic. Sermo. 5.

Deus requiri vult, quod pollicetur. idem sup. Miss. est. Serm. 1.

Deus simplex est, simplicitatẽ cordis requirit. idem ad frat. Sermon. 3.

Deus solicitè quærendus est. idem sup. Cant. Serm. 84.

Deus nec maior in magno, nec minor in minimo. Augustin. 7. de Confess.

De Deo disputandum est animo sereno. idem Epistо. 178.

Deus verius cogitatur, quàm dicitur. idem 7. de Aetern. cap. 4.

De Deo nihil dicendum quàm quod Scriptura habet. idẽ lib. 4. sup. Genes.

Deus non carnis, sed cordis oculis contemplandus. idem de essent. diuinit.

Nihil de Deo dicitur, quod non est Deus. idem in Quæst. noui Testamen. Quæst. 51.

Dei visio, fidei præmiũ est. idẽ 22. de Ciuita. Dei, cap. 23.

Trinitas.

VNius diuinitatis tres esse personas, nõ qua ratione probetur,

betur, sed à quo dicatur, animaduertẽdum. Pius 2. apud Platinam.

Trinitatis seu diuinitatis arcanũ nec ab Angelis, nec ab hominibus nisi Spiritu sancto reuelante cognoscitur. Bernar. sup. Cant. Serm. 5.

Trinitas exactissimè vnica est. Chrysost. sup Epist. ad Rom.

Trinitas nullis terminis circunscripta. August. de fide.

Trinitas ad personam refertur, vnitas ad naturam. ibid.

Trinitas vnitatis simplicitatem nõ excludit. idem de Trinit. lib. 7.

Trinitas, verbo multis, re paucis cognita. idem lib. 83. Quæstio.

Trinitatis vestigia in anima sunt. idem de Ciuit. Dei. lib. 11.

Trinitatis nomina sunt dulcissima. idem de Spirit. & anim.

Vbi quæritur vnitas trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur: non pigebit me, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit, sicubi erro, discere. Quisquis ergo hoc audit, vel legit, vbi pariter certus est, pergat mecum: vbi pariter hæsitat, quærat mecum: vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi mecum, reuocet me, ita ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad Deum, de quo scriptum est: Quærite faciem eius semper. Augustin. 1. de Trinita.

Quis hoc, id est, Trinitatis mysterium, vel ex parte, vel per speculum, & in ænigmate videt, gaudeat cognoscens Deum, & gratias agat: qui verò non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per cacitatem ad calumniandum, quoniam vnus est Deus, sed tamen Trinitas. Idem 6. de Trinit.

Videmus solem in cœlo currẽtem, fulgentem, calentem, similiter ignis tria habet, hoc est motum, lucem, & feruorem: diuide ergo si potes Arriane solem vel ignem, & tunc demum dimide Trinitatem. idem de verb. Domini.

Apertè tunc videbimus, quomodo & vnum diuisibiliter tria sunt, & indiuisibiliter tria vnum. Gregor. in mor.

Inquirere de Trinitate peruersa curiositas est: & credere & tenere sicut sancta ecclesia tenet, fides & securitas est: videre autem eam sicuti est, perfecta, & summa fœlicitas est. idem. Bernard. in parv. serm.

Pater.

Loqui Dei, est verbum genuisse. Grego. 23. mor.

Deus exercituum dicitur Deus Pater. idem sup. 1. Reg.

Deus pater vnicum filium sum in vtero virginis humanæ naturæ coniungens, Deum ante secula sibi coæternum fieri voluit hominẽ in fine seculorum: & quem sine tempore genuit, saluandis hominibus cum tempore ostẽdit. Greg. 2. mor. & 6.

Pater Filium osculans, illi arcana suæ diuinitatis plenissimè eructat. Bernar. Cant. Serm. 8.

Gignentis, genitique cognitio & dilectio osculum est suauissimum, sed secretissimum. ibid.

Testis Filij Dei Pater est. Grego. 13. mor.

Pater videt Filium, & cõtrà Filius Patrem. Augustinus Epist. 113.

Semper gignit Pater, & semper nascitur Filius. idẽ Epist. 174.

Pater est totius deitatis principium. idem lib. 4. de Trinit.

Pater nõ est vnus, sed vnum cum Filio. idem de Fide symb.

Pater non est prior tempore Filio. idem de Trinit. & dig. Dei

Filius.

Filius est imago Patris. Gregorius 5. Mor.

Filius Dei dicitur manus eius. idẽ 18. Mor.

Filius per incarnationem dicitur Angelus. idem 28. Mor.

Sermo Filij, est ipsius Patris. idem sup. Euang. Homil. 30.

Intimus Dei Filius est. idẽ sup. 7. Psalm.

Imago Verbum, anima verò ad imaginem. Bernard. sup. Cant. Serm. 8.

Filij Dei natiuitas in diuinis comparationem nullam admittit. August. Serm. de verb. Domi.

Filij Dei participatione fieri possumus, quia ipse participatione factus est Filius carnis. idem Epist. 120.

Filij Dei efficimur, voluntatem eius implendo. idẽ lib. 1. de Ser. Domini in monte.

Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus omnia viuificat. Amb. de Spiritu sanct.

Spiritus sancti templum sumus. ibidem.

Spiritus sancti opus est regeneratio. idem de sacr.

Spiritus sancti cognitio ab ipso Spiritu sancto est. Basil. in Cõc. de Spiritu sanct.

Spiritus sanctus scriba est. idem in Hexam.

Mens quæ spiritus sancti ignorat abscessum, patet seductioni: & quæ reditum non obseruat, erit ingrata visitationi. Bern. sup. Cant. serm. 18.

Patre & Filio cognitis, cognoscitur vtriusq; bonitas, quæ est spiritus sanctus. idẽ sup. Cãt. ser. 8.

Spiritus sancti doctrina non curiositatẽ acuit, sed charitatem

accendit. idem sup. Cant. sermon. 5.
Spiritus sancti gratia indigemus, vt custodiat corda & intelligentias, ne fortè cùm non aderit, adesse putemus. idem sup. Cant. serm. 18.
Spiritus sanctus non semper est eodem modo in viris spiritualibus. idem sup. Cant. serm. 12.
Spiritui sancto præparare nos debemus. idem sup. Cantic. sermon. 18.
Spiritus sanctus quos repleuerit, cognoscere facit eos à misericordia fuisse præuentos. idem in die Pent. serm. 3.
Spiritus sancti nomina non naturæ conuenientia, sed apparitioni. Chrysostom. de Spirit. sancto. Homil.
Spiritus sanctus, est impletio legis. ibidem.
Spiritus sanctus, regia substantia est. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil. 24.
Spiritus sanctus in causa est, quòd scripturas habemus. idem sup. Epist. ad Heb. Homil. 8.
Dona Spiritus sancti vsq; adeò nectuntur, vt separari nequeant. Grego. 1. mor.
Spiritus sanctus per sonum se discipulis manifestauit. idem 5. mor.
Spiritus sanctus mentem quam replet, obumbrat. idem sup. Cant.
Vmbra Christi protectio est Spiritus sancti. ibid.
Spiritus sanctus inter perfectos discurrit. idem 9. mor.
Spiritus sanctus in quibusdã virtutibus, electis suis adest, aliquando se subtrahit. ibidem.
Spiritus vitæ animum tangit legentis diuersis modis & ordinibus. ibidem.
Spiritus sanctus cor replet, simplices facit & ardentes. idem in Regist.
Vbi Spiritus sancti præsentia est, ibi desperatio esse non potest. ibidem.
Graue facinus, Spiritum sanctũ, qui omnia redemit, venũdare. ibidem.
Spiritu sancto repleti, cœlestia prædicant, & amant. idem sup. 1. Reg.
Spiritus sanctus æqualis non minor Patre & Filio. August. de Trinit. lib. 5.
Spiritus sanctus nõ cedit veniente Patre & Filio. idem de Trinit. lib. 15.
Spiritus sanctus nec genitus est, nec ingenitus, sed procedens. idem lib. 2.
Spiritus sancti dona etiam indigus vita æterna dantur. idem ad Simpl. lib. 2. Quæst. 2.
Spiritus sanctus in consitente est. idem de Bapt. lib. 7.
Spiritus sanctus gemitus id est, gemere nos facit. idem sup. Euangel. Ioan. tract. 6.
Spiritus sanctus nonnisi credentibus datur. idem sup. Epist. ad Rom.

ad Roman.
Spiritus sancti vires sufficiũt martyribus. idem de Temp. Ser. 185.
Spiritus sanctus solus aperit oculos, & docet veritatem. ibid.

Iesus.

Nomen Iesu, cibus est. Bern. sup. Cant. Ser. 16.
Nomen Iesu, lux est. ibid.
Dilectionis aculeus, Iesus, & hic crucifixus. Bernard. de Dilig. Deum.
Discere Iesum, omni scibili est salubrius. idem in Epist.
Iesus mansuetus omnem tulit asperitatem. idem in Epiph. Dom. Serm. 4.
Iesus nomen, lux, cibus, medicina est. idem sup. Cant. Ser. 16.
Iesum cùm nomino, hominem mihi propono mitem, & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, omni honestate, & sanctitate conspicuum. ibid.
Paruulus est Iesus, pro paruo placari potest. idem in Epiph. Domi. Ser. 1.
Vocatum est nomen Iesus, non impositiũ. idem sup. Ioan. Hom. 1.
Iesus, id est, saluator. Aug. 17. de Ciuit. Dei. cap. 18.

Christus.

Christus semper meditandus. Hier. in Catal.
Christi exemplo aduersa patienda. idem ad Eustoch.
Christus in carne virgo, in spiritu monogamus. idem aduers. Ioui. lib. 1.
Christum imitari tutissimum est. idem ad Celant.
Christi qui nõ est, antichristi est. idem ad Damasum.
Christus Ecclesiæ sponsus est. idem in Hom. sup. Cant.
Christus per Scripturas cognoscitur. Aug. in Epist.
Christus Ecclesiam suam, tãquam homo carnem suam, amat. idẽ de Continent.
De Christi nomine gloriantur omnes sectæ, quamuis perniciosè. idem de Subst. dilect.
Christus semper est prædicatus. idem contr. Faust. Manich.
Aut cum Christo aut cum diabolo nos esse oportet, nec est locus medius. idem de Grat. Christi contra Pelag.
Christum in corde habere, parum est, nisi ore confitearis. idẽ sup. Psal. 118.
Christus propter se quærendus, nõ propter aliud. ibid.
Christum quod non sapit, insipidum est. idem sup. Euang. Ioã. tract. 9.
Per Christum ad Christum venitur. idem sup. Euangel. Ioan. tract. 13.
Christus intus docet. idẽ de Mag.
Christus de patre natus sine matre, & de matre natus sine patre. idem sup. Euan. Io. tract. 8.

Vita Christi tota disciplina morum fuit. idem de vera Relig.
Christi vita tota, humilitatē docet. idem sup. Psal. 31.
Christi facta omnia ad fidem nos vocant. idem de verb. Dom.
Christi humilitas, misericordia, non impotentia fuit. idem sup. Psal. 96.
Christus iuxta humanitatis naturam Deum timuit. Gregor. in Past.
Christus vt Deus dat omnia, vt homo accipit omnia. ibid.
Christus per corpus adhuc multa quotidie patitur. idem 3. Mor.
Christus ipsos à quibus tenebatur, tenebat. idem 13. Mor.
Multi qui gladijs non possunt, perversis actibus Christū persequuntur. idem 13. Mor.
Christus est caput bonorum, ij autem corpus eius. idem 4. Mor.
Christus est expectatio instorum. idem 13. Mor.
Christus postquam per prophetas loquutus est, tandem proprio ore loquutus est. idem 14. Mor.
Christus contradictor est ad culpam, amicus ad pœnam. idem 9. Mor.
Instabilis est domus, quæ Christū non habet in fundamēto. idem 7. Mor.
Christus hominibus peccata quæ ignorabant, aperuit. idem 11. Mor.
Christus non est alter in humanitate, alter in diuinitate. idem 18. Mor.
Christus aliud ex patre est, aliud ex matre, non tamen alius. idē 18. Mor.
Christus dicitur murus. idem Mor. 20.
Christus nunc mansuetus est in suo testamento, sed districtus erit in iudicio. idem 22. Mor.
Christus duos parietes coniunxit in vnum. idem 24. Mor.
Christus ex patre natus sine tempore, ex matre autem cum tempore. idem 28. Mor.
Christus est via, per quam lux spargitur. idem 29. Mor.
Christus fugit quod omnes appetunt: appetit quod omnes fugiunt. idem 30. Mor.
Christus vitam nobis ignotam demonstrauit. ibid.
Christus in carne diuinitatē abscondens, quasi hamo diabolū cepit. idem 23. Mor.
Corpus Christi dicitur domus & templum Dei. ibid.
Christus, Rex fieri noluit, ad crucis verò patibulum sponte peruenit. idem in Past.
Christus dicitur flos campi. ibid.
Christus dicitur arbor fructifera. ibid.
Caput Christi, Deus est. ibid.
Christus fuit Rex & Sacerdos. idem sup. Euang. Hom. 19.
Christus creuit, & Ioannes imminutus est. idem sup. Euang. Homil. 20.
Christus fuit mors mortis, & morsus inferni. idem sup. Euangel. Homil. 22.
Christus conditor noster, factus est prælior noster. idem lib. 2. Dial.
Christus ante mortem gloriam fugit, post mortem cognosci voluit. idem sup. 1. Reg.
Christus legis finis est. Amb. sup. Psal. 118.
Christus omnia nobis est. Amb. de Virg. lib. 3.
Christi velle fecisse est. idem de Bono mort.
Christus nunquam risit. Basil. in Quæst.
Christus intrepidè confitendus est. ibidem.
Appropiat Christus de se loquentibus, Bern. sup. Cant. ser. 9.
Christus comes est facundus. idem sup. Cant. Ser. 3.
Christus factus est nobis sapientia in prædicatione: iustitia, in peccatorum absolutione: sanctificatio, in conuersatione: redemptio, in passione. idē sup. Cant. Ser. 22.
Christus cōmunitatis amator est. idem in Epiph. Dom. Ser. 4.
Christus fidelis consiliarius, fortis auxiliarius, efficax patronus. idem de aduentu Dom.
Christus humanitatem suam ab Ecclesia subtraxit, vt daret locum fidei. idem sup. Cantic. ser. 75.
Christus in carne didicit misereri. idem sup. Cant. Ser. 56.

Christus minister bonus, carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium dedit. idem sup. Cantic. sermo. 50.
Christus totus mihi datus, totus in meos vsus expensus est. idem in circunc. Dom. ser. 3.
Christus viuendo, viuere docuit, moriendo, mortem securā reddidit. ibid.
Christum apprehendere poteris citiùs, sequendo, quàm legendo. Bern. in Epist.
Nomen Christi sonat aut maiestatem, aut pietatem. Bern. de Fallac. præsen. vitæ.
Vilem & contemptibilem monstrare se Christus potuit, sed planè non reputare. Bern. sup. Cant. Ser. 40.
Christus requies nostra est. idem sup. Matth. Hom. 1.
Christus porta est cœli. ibid.
Christus & Dominus, nomina dignitatis sunt. idem sup. Ioan. Hom. 2.
Christi caro spiritum sanctū quasi pædagogum habuit. idem de Spir. sanct.
Christus suos non signis, sed charitate dignosci voluit. idem de incomp. Deit.
Christus seruator manet, etiam si multi pereant. idem de Fide.
Christi gloria inimicorum impugnatione creuit. Chrysost. sup. Epist. ad Heb.
Habemus in Christo quod amemus,

mus, imitemur, admiremur. idē Epiph. Dom. ser. 3.

Incassum laborat in acquisitione virtutum, qui eas alibi quàm in Christo quærit. Bernar. sup. Cant. ser. 22.

Sicut mare est origo omnium fluminum, sic Christus omniū virtutum. idem sup. Cant. ser. 16.

Lectus Christi, vterus Virginis: præsepium, tumulus. idem sup. Cant. ser. 75.

Prudentia vera in Christi doctrina, iustitia in Christi misericordia, temperantia in Christi vita, fortitudo in eiusdem passione, reperiuntur. idem sup. Cant. serm. 2.

Christus pretium hominis est. Basil. in Hexam.

Odor Christi prædicatio est. August. Sent. 351.

Christum sapientissimum etiā gentes fatentur. idem 1. de Consen. Euang. cap. 7.

Christum etiam exteri prophetæ prædixerunt. idem sup. Epist. ad Rom.

Aduentus, & incarnatio.

ADuentum Domini in luxu ciborum ducent, Christū inhonorat. Bern. de aduen. Domi. ser. 3.

Aduenientis personæ consideranda maiestas, dignationis magnitudo, charitatis latitudo, humanæ naturæ exaltatio. ibid.

Agnoscitur in Christi incarnatione longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. idem sup. Miss. est.

Apparuerat potentia in rerum creatione, sapientia in rerū gubernatione, sed humilitas & benignitas in humanitatis assumptione apparuit. Bern. in vig. Nat. Dom. ser. 1.

Humanitas Christi fidē instruit, spem roborat, charitatem accendit. idem in Epiph. Dom. ser. 2.

Christi primus aduentus erat vt iudicaretur, secundus vt iudicet. August. sup. Epist. Ioan. tract. 4.

Christi incarnatio, nostra emundationis oblatio est. Gregor. in Past.

Christus suæ incarnationis & autor & opus est. August. contra Fœlic.

Incarnationem Christi tota Trinitas operata est. idem.

Christi incarnatio fidelium nuptiæ. idem de Trin. lib. 6.

Christi incarnatio vix inuestigari potest. Gregor. sup. Euangel. Homil. 7.

Christus ad nos veniens, videamus quis veniat, vnde, quò, ad quem, quando, & quā. Ber. de aduentu Dom. ser. 1.

Christus in mundum venit, à quo non aberat, sed apparuit qui latebat. idem de aduētu Dom. ser. 3.

Christus

Christus in spirituali præsepio quærendus. Chrysost. ser. 7. sup. Epist. ad Rom.

Incarnato Domino, discordata corda concordata sunt. Gregor. 17. Mor.

Incarnatio opus restaurationis est. Augustin. libr. de subst. dilect.

Humanitas Christi non est mutata in diuinitatem, nec econtra. idem sup. Epist. ad Rom.

Formam viri sumendo, & de virgine nascendo, vtrūque sexum honorandum indicauit. Aug. cont. Faust.

Si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare, demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse, in talibus rebus tota ratio facti est, potentia facientis. Aug. ad Volusianum.

Vultis eius saltus agnoscere? de cœlo venit in vterum, de vtero in præsepium de præsepio in crucem, de cruce in sepulchrū, & de sepulchro redijt in cœlū. Greg. Hom. 39.

Venit medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. Bern. ad milit. Temp.

Nulla causa veniendi fuit, nisi peccatores saluos facere. tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Hugo de Sacramen.

Natiuitas.

CLamat Stabulum pœnitentiam, clamat præsepe, clamant lachrymæ, clamant panni in Christi natiuitate. Bern. in Nat. Domini ser. 6.

Natus quibusdam nondū Christus est, quibusdam nondum passus, quibusdam nondū surrexit, quibusdam nondū ascendit, alijs nondum misit spiritum sanctū. idem de resurrect. Domini.

Aurum soluitur quasi Regi magno, thus immolatur vt Deo, myrrha præbetur, tanquā pro salute omnium morituro. habet enim prædicatores angelos, narrātes cœlos, adoratores magos. Aug. ser. de Epiph.

Nobilitas fuit Christi nascentis in virginitate parientis, nobilitas parientis in diuinitate nascentis. idem sup. Ioan.

Cœli Rege nato, Rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cùm celsitudo cœlestis aperitur. Greg. Homil.

Vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? nunquid aula est stabulum, thronus præsepium, & totius curiæ frequentia Ioseph & Maria? Ber. in serm. de Epiph.

Non mediocre hoc tibi fidei videatur exemplum, non vilis persona pastorum. certè quò

vilior ad prudentiam, eò pretiosior ad fidem, non sapientes, sed simplices, qui fucare audita nescirent. Dominus sui præcones elegit, non rhetores, sed piscatores ad euangelizandum destinauit. Bed. sup. Luc. lib. 1.

Licet Deus cunctos dies creauerit, singulariter tamen hunc diem fecisse dicitur, qui Christi Domini natiuitate sacratus est, in quo meritò exultare conuenit & lætari, quoniam in eo & diabolus ius perdidit, & salutem mundus accepit. Cassiod. sup. Psal.

Mihi impossibile est generationis scire secretum: mens deficit, vox silet, non mea tantùm, sed & angelorum: supra Potestates, supra Cherubim & supra Seraphim, & supra omnem sensum est. Quomodo est supra omnem sensum tanta generatio? tu ergo manum ori impone, scrutari non licet superna mysteria, licet scire quòd natus sit, non licet discutere quomodo natus sit. hoc enim quærere, metus est: ineffabilis enim illa generatio. Vnde Esaias ait, Generationem eius quis enarrabit? hæc humanum sensum & intelligentiam mundi excedit: hoc non capit humanæ intelligentiæ ratio, sed prudentiæ fidelis professio est. Amb. cõtr. Her.

Passio.

Christus multatur morte, tur patur cruce. Bernard. in Decl.

Passio Christi opus nostræ redemptionis, totum amorem nostrũ vindicare debet. Ber. sup. Cant. serm. 20.

Passiones Christi meditari, sapientia est & sublimis philosophia. idem sup. Cant. ser. 47.

Passio Domini tria habet, opus, modum, causam, in opere patientia: in modo, humilitas: in causa, charitas commendatur. idem in Dom. Ram. Pal.

Quidquid es, quidquid potes, debes creanti, redimenti, vocãti. idem de verb. Apost. serm.

Recordatio vulnerum Christi, medicamentum est efficax. idem sup. Cant. serm. 51.

Videri vult vulnera sua christus, tãquam bonus dux signa. idem sup. Cant. serm. 61.

Passio Christi, beatitudinis caput. Chrysost. sup. Matth. Hom. 55.

Passio Christi, credentibus solùm vsui. idem sup. Epist. ad Galat.

Passionum Christi communicatio ex fide est. idem sup. Epist. ad Philip. Serm. 10.

Fructus nostræ redemptionis Christus, rationi futurus est plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis. Bæ. sup. Cãt. ser. 12. Chri

Christus sanguinem sudans, passiones martyrum præfigurat. Aug. sup. Psal. 93.

Passio Christi & resurrectio, vitæ nostræ figuræ sunt. Aug. de spirit. & lit.

Christi passio etiã veteribus profuit. idẽ de peccat. orig. lib. 2.

Imminente passione, Christus discipulis suis vbique præcepta dedit. Greg. in Past.

Sanguis Christi, noster potus est. Chrysost. sup. Matth. Hom. 7.

Sanguis Christi nobis causa vitæ. idem sup. Matth. Hom. 7.

Sanguis Christi nobilitatẽ animæ irrigat. idem sup. Io. Homi. 45.

Homo mirabiliter conditus est, sed mirabilius redẽptus. Greg. in Euang. Hom. 26.

Homo eius bonitate reformandus, cuius formatus est. August. de quant. anim.

Si totum me debeo pro me facto, quid addam iam pro me refecto? Bern. de dilig. Deum.

Crucifigunt Christum quotquot verbo illius resistũt. Aug. sup. Psal. 48.

Fusus est sanguis medici, & factũ est medicamentum phrenetici. Aug. cont. quinque hæres.

Congruit nostræ deuotioni, vt qui Domini crucifixi passionẽ celebraturi sumus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis ipsi etiam faciamus. idem in ser. de Quadrag.

Fratres, vt à peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur: quomodo qui intuebãtur serpentem æneum in deserto, non peribant morsibus serpentum: sic qui intuẽtur fide Christi mortem, sanantur morsibus peccatorum. idem sup. Ioan.

Stultum est cum gladius quærere eum, qui vltro se offert, & in nocte per proditorem inuestigare quasi latentem, qui quotidie in templo docet: sed factũ congruit temporì & personæ, quia cùm essent tenebræ in tenebroso tempore, tenebrosum opus exercebant. Ambros. sup. Euang.

Autor pietatis in cruce pendens testamentum condidit, singulis pietatis opera distribuens, Apostolis persecutionem, Iudæis corpus, patri spiritum, virgini paranymphũ, latroni paradisum, peccatori infernum, Christianis pœnitentibus crucem. Amb. sup. Matth. 27.

Doles Domine non tua vulnera, sed mea, non tuam mortem, sed nostram infirmitatẽ. idem super Luc.

Hora Christi non fatalis, sed voluntatis fuit. Aug. in quæst. ex vtroque test.

Omnis creatura compatitur Christo morienti. sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur, solus miser homo non compatitur, pro quo

solus Christus patitur. Hiero. sup. Matth.

Cùm posit etiam nobis non moriendo succurrere, voluit tamẽ hominibus moriendo subuenire: quia nos videlicet minus amasset, nec vim suæ dilectionis nobis ostenderet, nisi hoc quod à nobis tolleret, ad tempus ipse sustineret. Gregor. lib. moral.

Nihil adeò graue est, quod non æquanimiter sustineatur, si Christi passio ad memoriam reducatur. idem in quadam Epist.

Passio tua, Domine Iesu, vltimum est refugium, singulare remedium, deficiente sapientia, iustitia non sufficiente, sanctitatis succumbentibus meritis, illa succurrit: cùm tamen defecerit virtus mea, non conturbabor, non diffido, scio quid faciam, calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Ber. sup. Cant. serm.

O bone Iesu, quid tibi est? mori nos debuimus, & tu soluis? nos peccauimus, & tu luis? opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo. idem.

Scio quòd merita mea non mihi sufficiunt: quod mihi deest, audaciter vsurpo ex visceribus Christi, quæ misericordia effluunt, nec desunt foramina, per quæ destuant. patet enim arcanum cordis per foramina cordis, patent viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos, oriens ex alto. Bernard. in quodam sermo.

Quid feci sti dulcissime puer, vt sic indicareris? quid commisisti ô amantissime iuuenis, vt tam viliter tractareris? quod scelus tuum, quæ noxa tua, quæ causa mortis, quæ occasio damnationis? ego tui sum causa doloris, ego tuæ passionis liuor, tui cruciatus labor, tuæ viæ meritum, tuæ vindictæ flagitium. Anselm.

Crux.

Signo Crucis omnia auspicanda. Ambros. serm. 47.

Crux in mente formanda est. Chrysostom. super Matth. Homil. 55.

Crux Christi paradisi clauis est. idem sup. Luc.

In Cruce omnes inueniunt virtutem. idem de Cruc. & Latron.

Crux in fronte, quasi columna quædam figuranda. idem aduers. Gent.

Crux omni cultu dignior est. ibidem.

Crux gloriandi est pijs materia. idem super Epistol. ad Galat.

Crux vitæ fons est. idem ad popul. Antioch.

Non est aditus ad cœlestem gloriam, nisi per crucem. Erasm. in Epist.

Crux Christi contra viciorum pugnationes est adiutorium. August. Epist. 4.

Crux Christi nobis est multorum bonorum causa. idem ser. 29.

Crux Christi candelabrum est. idem in ora. de quinque hæres.

Crucem, vt in ea gloriemur, Dominus suo gestans humero, pro virga regni nobis commendauit, quod est grande ludibrium impijs, grande mysterium pijs, & vnde mundi philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit. quod illi visum est stultitia, Apostolo factum est sapientia, & gloria. idem ad Galat. 6.

Si ingressi fuerint ad te latrunculi per oculos, per aspectum crucis preme eos. Hier. in Epist.

Duobus modis crux tollitur, cùm aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassionẽ proximi affligitur animus. Greg. in Homil.

Crux Christi, clauis est paradisi: hæc infirmorum baculus, pastorum virga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio, animæ salus, & corporis, omnium malorum auersio, omnium bonorum datrix. Damasc. lib. 4.

Crux nõ solùm dicitur, quæ tempore passionis ligni affixione consicitur, sed quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur, vt non solùm intelligatur crux ligni patibulum, sed piæ vitæ, virtutisque propositum: vnde omnis Christiani vita, qui secũdùm Euãgelium vixerit, crux est, atque martyrium. Max. in serm. de Martyr.

Resurrectio.

Resurrectio Christi vera fuit non in phantasmate. Hier. ad Pammach.

Resurrectionis fide solari debemus. Amb. de Iacob.

Fides nostra de resurrectione Christi, regulanda est per fidẽ Apostolorum. Greg. 14. Mor.

Resurrectio ex miraculis indubitata probatur. Chrysost. super Act. Apost. Homil. 1.

Corpora meliora erunt post resurrectionem, quàm erant ab initio. August.

Caro nostra post resurrectionem eadẽ erit per naturã, & diuersa per gloriam. Greg. 14. Mor.

Resurrectionis nõ credens nullius virtutis curam habet. idem de resur. serm. 1.

Resurrectionẽ absoluta cõtemplatione, nemo potest docere. idem de incõprehen. Dei nat. Hom. 2.

Resurrectioni nemo diffidat. idem sup. Epist. ad Corinth. Hom. 17.

Resurrectionem diabolus conatur

in dubium ponere. idem super Epist. ad Gal. cap. 1.

In resurrectione vniuersa fidei nostræ spes sita est. idem super Epist. ad Corinth. Homil. 2.

Resurrectio mortuorum non sinit nos lugere. idem super Epist. ad Corinth. Homil. 2.

Resurrectio est diuinæ virtutis opus. idem sup. Epist. ad Thess. Homil. 9.

Resurrectio corporũ exemplis deprehendi potest, ratione nõ potest. Greg. 6. Mor.

Redemptor noster ostẽdit resurrectionem, vt nos resurrecturos speremus. idem 14. Mor.

Resurrectionẽ nostram in alimentis suis mundus imitatur. ibid.

Exẽplo Iob credimus resurrectionem Christi factam, qui cognouit faciendam. ibid.

Resurrectio credenda est nõ inuestigãda. idem sup. Ezech. lib. 2.

Resurrectio Christi est festiuitas hominum, & Angelorũ. idem sup. Euang. Homil. 21.

In Christi resurrectiõe ablata sunt omnia argumẽta perfidiæ. ibi.

Resurrectionis gloria est virtus Christi. idem sup. 7. Psal.

Multi cum Christo surrexerunt, ne de resurrectione nostra dubitaremus. idem 14. Mor.

Corpora sic resurgent, vt deforme & indecorum nihil habeant. Aug. li. 12. de Ciu. Dei ca. 19.

Resurrectio non est contra naturam. Aug. in Sent. sua.

Resurrectio mortuorum ex aliorum operum Dei fide ediscenda. idem sup. Psal. 144.

Resurrectionis fides summa laus est Christianorum. idem super Psalm. 101.

Resurrectio Christi, potẽtiam eius declarauit. idem sup. Psal. 61.

Surrexit Christus, exultet vniuersus mundus. par etenim est, vt sicut omnis creatura lugubri doluit ploratu in morte Creatoris sui, & quæ funere noctis obscuro prosequuta est exequias in cruce morientis: nunc triumphalem ab inferis reditum læta suscipiat resurgẽtis. August. in Enchir.

In hac die peccator de indulgẽtia desperare nõ debet. si enim latro paradisum meruit, cur non mereatur veniam Christianus? etsi illi Dominus, cùm crucifigitur, miseretur, multò magis huic miserebitur, cùm resurgit. nam si passionis humilitas tantum præstitit confitenti: resurrectionis gloria quantũ tribuet deprecanti? largior enim solet esse ad præstandum læta victoria, quàm addicta captiuitas. August. in serm. de Pasch.

Venit Christus, & completa sunt in ortu eius, vita, dictis, factis, passionibus, morte, resurrectione, ascensione, omnia præconia prophetarum. Aug. in Epist. ad Volus.

Quòd discipuli tardè crediderunt, non

non tam infirmitas illorum, quàm nostra infirmitas fuit. nam illis dubitantibus resurrectio multis argumentis mõstratur: quia et comedit, & se oculis videndum, & manibus palpandum, & contrectandum præbuit quod de solo spiritu esse non potest. minus Maria Magdalene præstitit, quæ statim credidit, quàm Thomæ, qui diu dubitauit. Gregor. super Matth.

Consideremus parum cuiuslibet arboris semen quod in terra iacitur, vt arbor ex illo producatur: & comprehendamus, si possumus, vbi in illa tanta paritate seminis tam immensa arbor latuit, quæ ex illo processit? vbi lignum, vbi cortex, vbi viriditas foliorum, vbi vbertas fructuum? nũquid non in semine tale aliquid videbatur, cùm in terra iaceretur? quid ergo mirum, si tenuissimum puluerẽ à nostris oculis in elementa redactum, cùm vult Deus in hominẽ reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta redintegrat? Greg. in Mor.

In omni re, aut actu virtus agẽdi spes est futuri: qui enim arat, arat vt metat: qui pugnat, pugnat vt vincat. Et post pauca, Tolle ergo spem resurrectionis, & resoluta est omnis obseruantia pietatis. Chrysost. super Matth.

Si igitur resurrectio non est, nèc Deus est, nec prouidentia est: tunc casu omnia feruntur, & aguntur. videmus enim plurimos impios esurientes, & iniuriam patientes: peccatores autẽ & iniustos in diuitijs, & in omni voluptate abũdantes: sed quis vsquam hoc iustis iudicij, vel sapientis prouidentiæ opus bene sentiens suspicabitur? Erit ergo resurrectio: iustus enim Deus est, & his, qui confidunt in eũ, mercedis retributor. Damasc. lib. 4.

Resurget iustus, vt iudicet: peccator, vt iudicetur: impius, vt sine iudicio puniatur. Cassiod. super Psalm.

Affligimur in eius passione, gaudeamus in eius resurrectione sic enim possumus pũ dici, si eius dispensationibus meremur aptari. Cassiod. sup. Psalm.

Quòd Apostoli resurrexisse Dominũ mulieribus nuntiantibus aut nõ credunt, aut deliramẽtum indicasse referuntur, grauiter nemo arguat: altè dubitat qui altius credit: decipi non potest qui nõ est facilis audire: ignauus nimis est, qui post exemplum inuenitur incautus: rudis miles ad aciem cõcurrit, qui causam belli nescit, vim bellatoris ignorat. peritia autẽ est, non segnities, cùm sensim miles veteranus accedit. Chrysol. serm. 79.

Maria.

MAria aula regalis dicta est. Amb. 3. de virg.

Mariæ Deiparæ exemplo viuant virgines. ibid.

Accessum ad Deum habemus per Mariã. Ber. de aduēt. Do. ser. 2.

Maria antè sancta, quàm nata. idem in Epist.

Maria aquæductus est. idem in natal. Beat. Mar.

Maria gratia plena est: quia Deo & hominibus grata. idem de virg. Mariæ.

Maria in omnibus inuocãda necessitatibus. idem sup. Miss. est Homil. 2.

Maria mediante, habemus quidquid gratiæ in nobis est. idem in fest. S. Mich.

Maria quater duntaxat legitur loquuta fuisse, et eius taciturnitas laudatur. idẽ de virg. Mar.

Maria si piè à nobis pulsata fuerit, nõ deerit necessitati nostræ. idem.

Maria veneratione digna, in qua humilitatem exaltat fœcunditas, & partus consecrat virginitatẽ. idẽ sup. Miss. est. Hom. 1.

Mariam venerari vult, qui totum nos habere per Mariam voluit. idem in natiuit. Mar.

Vt sole sublato nõ lucescit, sic sublata Maria nihil nisi densissimæ tenebræ relinquũtur. idem in nat. Mar.

Fœlix Maria cui nec humilitas defuit, nec virginitas. Bernar. sup. Miss. est Homil. 2.

Gloriatur Maria virgo, singulariter multis de causis. ibid.

Index certissimus mansuetudinis, & verecundiæ in Maria fuit, tarditas ad loquendum. Bern. in circunci. Domini, serm. 3.

Maria ab Angelo interrogata, Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco? non de facto dubitauit, sed modum inquisiuit. Bernar. sup. Miss. est serm. 4.

Maria facies terræ est, quæ à fonte, id est spiritu sancto irrigatur. Aug. lib. 2. de Genes.

Maria ex gratia mater facta. idẽ in Enchir.

Mariæ magis profuit, quòd Christum in corde, quàm in carne gessit. idem de sanct. virg.

Mariæ virginitas non ideo non credenda, quia semel accidit. idem Epist. 7.

Auctrix peccati, Eua: auctrix meriti, Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificãdo profuit. illa percussit, ista sanauit. Aug. in serm. de Assump.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, tecum in corde, tecũ in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio. idem in serm. de nat. beat. Mar.

Non quia peperit innupta, terretur, sed quia genuit, cum exultatione miratur. idem de virg.

Fœlicior partus spiritualis, quàm carnalis, beatior enim Maria fuit concipiendo Christum fide, quàm carne. materna enim propinquitas nihil ei profuisset, nisi fœlicius ipsum fide, quàm carne gestasset. ibidem.

Quam appellatis fœlicẽ? inde est fœlix, quia verbum Dei custodiuit, non quia in illa Verbum caro factum est. idem super Luc. 11.

Quãtæ in vna virgine species virtutum emicant, vexillum fidei, deuotionis obsequium, virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum? Ambr. de virg. 2.

Quod natura non habuit, vsus nescuit, ignorauit ratio: mens nõ capit humana, pauet cœlum, stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur. hoc totum est, quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nuntiatur. Hieron. in serm. de Assumpt.

Quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in eius laudibus referamus: cũ etiam si nostrum omnium membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? altior eum cœlo est de qua loquimur: abysso profundior, cui laudes dicere conamur. Si cœlum te vocem, altior es: si matrem gentium, præcedis: si formam Dei te appellem, digna existis: si dominam Angelorum, prima esse probaris. Quid ergo de te dignè dicam? idem.

Cæteris virginibus per partes præstatur gratia, Mariæ verò se tota infundit gratiæ plenitudo. idem.

Non est in mundo locus dignior vtero virginali, in quo Dei filiũ Maria suscepit, nec in cœlis solio regali, quo Mariam Dei filius sublimauit. ibidem.

Virgo, regia est via, per quam Saluator aduenit, procedens de ipsius vtero, tanquàm sponsus de thalamo suo. per te accessum habeamus ad Filium, ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis, excusset apud ipsum integritas tua culpã nostræ corruptionis. & humilitas Deo grata nostræ veniã impetret vanitati, copiosa charitas tua nostrorũ cooperiat multitudinẽ peccatorũ, fœcunditas gloriosa fœcunditatem nobis conferat meritorum. Bern. serm. 2.

Nihil est, quod tantùm me terreat, nec est aliquid quod tantùm me delectet, sicut de beata Virgine sermonẽ habere. terret inquam me indignitas propria, sed me delectat virginis laus & excellentia. idem in quod. serm.

Quicunque sibi Mariæ optat præmiũ, imitetur exemplũ. Amb. de Virg.

Sicut in transitu meo Mariæ non

est corrupta virginitas, sic mea ibi non est maculata maiestas. Augustin. cont. duas hær.

Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo consequuta est gratiam. illa gustando prohibitum maledicta, hæc credēdo Angelo benedicta. ibidem.

Sicut in comparatione Dei nemo bonus, ita etiam in comparatione matris Domini nulla inuenitur perfecta, quamuis eximia virtutibus comprobetur. Hier. in serm.

Maria, quia mente passa est, plusquam martyr fuit: nimirū & eius dilectio amplius fortis, quia mortem christi suam fecit. ibidem.

Magna fuit sanctificatio Hieremiæ, qua potuit facilè vitare culpam mortalium: maior. Ioannis Baptistæ, qua potuit frequētiam vitare venialium: maxima virginis Mariæ, qua potuit vitare, imò vitauit omne peccatum. Bernar. ad Canon. Lugd.

Quæ est virgo tam sublimis, vt salutetur ab Angelo? tam humilis, vt desponsata sit Fabro? idem Homil. 2.

Angelus.

ANgelus Græcè, Latinè nuntius. August. de Trinit. lib. 2.

Per Angelos Deus patribus loquutus est, & apparuit. idem de Trinit. lib. 3.

Angelus tuba Dei est. idem de æternit. Deit.

Angelus officij, non naturæ nomen est. idem in tract. Ego sum qui sum.

Angeli multas formas assumere possunt idem de mirab. sacr. scripturæ.

Angeli capilli sunt Dei. idem de essent. Diuinit.

Angeli ad ministerium pro nostra salute semper mittuntur. Gregor. in Past.

Angeli quocunq; mitantur, semper faciem Dei vident. ibid.

Vox Angelorū est in laude conditoris ipsa admiratio intimæ contemplationis. ibid.

Sancti Angeli nos à diabolo defendunt. idem in Past.

Angeli præsunt hominibus, Archangeli præsunt Angelis. idē lib. 1. Dialog.

Singulis prouinciis singuli Angeli præponuntur. idē in Euangel. Homil. 4.

Ante Christi aduentum Angeli se permittebant adorari, non autem post. idem in Regist.

Angelus est prima Dei creatura. ibidem.

Apostatæ Angelo similis efficitur homo, qui hominibus esse similis dedignatur. idē in Past.

Angeli persistentes in munere acceperunt, vt omnino cadere non possent. idem super Ezech. Homil. 7.

Angeli astāt orantibus, & credentibus. idem

Angelo nostro debemus reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. idem.

Angelorum auxilium implorandum est. idem de trip. gen. Bon.

Angelos Deus collocauit non in summo, sed in tuto: homines autem non in summo, nec in tuto, sed in cauto. ibidem.

Angelus vehiculum est verbi. Chrysost. de Dauid. serm.

Angelorum natura somno non est obnoxia. idem sup. Ioann. Homil. 15.

Vnusquisque inquantum sufficit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortari ad bene operandum curat, si æternum regnum, vel supplicium erranti denuntiat, cum verba sanctæ annuntiationis impendit, profectò Angelus extitit. Grego. in Homil. 6. sup. Euang.

In hoc est natura angelica à naturæ nostræ conditione distincta, quòd nos & loco circunscribimur, & cæcitatis ignorantia coarctamur. angelorum verò spiritus loco quidem circunscribūtur, sed tamen eorum scientia longè super nos incomparabiliter dilatātur: interius, & exterius sciendo distincti sunt, quoniā ipsum fontem sciētiæ contemplantur. quid enim

de his, quæ sciēda sunt, nesciūt, qui scientem omnia sciunt? Gregor. 2. lib. mor.

Nouem Angelorum esse ordines, testante sacro eloquio, scimus: scilicet Angelos, Archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos Cherubim, atq; Seraphim. Gregor. in Homil.

Apostolus.

APostoli frustra dicunt, nisi Christus miserit. Hier. ad Alg. Quæst. 5.

Apostoli ex æquo fundant Ecclesiam. idē aduers. Iouin. lib. 1.

Apostoli sunt oculi. Augustin. in bened. Iacob.

Apostolus non ab hominibus, sed à Deo doctus est. idem Quæst. ex nouo Testa.

Apostoli nihil diuersum à Christo docuerūt. idē de cōsen. Euā.

Apostolorum honoratiores fuerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes. idem sup. Epist. ad Galat.

Apostolorum eloquia fuerunt eorum miracula. idem de Ciuitate Dei, lib. 2.

Apostoli Iurisperiti, & consiliarij Christianorū fuerunt. idem cont. Iudæos. Pag. & Arrian.

Multa tradiderūt Apostoli, quæ literis non mandauerunt. August. de Bapt. lib. 2.

Apostoli sunt pedes Domini. idē sup. Psalm. 92.

Apostoli

Apostoli portæ sunt duodecim. August. sup. Psalm. 86.

Apostoli columnæ dicti. idem sup. Psalm. 73.

Apostoli, medici. idē sup. Ps. 87.

Apostoli Prophetis successerunt. Greg. 27. Mor.

Apostoli plus quā prophetæ edocti sunt. idem sup. Ezech. hom.

Doctrinæ ianua per Apostolos orbi patefacta est. Chrysost. sup. Matth. hom. 16.

Doctrina apostolica perpetuò manet. idē de Ascens. Domini.

Apostoli illiterati Philosophorū. ora obturauerunt. Chrysost. sup. Genes. hom. 28.

Apostoli tyrannis facti sunt fortiores. idem sup. Genes. hom. 32.

Apostoli alijs odor mortis, alijs vitæ. idem sup. Matth. hom. 15.

Apostoli ceu volucres orbem terrarum percurrunt. idem sup. Actus Apost. hom. 1.

Ebrij fuerunt Apostoli in die Pētecostes nō musto, sed Spiritu sancto. Ber. sup. Cāt. ser. 47.

Paulus gelu erat, sed in aquā redijt. Greg. 25. mor.

Quis iam non desperet aut de humilitate generis, aut de magnitudine criminū, cùm videat sic inundasse cœlestis gratiæ fontem, vt & piscatorem regibus præponeret, & persecutorem Apostolis coæquaret? ille enim dum pauperiem suam curat, alimēta quotidiani victus quærit in pelago, factus est dines in Christo, cui reges, & nationes famulātur in seculo. Paulus verò dū vrget gladijs sanctorum fidē, suscepit iugū, & magister factus est gentiū, forma martyrū, formidо dæmoniū, indultor criminū, fonsq; virtutū. Aug. in ser. Apost. Pet. & Paul.

Dedit Dominus potestatem Apostolis super naturā, vt eam curarent: super dæmones, vt eos enerterent: super elementa, vt ipsa immutarēt: super mortem, vt eam continerent: super Angelos, vt corpus Domini consecrarēt. hæc etiā potestas data est corū successoribus secūdùm illud Apoc. 6. Hi habent potestatem claudendi cælum, & conuertendi aquam in sanguinem. idem in sermon. de Apostol.

Christū Iesū, & Petrū, & Andream, & alios, per quos operatus est salutem, non de foro Iustiniani, sed de simplicitate piscatoria legimus assumpsisse, inflat enim sapiētia huius mūdi, & legū ventosa loquacitas, elegit non reges, non senatores, nō philosophos, sed plebeios, pauperes, indoctos, piscatores, ineruditos liberalibus disciplinis: nō peritos Grāmatica, non armatos Dialectica, non Rhetorica inflatos. piscatores Christus cū rudibus fidei pauciſsimos admisit, atq; ita ex omni genere tā multos pisces, & tam multò mirabiliores, quanto rariores etiā ipsos philosophos cepit. August. in ser. de Apost.

Piscatores illiterati mittuntur ad prædicandū, ne fides credentiū non virtute humana, sed eloquentia, & doctrina Dei sieri putaretur. Hier. sup. Mat. lib. 1.

Nemo Apostolis pauperior fuit, nemo tantum pro Domino dereliquit. idem in Epist. ad Exuberan.

Misit Christus Apostolos, quasi sol radios, quasi rosa suauitates odoris sui, quasi ignis scintillas suas dispersit: vt sicut sol in radijs apparet, sicut rosa in odoribus suis sentitur, sicut ignis in scintillis suis aspicitur: sic in illorum virtutibus Christi potentia agnoscatur. Quis enim videns discipulos suos bene instructos, non scientiam magistri collaudat? faciebat enim mirabilia Christus: faciebant & discipuli eius: & inter mirabilium operationes maior fama virtutum crescebat. Chrysost. sup. Matth.

Frater mi Timothee, si vidisses agones consummationis ipsorum, defecisses quidem præ tristitia, & dolore. Quis non fleret illa hora, quando præceptum sententiæ egressum est in eos, vt scilicet Petrus crucisigeretur, & Paulus decollaretur? vidisses quidem tunc turbas Iudæorum, & Gentium percutientes eos, & expuentes in facies eorum, sed aduenienti terribili tempore consummationis ipsorū ligarūt columnas mundi, non vtiq; absq; fratrum gemitu, atq; ploratu: & cùm separarētur abinuicem, tunc Paulus ait Petro, Pax tecum, fundamētum ecclesiarum, pastor ouium & agnorum Christi. Ac Petrus ad Paulum: Vade in pace prædicator bonorū, mediator, & dux salutis iustorum. Cùm autem elongassent eos abinuicem, secutus sum magistrum meum, scilicet Paulū: non in eodem loco, sine vico occiderunt eos. Dionys. in Epist. ad Timoth.

Scimus, quòd viri isti nec sibi vixere, nec sibi sunt mortui, sed ei, qui pro ipsis mortuus est: magis autem nobis omnibus propter illum: pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, & etiam mors ipsa, & in conuersione eminentiam, in prædicatione sapientiam, in passione sua patientiam nobis beati Apostoli contulerunt, qui etiam vsq; hodie conferre non cessant, misericordia pleni, & sanctarum orationum fructibus. Ber. in serm. Pet. & Paul.

Martyrium.

Martyres non honorantur saturitate. Hier. ad Eustoc.

Martyr quisq; esse potest sine voluntate,

luntate, sed non contra voluntatem. Bern. in Natiuit. Dom. serm. 1.

Martyrij genus est paupertas voluntaria. idem in Fest. omnium Sanct. ser. 1.

Martyrum fiducia, fortitudo, & tolerantia ex vlceribus & vulneribus Christi. ibid. sup. Cantic. ser. 61.

Martyrium fructus est Ecclesiæ. ibidem.

Martyrum loculi visitandi, vt benedictionem percipiamus. Chrysost. sup. Gen. 3.

Martyres magnis luminaribus clariores. idem de aduentu Dom.

Martyrium exercitatio pietatis est. ibid.

Martyrium proposito non euentu æstimatur. idem de Aduentu Domini.

Martyrium sine charitate implere impossibile est. idem sup. Epist. ad Hebr. Hom. 20.

Veri martyres in Ecclesia fiunt. Greg. 18. Mor.

Sancti martyres præsentem vitam non despexissent, nisi certiorem animarum vitam subsequi scirent. idem Dial. lib. 4.

Martyrem nũ facit pœna, sed causa. idem in Reg.

Totus mundus martyribus plenus est. idem sup. Euang. Hom. 26.

Martyres fœliciter infœlices sunt. Aug. sup. Psal. 127.

Martyres vt fidem seruarent, omnia perdiderunt. idem sup. Psal. 52.

Martyrum sanguis ad multiplicationem Ecclesiæ proficit. idem sup. Psal. 40.

Non cõstituimus martyribus templa, & sacerdotia, quoniam nõ ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Aug. 8. de Ciuit. Dei.

Mori à persequẽte, martyrium in aperto opere: ferre verò contumelias, & odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Greg. in Hom.

Hoc enim baptisma, scilicet martyrium in gratia maius, in pietate sublimius, in honore pretiosius. Cypr. in quad. Epist.

Sanctitas.

DE Sanctorum meritis periculum est disputare. Hier. ad Damas.

Sancti non mortui, sed dormientes sunt. idem aduers. Vig.

Sanctorum fides nos seruat. Ambros. de Abrah.

Mirabile sanctitatis genus est, vt non possis putari sanctus, nisi sceleratus appareas. Bern.

Ista sunt, quæ sanctitatis causa seruanda sunt, pudicitia corporis, castitas animæ, & veritas doctrinæ. Aug. de Vit. Christ.

Dicamus ad Sanctorum inuidiã, vt imitemur patientiam, & cognoscamus illos nõ naturæ præstantioris fuisse, sed obseruantiæ maioris, nec vitia rescisse, sed

sed emẽdasse. Amb. de Ioseph.

Sancti viri quò altius, virtutis dignitate proficiunt, eò subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proximi lucrifiunt, quicquid eos in seipsis latebat, inueniunt. Greg. in Mor.

Summopere nobis desiderãda sunt suffragia Sanctorum, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eorum intercessione donetur. Bern. Serm.

Quæ est ista iustitia, sanctos colere, & sanctitatem negligere? Primus gradus est sanctitatem diligere, postea sanctos, qui nõ sancti ante sanctitatem fuerunt, sed sanctitas ante eos, sine causa enim iustos honorat, qui iustitiam negligit. Chrysost. sup. Matth. 24.

Sanctum facit affectio sancta. Bern. ad Frat.

Sanctorum exempla ad emendationem fidei multum prosunt. idem ad Sorer.

Sancti in terra positi, si multa potuerunt, nunquid non plura in cœlo? idem.

Sanctorum bona opera, nobis scripta sunt. Chrysost. sup. Genes. Hom. 45.

Sanctorum mos est afflictis compati. idem super Genes. Homil. 44.

Sanctimonia est excellens mentis castitas. idẽ sup. Epist. ad Thessal. Hom. 4.

Sancti viri in prosperitate dissimulant. Greg. 5. Mor.

Sanctis bonorum studijs maloru vita contradicit. idem 7. Mor.

Sancti viri nec ex elatione liberi, nec ex timore sunt submissi. ibidem.

Sancti viri ex conscientia bonæ vitæ fidenter expectant præmium æternum. ibid.

Sancti ad cordis secreta semper redeunt. ibid.

Sancti certissimè sciunt, quia in hac vita requiem habere non possunt. ibid.

Quò verius sancti summè cognoscunt, eò sublimius terrena despiciunt. ibid.

Sancti etiam sine causa flagellantur, non vt puniantur, sed vt probentur. idem 9. Mor.

Viris sanctis ab improbis derisi, ad testem conscientiæ Deum recurrant. idem 10. Mor.

Sancti viri irrideri non metuunt. idem 15. Mor.

Sanctorum virorum est bona sua occultare. idem 19. Mor.

Sancti viri interdum coram hominibus bona facere compelluntur, vel facta narrare. ibid.

Quidam sancti venerari appetũt, vt reuerenter audiantur. ibid.

Sancti sic de spe certi sunt, vt tamen sint semper de tentatione timidi. idem 10. Mor.

Probatio sanctitatis non est signa facere. ibid.

Sanctos suos Dominus veniendo adiuuat, derelinquendo probat,

bat, donis firmat, tribulationibus tentat. ibid.

Sancti viri nõ præesse cæteris gaudent, sed prodesse. idem 21. Mor.

Sancti viri cùm præsunt, non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt. ibidem.

Sancti viri non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quærunt. ibid.

Sancti viri interdum de bona opinione sua gaudent. idem 21. Mor.

Sancti sententiam suam abscondunt, quando aliorum vitam, loquendo, lucrari non possunt. ibidem.

Non solùm quod sancti viri dicunt, prophetia est, sed etiam quod agunt. ibid.

Sancti in hac vita diuinæ naturæ secreta, quasi sub quadam imaginatione conspiciunt. idē 13. Mor.

Sancti humanum iudicium non timent, sed diuinum. idem 24. Mor.

Sancti viri nec insidijs, nec minis, nec disputationibus, nec pœnis terrentur. idem 31. Mor.

Vir sanctus quò maiore persequutione premitur, eò ad prædicandum acrius instigatur.

Qui viam sanctitatis appetunt in errorē lapsi, tardiùs emendantur. idem 32. Mor.

Sancti dum tentantur, humiliantur: dum humiliantur, iam diaboli esse desinunt. idem 33. Mor.

Sancti viri sunt templa Dei. idem in Past.

Sancti viri vt ab illicitis longè absint, etiam licita abscindunt. idem Dial. lib. 4.

Sancti viri inter elusiones & reuelationes somniorum discernunt. ibid.

Sancti viri caueant, ne vitia sub specie virtutis nutriãtur. idem sup. Ezech. lib. 1.

Nemo sanctorũ ad cœlestem gloriam, nisi patientiam seruando peruenit. ibid.

Sancti viri in iudicijs suis faciles non sunt, qui Deo displicere metuunt. idem sup. 1. Reg.

Sanctus quisq; hoc accepit à Christo, quòd sanctus est. ibid.

Sanctificatio corporis, castitas: mentis autem, charitas & humilitas. ibid.

Sanctitas à sanciendo dicta est. Aug. de Trin. lib. 1.

Sanctitas in iustitiæ operibus consistit. idem de Salutaribus document.

Sanctitatis iudicium est pax. idem de Temp. ser. 144.

Sanctorum numerus certus est apud Deum præscitus. idem Epist. 106.

Sanctis pauperibus à diuitibus ministrandum est. idem de Oper. monac.

Dei respectu nec angeli sancti dicuntur.

dicuntur. idem contr. Prisc. & Orig.

Sanctorum vita vna, sed præmia diuersa. idem de temp. sermo. 191.

Sancti honorandi imitatione non adoratione. idem de ver. religio.

Sancti non in seipsis, sed in Domino sunt laudãdi. idem cont. duas Epist. Pel. lib. 3.

Iustificatio, & Innocentia.

EX GRAECIS.

IVstus vir, & bonus, & fælix: iniustus, turpis, & miser. Plat. de Rhet.

Quod iustè fit, sapienter fit, quod verò iniustè, ignoranter. Aristot. Top. 2.

Non sufficit iustè egisse, sed secundùm iustitiam agere. Plut. An seni sit gerend. resp.

Iustus vir pluris faciendus, quàm propinquus. Antist. apud Diogen. lib. 6.

Non est signum innocentiæ, à paucis accusari. Demosth. cont. Mid.

Iustus vir natus est in proximi commodum. Eurip. apud Stobæum.

Vnus iustus infinitos iniustos vincit adiuuantibus Deo & iustitia. ibid.

Iustus est, qui legibus obtemperat. ibid.

EX LATINIS.

PRima virtus est vitio carere. Quint. lib. 8.

Petant etiam innocentes misericordiæ auxilium. ibid. lib. 11.

Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. ibid. Decla. 1.

Nihil innocenti facere conuenit quod negandum sit. ibid. Decla. 3.

Malè hæret ibi innocentia, vbi secretum est vulnus. ibid. Decla. 13.

Verba reperire innocenti facilè est. Sophoc. apud Stob.

Si iustus fueris, mores habebit tanquam leges. Menand. ibid.

Iusti mores iniuriam facere nesciunt. ibid.

EX SACRIS.

IVstus prosperitate turbatur. Greg. 4. mor.

Esca iustorum est conuersio peccatorum. ibid.

Iustus vir murus est patriæ. Ambros. 1. de Abrah.

Nunquam iustus solus est, quia cum Deo semper est. ibid. 3. de virgin.

Iustè fit quod iure fit. Aug.

Prudentia iustorum à sapientibus mũdi stultitia iudicatur. Gregor. 10. mor.

Iustorum proprium est, non solùm suam, sed & proximorum ædificationem in dictis & factis quærere. Grego. 11. mor.

Verba iustorum & iniustorum similia sunt, differunt autem intentione. ibid. 12. mor.

Ille bene agit quæ pia sunt, qui scit prius agere quæ iusta sunt. ibid.

Iustus iniusta patiens, non tam ad iram, quàm ad preces conuertitur. ibid. 4. mor.

Iusti partem à Domino non accipiunt, sed ipsum Dominum. ibid. 15. mor.

Iustus in principio sermonis seipsum accusat. Basil.

Iusti de errore peruentium lætari non possunt. Gregor. 16. mor.

Iusti semper ad cordis secretarium redeunt. ibid.

Iustorum mentes per intentionem Domino semper assistunt. ibi. 17. mor.

Indignum est iustum ab iniustis iudicari. ibid.

Iustorum vita conspicienda est. ibid. 24 mor.

Iusti non humana, sed diuina iudicia aspiciunt. ibidem super Ezech.

Iusti vituperium suum non semper patiuntur. ibid.

Iusti aliquando opera sua alijs narrant. Gregor. super Ecclie.

Iustorum mors bonis est in adiutorium. ibidem sup. Euang. Homil. 34.

Innocens non est qui reus iudicatur. Aug.

Innocentem condemnare peius est, quàm nocentem absoluere. ibid.

Sæpe sit calamitas innocentis, ignorantia iudicis. ibid.

Nemo sibi innocentiam tribuat. ibid. lib. 2. Conf. cap. 7.

Ille est innocens, qui cùm alijs non nocet, nec sibi nocet: qui enim & sibi nocet, non est innocens. ibid.

Difficile est innocentiam pressam malis non dolere. Hiero.

Innocentia est sapienti spes impunitatis, non latebra. Ambros.

Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat. ibid.

Abstinens se à malis, innocens est, non iustus. Chrysost.

Quæ virtus esset innocentia, nisi raritas pretium dedisset? Lact. lib. 5.

Iusti afflictionem requiem putant. ibid. lib. 8. mor.

Iniustis semper sunt grauia verba iustorum. ibid.

Iustorum bona vsque ad terminum vitæ crescunt. ibid.

Iusti nec præsentia bona curant, nec præsentia mala timent. ibid. 9. mor.

Iusti

Iusti etsi fauiendo, aliorum facta arguunt, cum tamen compassione reprehendunt. Gregor. 11. mor.

Iustus Dei illustratione non comparatione iustus est. ibid. 17. mor.

Vtilitati iustorũ militat potestas iniquorum. ibidem. libr. 20. mor.

Iusti, quos clementer tolerant, docere non cessant. ibid.

Iusti aliquãdo in correctione mites, aliquando seueri sunt. ibid. 25. mor.

Laus sua iustos cruciat, iniquos exaltat. ibid. 26. mor.

Iusti cùm laborem suum sine fructu esse considerant, in alium locum ad laborem cum fructu migrant. ibidem Dialog. lib. 2.

Iusti detrahentium verba redarguunt. ibid.

Adhærẽs Deo, vnus spiritus est, sed non vnum cum eo. Ber ser. sup. Cant.

Innocentiam seruare plures inueniuntur, quàm qui dignè pœnitentiam agant. Bernard. de quad. deb.

Iustus quisque sapiens est. Bern. sup. Cant. serm. 63.

Noli esse nimiùm iustus. ibid. sup. Psalm. Qui habitat in adiut. serm. 6.

Rectitudinem spiritus seruare monet rectitudo corporis. ibid. serm. 24. sup. Cant.

Recta facere & inutilem se præstare, apud paucos reperitur. ibid. in Epist.

Æquitas, magnæ virtutis indicium est. Chrys. in Act. Apost. cap. 23. Homil. 48.

Iustus non continuè, sed tantùm in principio sermonis accusator est sui. Bern. sup. Cantic. sermo. 12.

Iustificatio ex timore & amore procedit. ibid. in Epist.

Iustorum vita totius philosophiæ continet doctrinam. Chrysost. sup. Genes. Hom. 54.

Iusti sæpe pro iniustis mortem patiuntur. ibid. super Psalm. 96. Homil.

Iustus est solùm peccantibus apparens græuis. ibid. sup. Epist. ad Corinth. Homil. 9.

Illud est magnificum, si subiectus contumelijs, iudicium Dei laudes: si vexatus ægritudine, iudicio Dei deputes: si te inopia premit, non renocei, quò minus laudes iustitiam Dei. Amb.

Magnificentia Domini est, peccatoris iustificatio. Augu. sup. Psal. 110.

Perfectio.

EX GRÆCIS.

Totum & cõpletum est, quod habet principium, mediũ, & finem. Aristot. de Poët. 2.

Totum nihil aliud est, quàm con-

gregatio partium. idē Physi. 2.

Totum & perfectum est, cui nihil deest. idem Physic. 3.

Is demum in magnis viris est habendus, qui quidquid è rep. sit, intelligit, atque idem dicendo explicare potest, quòd si id quoque accesserit, vt strenuè consiciat, nihil ad eius laudes accedere posse videtur. Demosthen. 1. Olynth.

Qui rem in integrum restituere volunt, causam malorum inuestigare & tollere debent. Demosth. in arg.

EX LATINIS.

NOn est perfectū quicquam, quo melius est aliud. Quintil. lib. 12.

Nihil est simul & inuentum, & perfectum. Cicer. de Clar. Orat.

Omnia præclara rara, nec quicquā difficilius, quàm reperire quod sit ex omni parte perfectum in suo genere. Cic. in Læl.

Id est integrum quod est vt fuit. Cæsar de bel. Alex.

Nihil in simplici genere natura omni ex parte beatum atque perfectum expoliuit, tanquam cæteris nō habitura quod largiatur, si vni omnia cōcesserit. Cicer. 2. de inuent.

EX SACRIS.

PErfectus nemo est, qui perfectior esse non appetit. Bernard. in Medit.

Et studere perfectioni, est esse perfectum, & nolle proficere, deficere est. idem in Epist.

Hæc est in omnibus sola perfectio, suæ imperfectionis cognitio. Hier. in Epist. ad Theop.

Tanto quisq; perfectior est, quanto perfectius sentit dolores alienos. Greg. in Homil.

Quidquid verum est ac bonum, id perfectum non potest esse, nisi fuerit singulare. Lact.

Sicut perfecta laudem pariunt, ita & vituperationem generant, quæ in medijs cunctibus ægra deseruntur. Cassiod. lib. 4. Epistol.

Perfectio solet in septenario numero designari. Gregor. sup. 1. Reg.

Perfectio de sapientia nascitur. idem lib. 3. mor.

Omnes perfecti perfectionis suæ rectitudinē ex quatuor Euangelijs didicerunt. idem lib. 1. sup. Ezech.

Vbi honor non est, ibi & contemptus est: vbi contemptus, ibi frequens iniuria, ibi & indignatio: vbi indignatio, ibi quies nulla: vbi quies non est, ibi mens à proposito sæpe deficit: vbi & per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus sit ab eo quod tollitur: & quod minus est, perfectum dici non potest. ex hac supputatione sententia illa nascitur, Monachum non posse in patria sua esse perfectum: perfectum autem esse nolle, deinquere est. Hier. in Epist.

Valde perfectorum est, ostenso opere, autoris gloriam quærere, vt illata laude, priuata nesciat exultatione gaudere. Gregor. 8. Mor.

Altior virtutis perfectio, altiorem debet tenere viam. in glos.

Perfecto omnia dimittenda. Hieron. ad Heliod.

Homo perfectus, cautus sibi, placens Deo, vtilis suis. Bern. super Cant. serm. 59.

Hominis perfectio continentia sibi, innocentia proximo, patientia vtrique. Bernar. sup. Cant. serm. 70.

Beatitudo, & æternitas.

EX GRÆCIS, ET LATINIS.

MOrtalium nemo est beatus vir, sed diuitijs affluentibus alius alio est fœlicior, beatus verò non. Eurip. in Med.

Beatitudo in excelso est, sed volenti penetrabilis. Senec. Epistol. 65.

Miraris hominem ad Deum ire, Deus ad hominem venit: nulla sine Deo mens bona est: semina in corporibus humanis dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt. idem Epist. 74.

Summum bonū nec satietatem habet, nec pœnitentiam. idem de vit. beat.

Cùm vnusquisque maximè posteritati seruiat; esse aliquid verisimile est, cuius post mortem sensum sit habiturus. Cicer. 1. Tuscul.

Beatus esse sine virtute nemo potest. idem 1. de nat Deorum.

Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo. idem 5. Tuscul.

Qui beatus est, non intelligo quid requirat, vt sit beatior: si est enim quiddam quod desit, non beatus quidem est. ibid.

Cui ascensus in cœlum patet, quāuis maxima, tamen debito minora sunt, quæ in terris tribuuntur. Max. lib. 8.

Immortalitatis naturā vnusquisque magnopere cupidus est. Plat. 4. Dial.

EX SACRIS.

IN gloria cœlesti, mira serenitas, plena securitas, æterna fœlicitas. idem super Cant. sermo. 12.

Gloria Dei in rebus videri potest, in seipso pro hac vita non potest. Gregor. super Ezech. Homil. 8.

Quærenda est gloria Dei, per vias

eius.idem 16.Mor.

Aeternum pro eo,cuius finis non constituitur. August.libro 1. Quæst.super Genes.

Vera æternitas,in solo Deo est. idē in sent.suis.

Aeternitas Dei est ipsius substantia.idem sup.Psal.101.

Aeternitatis præmia præstolantes, vires ex aduersitatibus sumunt.Greg.26.Mor.

Ad æternitatis gloriam acquirendam nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet.Bern.in Doct.

Pro magno diligi non debet quidquid fine concluditur: illa appetenda, illa magnopere diligenda,quæ nec inuenta transeunt, nec adepta desiciunt. Grego.

Facilius dicere possumus in vita æterna,quid ibi sit,quàm quid ibi non sit. August.

Regnum cœlorum non est dantis, sed accipientis. Hieronym. super Psalm.68.

Ecce venale est regnum Dei: eme si vis, nec multum existimes de pretio propter rei magnitudinem:tantum valet, quantus estte da,& habebis illud. Sed dices, Malus sum, & fortè me non accipiet. Dando te illi,bonus eris. August.de spirit.& anim.

Immortalitas nostra magna non mole, sed virtute. August. Epist.57.

Immortale corpus, cibo non eget. idem in Quæst.ex vet.Test.

Immortalitas, sanitas sola est. idem serm.75.de temp.

In gloria recedet error à ratione, dolor à voluntate, à memoria timor.Bern.sup.Cant.serm 12.

Paradisus, patria nostra est. Basil.de virg.

Beatitudo duplici modo tenetur, spe,& re.Aug.10.confess.

Alterius beatitudine, nemo sit beatus.idem lib.2. De lib.arb.

In beatitudine alius alio præstantior.idem in Enchir.

Beatitudo ab humilitate incipit. idem de serm.Domini in mont. lib.1.

Beatitudo vera non est, de cuius æternitate dubitatur. idem de Ciuit.Dei,lib.12.

Beatitudinem externam quietem dicit Aristoteles. August.de vnit.Eccles.

Beatitudo posita est in vera fide. idem de temp.serm.6.

Beatus necessariò est sapiens.idem cont. Acad.lib.2.

Qui beatus non est,miser est. idem de beat.Vit.

Beatus,non potest errare.idē cont. Acad.lib.1.

Beatus ex seipso nemo esse potest. idem de Ciuit.Dei, lib.12.

Beati videntes supplicia damnatorum, magis se fruuntur debitores Deo.Greg.33.Mor.

Beatum nihil,nisi quod caret peccato. Amb.lib.2.Off.

Beatitudo nostra futura, nō præsens. idem 1.Offic.

Beatitudo est & in doloribus,nec perditur aduersis.idē de Iacob

Regnum Dei conceditur, ostenditur,promittitur,percipitur.Bernar.lib. Sap.

Regni cœlorum via arcta, nec recipit nisi paruos.idem de pass. Domini.

Cœli iustos designant. Grego.lib. 15.Mor.

Cœlum dicitur Ecclesia electorum. idem 30.Mor.

Cœlum est anima iusti. idem sup. Exech.Homil.15.

Ornamenta cœlorum, sunt virtutes prædicantiū.idem in Euāg. Homil.31.

Cœlum nulli hominum pateret,nisi filius hominis carnem sumpsisset.idem sup.7.Psal.

Curia cœlestis præstolatur consummationem nostram. Bernar.in vig.nat.Domini.

In cœlum ascendere mente licet. Chrysost.de verb.Esaiæ.

Cœlum propter ecclesiam creatum est.idem de expulsi.Homil.

Cœlum ager est fidelium.idem sup. Epist.ad Rom.serm.8.

Cœlum ne curiosè scrutemur. idem sup.Epist.ad Thessal.

Cœlo meliores licet nobis fieri. idē sup.Epist.ad Heb.

Cœlum mercatura est.idem de pœnit.Homil.9.

In cœlis Deus habitare dicitur, quòd ibi sit voluntas eius. August.Epist.57.

Beatus non est, qui quæ vult habet,si mala velit.ibid.

Ecclesia.

IN ecclesia illicitum,nec domi licet. August.in Apolog.aduersus Iouin.

Ecclesia ista certa,quæ ab Apostolis fundata.idē aduersus Lucif.

Ecclesia non est,quæ nō habet sacerdotem.ibid.

Ecclesia nunc orat pro omnibus, nec tamen pro omnibus exauditur.idem.

Ecclesia ciuitas vna ex Angelis, & hominibus.idem.

Ecclesia velut lilium inter spinas malis, & bonis est permixta. idem lib.3.de Baptis.

Ecclesia velut domus vasa habet varia. idem lib.3. cont.Epistol. Pelag.

Ecclesia de latere Christi facta est. idem sup.Psal.126.

Ecclesiæ hæreditas Deus est. idem sup.Psal.5.

Ecclesiæ amatores Spiritū sanctū accipiunt.idē sup.Euang.Ioan.

Ecclesia & Christus vnum corpus sunt.idem sup.Psal.142.

Ecclesia mater est, sicut Maria virgo.idem de temp.serm.16.

Ecclesiæ ossa, sunt Apostoli.idem Epist.129.

Ecclesiæ caput humanitas Christi, anima, & vita ipsa diuinitas. idem 10.de Ciuit.Dei.

Impudentia est ecclesiæ vnitatem propter hominum scelera relinquere. idem Epist. 50.

Sola ecclesia sequenda est, nullus autem hominum. idem lib. 3. cont. lit. Petil.

Ecclesia ager Dei est fertilissimus. idem.

Sedes apostolica de aliarũ ecclesiarum tuitione debet esse solicita. Grego. in regist. lib. indict. 9. cap. 70.

Causæ arduæ sunt ad sedẽ apostolicã deducẽdæ. idẽ in reg. lib. 2.

Quæ semel autoritate apostolica formata sunt, nõ amplius egent firmitate. idem in Regist.

Ecclesia dicitur lilium inter spinas. idem 2. Mor.

Ecclesia aduersitatibus proficit. idem lib. 3. Mor.

Ecclesiæ vestimenta, cuncti sunt ecclesiæ fideles ibid.

Ecclesiæ rectores, principes dicuntur. idem lib. 4. Mor.

Sancta ecclesia simplicitatis, & rectitudinis vias à timore incipit, & in charitate consumitur. idem 2. Mor.

Ecclesia ex gentibus electa iuuencula dicitur respectu synagogæ. idem 11. Mor.

Dolore ecclesia premitur, quando peruersos in sua malitia crescere intuetur. idem 13. Mor.

Maxillam ecclesiæ peruersi feriunt. ibidem.

Ecclesia in omnibus, quæ sapit, sensum suum humiliter deprimit. idem lib. 14. Mor.

Ecclesia omnes ab hæreticis ad veritatem reuertẽtes recipit. idem lib. 16. Mor.

Columnæ ecclesiæ sunt prædicatores. idem 17. Mor.

Ecclesia per synagogam trãsit, sed non pertransit. idẽ lib. 18. Mor.

Ecclesia sancta per spiritũ agnoscit quod synagoga antea non valuit. ibid.

Ecclesiæ incrementum ex signis & prodigijs emicuit. ibid.

Ecclesia est oculus caco, & pes claudo. idem lib. 19. Mor.

Sancta ecclesia consistit vnitate fidelium, sicut corpus vnitate membrorum.

Ecclesia filios suos in nido nutrit. ibidem.

Ecclesia quotidie corda fidelium consolatur. ibid.

Ecclesia in sua prædicatione spem miscet, & metum. 16.

Ecclesia afflictionis tempore proverbium prauũ efficitur. idem lib. 20. Mor.

Sancta ecclesia persecutionis suæ tempore fide stat, desiderijs clamat. ibidem.

Ecclesia multa mala, vltima persecutione passura est. idẽ li. 2. mor.

Ecclesia deflet quos exhortando trahere non potest. ibid.

Locus videntium Deum, est ecclesia. idem 25. Mor.

Deus ecclesiam suam sine digna administratione non deserit. idem 26. Mor.

Eccles

Ecclesia tot vestibus indutur, quot vestibus fidelium decoratur. idem 28. mor.

Non solùm ex Iudæis, sed ex Gentibus ecclesia doctores accepit. idem 30. mor.

Extra ecclesiã non est salus. idem 35. mor.

Vna erit in fine mundi de Iudæis, & Gentibus ecclesia. ibidem.

Ecclesia sic nouum Testamentum recipit, vt vetus non abijciat. idem in Cant. cap. 8.

Ecclesia in veteri lege Christum exoptabat. ibid.

Ecclesia sancta, murus dici potest. ibidem.

Ecclesia soror Christi vocatur. ibi.

Riui ecclesiæ, sunt sancti prædicatores. idem sup. Ezech. lib. 1.

Deus de tota simul ecclesia loquitur, acsi de vna anima loquatur. idem sup. Ezech. Homil. 15.

Pereulum regis nostri, ecclesia est. ibidem.

Sancta ecclesia duas vitas habet: temporalem, & æternam. idem sup. Ezech. Homil. 21.

Ecclesia nunc spiritualiter facit, quod per Apostolos corporaliter faciebat. ibidem.

Ecclesia præsens vocatur regnum Dei. idem sup. Ezech. Hom. 27.

In ecclesia nec boni sine malis, nec mali sine bonis esse possunt. idẽ sup. Ezech. Homil. 31.

Ecclesia filios sine dolore Deo generat. idem sup. 7. Psalm. pœnitent.

Sæculum ecclesiæ nõ decet turpibus lucris inquinari. idem ex Regist. lib. 1.

Ecclesia defuncto pastore, diu sacerdotio priuari nõ debet. idem ex Regist. lib. 2.

Ecclesiæ militantis ordines ecclesiæ triũphantí conformari oportet. idem ex Regist. lib. 5.

A nullo debet suscipi, quem Romana depellit ecclesia. ibidem.

Ecclesia nõ potest vltra tres menses carere Episcopo. idẽ ex Reg. lib. 7.

Ecclesia tenetur necessitatem patientibus præbere subsidium. ibidem.

Ecclesia relicta, retinere sacrilegium est. idem ex Reg. lib. 8.

Ecclesia sola succedit in bonis Episcopi, in episcopatu acquisitis. idem ex Regist. lib. 9.

Ecclesia habet pauperes defendere. ibidem.

Ecclesia vsque in mundi finem dicitur. Greg. in Reg.

Ecclesiæ sublimatio, est synagogæ depressio. ibid sup. Reg.

Ecclesiã Christus crucis haredem constituit. ibidem.

Ecclesiastica potestas erecta est in humanitate Redemptoris. ibid.

Ecclesiæ autoritas sine misericordia nulla est. ibid.

Ecclesia creditur à Iudæis ebria. Greg. in Reg.

Ecclesia doctorum, electa synagoga, magnam apud Gentes inuenit reuerentiam. ibidem.

Ecclesiasticis famulãtes obsequijs ecclesiasticum debent adipisci subsidium. ibid.

Ecclesiastici reditus, in quatuor partes diuidantur. ibidem.

Ecclesia ciuitas Dei est. Ambro. sup. Psalm. 118.

Ecclesiæ possessio, sumptus est egenorum. ibidem. lib. 5. Epist. 31.

Præsumit ecclesia non de suis meritis, sed de Dei misericordia. Bernard. sup. Cant. serm. 6.

Synagoga pactum conuentionis egit cum Deo, ecclesia verò beneplacito voluntatis innititur. ibid. sup. Cant. serm. 11.

Tenet ecclesia Christum, & ab eo tenetur. ibid. sup. Cant. ser. 79.

Ecclesia synagogæ nõ inuidet, sed ad eam Christum introducere nititur. Bern. sup. Cãt. ser. 79.

Ecclesiæ nomine non tantum vna anima, sed multarũ vnitas designatur. ibid. sup. Cant. ser. 61.

Ecclesiæ pulcher status auctoritas prælatorum, clericorum decus, populi disciplina, monachorum quies. ibid. sup. Cant. serm. 46.

Ecclesia varias artes, & varia vasa habet. Basil. in Hexam.

Ecclesiæ nauis demergi nõ potest. Chryso. de verb. Esaiæ. Hom. 4.

Ecclesia locus est medicinæ spiritualis. ibid. sup. Genes. Hom. 1.

Ecclesiæ radix in cœlo est. ibid. de verb. Esaiæ. Homil. 4.

Ecclesia cœlo honoratior est. ibid. Homil. 4.

Ecclesia angelorum celebritas est. ibid. sup. Matth. Homil. 51.

Ecclesia vna sit in vniuerso orbe. ibid. Homil. 1. sup. Epist. ad Corinth.

Ecclesiæ nomen est consensus, & cõcordiæ nomen. ibid sup. Epistol. ad Galat. cap. 1.

Ecclesiæ diuisio Deũ irritat. ibid. sup. Epist. ad Eph. ca. 4. ser. 11.

Ecclesiæ nomen plerunq; multitudinis est. ibi. sup. Epist. ad Thessal. cap. 1. Homil. 1.

In ecclesia omnia quæ cõsiderãtur, in Christũ referri possent. ibid. sup. Epist. ad Heb. cap. 1. Ho. 2.

Ecclesia colũna orbis est. ibid. sup. Epist. ad Timo. 1. ca. 3. Hom. 11.

Ecclesia, est Deus. ibid. de expulsi. Ioann. Chrysost.

Ecclesiæ rudi lenia imponenda. Hier. aduers. Iouinian. lib. 1.

Ecclesiastica tantùm prædicanda non humana & philosophica. ibid. ad Hedibiam, Quæst. 10.

Ecclesiã pauperũ fraudare nefas. ibid. ad Nepot.

Summus Pontifex.

IN Sacerdotis summi dignitate pendet ecclesiæ salus, id est, Christi. Hieronym. aduers. Luciferi.

Apostolica cathedra propter hominum iniquitatem non est caluminanda. August. cont. Pet. lib. 2.

Potestas ecclesiastica nec ex libidine amplecti debet, nec amplexa pro formidine deseri. Greg. 25. mor.

Priuilegia ecclesiastica Apostolicus debet illæsa seruare. idem 28. mor.

Graue Pontificis onus, sed beatum ei, qui bene refert.

Concilium.

CConcilia debent cum maturitate celebrari. Greg. in 7. Psalm. pœnit.

Concilia sine odio, & inuidia celebranda sunt. ibidem.

Concilia debent celebrari ad vtilitatem ecclesiarum, & pauperum. ibidem.

Concilia sine autoritate Romani pontificis congregata nihil valent. idem ex Regist. lib. 7.

Concilia vniuersalia particularibus, & posteriora prioribus semper anteposita. Augustin. lib. 2. de baptis. contra Donatist. cap. 10.

Sacramentum.

SAcramenta foris percipimus, vt intus sancti spiritus gratia repleamur. Gre. sup. 1. Reg.

Sacramenta dicta sunt, quoniam ad res pertinent diuinas. August. Epist. 4.

Sacramentum non intellectũ tollit, intellectum gaudium pium parit. idem 3. Quæst. sup. Leuit.

Sacramenta qui contemnit, in se vitam non habet. idem contra Faust. lib. 13.

Sacramentorum sanctitas in nullo peruerso violatur. idem contra Epist. Parm. lib. 2.

Sacramentum, ministratio ex Spiritu sancto est, sive per bonum, sive per malum fiat. idem.

Sacramentum habent plerique, at sacramenti virtutem minimè. idem sup. Epist. 8. Ioan. 1.

Sacramenti aqua corpus, at spiritus animam ablut. ibid.

Sacramentorum mutatio Propheticis vocibus prædicta est. idem Epist. 4.

Sacramenta omnia & veterum, & nostra ad vnam fidem recurrunt. idem Epist. 138.

Sacramẽta nouæ legis paucissima, facillima, sed præstantissimæ sunt. idem Epist. 118.

Sacramentum gratiæ Deus dat per malos, sed ipsam gratiam non, nisi per seipsum. idem de baptis.

Sacramenta tutius in ecclesia, quàm extra eam accipiuntur. ibidem.

Sacramenta talia cuiq; fiũt, qualis accedit. idem contra liter. Petil. lib. 2.

Sacramẽtorum virtus, est gratia. idem sup. Psalm. 77.

Sacramenta indignè sumens, sibi, non alteri nocet. idem de verb. Apost. sermo. 2.

Non omnes, qui sacramenta sumunt, sunt de membris Christi. idem de verb. Domini.

Baptismus.

ANte baptismum liberius olim peccabatur. *Augustin. lib. 1. confess.*

Baptismi aqua per Spiritum efficax. idē lib. 13. cōfess cap. 114.

Baptismus non est tantò melior, quantò à meliore datur. idem in Epist.

Baptismus secūdus, est fons lachrymarum. idem de salut. docum.

Baptismus Trinitatis est opus. Idē contra Pelag.

Baptisma per Circuncisionem significatum. idem contra Iulianum lib. 2.

Baptismus propter fidem falsam nō corrumpitur. idem de vnic. baptis.

Baptismi aqua non est illius, aut alterius, quæ nos mundat. idem contra Petil. lib. 1.

Per baptismum suos voluit christus regenerari. idem de pecc. merit. & rem.

Per baptismum omes Christi incipimus esse. ibidem.

Baptismum qui accipit indignè, iudicium accipit, non salutem. idem contra Fulgent.

Non omnes, qui tenēt baptismum, tenent ecclesiam. idem de bapt. contra Donat. lib. 5.

Baptismum legitimum hæretici habent, sed non legitimè. ibid.

Baptisma character insixus. idem sup. Psalm. 39.

Baptisma tale est, qualis est, per cuius potentiam datur, non qualis ille, per quem datur. idem in Euang. Ioan. tract. 5.

Baptismus semel mundat per fidem. idem de verb. Domin. sermo. 30.

Baptismi vices, passio, fides, contersio cordis supplent. idem contra Donat. lib. 4.

Baptismum suo exemplo commendauit Christus. idem de mirab. sacr. script. lib. 3.

Baptismo carentes, saluari non possunt. idem de eccles. dogm.

Baptizati tam fidem, quam opera docendi. idem de fid. & operib.

Baptizare potest laicus in necessitate. idem contra Epist. Parmen. lib. 2.

Baptizandi potestatem Dominus sibi tenuit, seruis ministerium dedit. idē in Euāg. Ioā. trac. 5.

Baptizati inuiti ad pristinā infidelitatē vertūtur. Greg. in Reg.

Baptismi typus, fuit transitus maris rubri. Ambro. de iis, qui myst. init.

Baptizantur paruuli propter originale peccatum. Chrysost. de Adam, & Eua. Homil.

Baptizantur non à sacerdote, sed à Deo. idem cap. Matth. 14. Homil. 51.

Baptizari mortuos, ridiculū. idē sup. Act. Apost. Homil. 2.

Baptizare cuiuslibet est, modò fungatur sacerdotio. idem in Epist. ad Corinth. Homil. 2.

Baptiza

Baptizare iterum, est Christum secūdò crucifigere. idem de laud. D. Paul. Hom. 5.

Baptizatus fundamentum fidei sciat. idem de laud. Paul.

Baptisma Christi ineffabilium donorum liberalitate donatum, idem sup. Matth. Hom. 12.

Baptismo accepto, delicijs non est vacandum.

Baptismus signaculum fidei. idem sup. Matth. Hom. 5.

In baptismo præcipua pars spiritus. idem sup. Act. Apostol. Homil. 1.

Baptismi dilatio periculosa. ibid.

Baptismus nobis crux, & sepulchrum. idem ser. 12. sup. Epist. ad Rom.

In baptismo Rex, Sacerdos, & Propheta efficimur. idem in Epist. ad Cor. Hom. 3.

Baptismus non corporis est lauatio, sed animæ. idem Epist. ad Hebr. Hom. 19.

In baptismo sensibilis aqua donū confert. idem de sum. indignè minist. diuin.

Baptismus etiam rerum temporalium spe acceptus, regenerat. Aug. Epist. 25.

Baptismus omnia peccata mundat. idem Epist. 50.

Baptismus non est irritus, à malo collatus ministro. idē Epist. 166.

Baptismus extra ecclesiam esse potest, sed non prodesse. idem Epist. 50.

Baptismi gratia nunquam, nisi propria impietate amittitur. idem Epist. 22.

Baptismo vita respondeat. idem lib. de Fid. & oper. cap. 16.

Baptisma crux est. idem contra Iulian. lib. 1.

Baptismus baptizato inseparabiliter adhæret. idē lib. 5. de Baptis. contra Donat.

Confessio.

CONfessio Dei ad salutem non sufficit. *Hier. ad Celan.*

Pleriq; homines mala sua confitentur, & humiles non sunt. Greg. 21. Mor.

Mala, quæ facimus, sponte confiteamur, & hæc aliis arguentibus non negemus. ibid.

Apud aures Dei vox valida, deuota confessio est. idē 26. Mor.

Per amarum poculum confessionis peruenitur ad gaudium salutis. idem in Euang. Hom. 6.

Confessio est via ad portam paradisi. idem sup. Ezech. 2.

Confessio aperit vulnus peccati. idem in Euang. Hom. 49.

Confessio est & peccati, & laudis. idem sup. 7. Psalm.

Confessio vi extorta non recipitur à iure. idem in Regist.

Confessio extorta facit crimen, nū factum fateri. ibid.

Confessionis veræ signū est in affectione pœnitentiæ. idem sup. 1. Reg.

Confessio erroris, medicina est.

Amb.

Ambr. de Insti. virg.

Bonæ mentis est, ibi agnoscere culpam, vbi culpa non est. Greg.

Apertas confessionis senestras inueniat in nobis Dominus. Bern. sup. Cant. Ser. 59.

Confessio, ornamentum est animæ. idem in Epist.

Confessio humilis sit, pura, fidelis. idem sup. Cant. Serm. 16.

Confessio mater est indulgentiæ. Chrysost. de Confess. Serm.

Confessio peccatorum, est etiam abolitio peccatorum. idem sup. Gen. Hom. 20.

Confessio vera fontes lachrymarũ habet. idem Hom. 1.

Confiteri peccata, non est confusio. idem Serm. de Pœnit.

Confessio peccatorum habet mercedem. ibid.

Confessioni suspectæ non est standum. apud Iurisconf.

Cõfessio partis, est plenissima probatio. ibid.

Quod maximè accusatori est optandũ, confitens est reus. Quintil. lib. 8.

Optimus est portus erranti, mutatio consilij. Cic. Philip. 2.

Confessio extraiudicialis sine causa non inducit probationẽ, nisi sit geminata. apud Iurisc.

Non confitetur Deum, qui negat factũ. Aug. lib. 1. sup. Genes. Quæst. 151

Confessio non tantùm peccatorũ, sed & laudis Dei est. idem Epist. 121.

Confessio peccatorum humiles nos facit. idẽ in Enarrat. Psal. 47.

Confessio peccatorum in corde antè, quàm os petat, exauditur. ibid. Psal. 31.

Confessio oris ad fidem pertinet. idem Psal. 114.

Confessione, & humilitate vincunt Christiani. idem Hom. 5.

Eucharistia.

Corpus Christi accipere, maius, quàm orare. Hieron. ad Celant.

Corpus Christi accipere prohibent coitus. idem in Apolog. aduers. Iouin.

Eucharistia, charitatis est symbolum. idem ad Theoph.

Carnem suam ad manducandum cordi, & ori tribuit Deus. August. ad Oros.

Communione priuantur contumaces, & inobedientes, etiam si alia culpa desit. Greg. in Reg.

Christi corporis, & sanguinis participatio necessaria est ad vitã æternam. Basil. in Sum. mor.

Eucharistiam indignè sumentes, saluari non possunt. Gregor. ex Regist.

Corpus Christi aliter pius, aliter incredulus sapit. Chrysost. sup. Epist. ad Cor. Hom. 7.

Corpus, & sanguinem illius, qui in cœlestibus sedet, gustamus. idem sup. Epistol. ad Ephes. Serm. 3.

Peccata si non tanta sunt, vt excommunicandus quisq; videatur, non se debet à quotidiana medicina Domini corporis separare. Aug. lib. 1. Epist.

Ille non audet honorando sumere, & ille honorando non audet vnum dicm prætermittere contemptum solum non vult cibus iste. ibid.

Quotidie eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec reprehendo: omnibus tamẽ dominicis diebus suadeo, & hortor, si tamen mens sine voluntate peccandi sit. Augustin. de Eccles. dogm.

Quanta enim cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reuerẽtia, & tremore, quanta corporis castitate, atq; animi puritate illud diuinum, & cœleste mysterium est celebrandum, Domine Deus, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi summis ima, humanis diuina iunguntur: vbi adest sanctorum præsentia angelorum: vbi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter? quis dignè hoc celebrare mysterium potest, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Amb. in orat. ante Miss. dicen.

Si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit sermo Christi, vt species elementorum mutetur? De totius mundi operibus legisti, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non potest ea, quæ sunt, mutare in illud, quod nõ sunt? nõ enim minus est, nouas rebus dare formas, quàm mutare naturas. Ambr. de Sacr. lib. 3.

Liquet, quia præter naturæ ordinem Virgo generauit, & hoc, quod cõficimus, corpus ex Virgine est: quid quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cũ præter naturam sit ipse partus ex Virgine? ibid.

Ne veluti quidã horror esset cruoris, sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudine quidem acceptis sacramentis, sed veræ naturæ gratiam, virtutémq; consequeris. Ambros. de Sacr.

Sacramentum Dei altissimi suscipiendum est, non discutiẽdum: venerandum, non dijudicandum: fide sortitum, non innatum: traditione sanctiũ, non ratione adinuentum. Bernard. in Epist.

Sicut corporalis cibus cùm vẽtrem inuenerit, aduersis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, & nullũ præstat auxilium: ita & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit,

dit, non sua natura, sed accipientis vitio. Chrysost. Homil. 5. sup. Matth.

Væ tradentibus Christum ad crucifigendum: sed væ cum maligna conscientia sub sacramento sumentibus illum: etsi non tradant Iudæis ad crucifigendum, tradit tamen ipsum membris inimici ad sumendum. Remig. sup. Matth. glos.

Contritio.

Compunctionis principalia sunt, timor, & amor. Gregor. lib. 3. Dialog.

Compunctio prima electorum ex timore nascitur. idem sup. 1. Reg.

In culpam incidisse, naturæ est: dolere, virtutis. Amb.

Alia est compunctio, siue contritio, quæ per amorem nascitur: alia quæ per timorem, quia aliud est supplicia fugere, aliud, præmia desiderare. Gregor. lib. 8. Mor.

Afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat quàm reatus suum, cuius secura non meminit. ibid.

Quò vberius culpa fletur, eò altius cognitio veritatis attingitur. idem 27. Mor.

Dominus nescit differre, quem compuncto corde sibi senserit supplicare. Cassiodorus super Psalm.

Pungeris bene, si compungeris. Bernardus super Cant. sermone 47.

Compunctionem, vel contritionem peccatorum qui non habet, non habet mundam orationem. Bern. ad Soror.

Contritio est vnguentum, sua fragrantia totam domum Ecclesiæ replens. idem sup. Cantic. sermo. 10.

Compunctio cordis non viget in delicijs.

Indicium veræ compunctionis, subtractio occasionis est. Bern. in die sancto Paschæ.

Qui nescit lugere quod grauat, non valet proferre quod subleuat. vis compunctionis poros cordis aperit, & pennas virtutum fundit: cumq; se studiosè mens de pigra vetustate redarguit, alacri nouitate inuenescit. Greg. 21. Mor.

Sola compunctio est, quæ facit animam horrescere purpuram, desiderare cilicium, amare lachrymas, fugere visum. Chrysostomus in lib. de Compunct. cord.

Contritio est humilitati cordis vera compunctio: magna agere, & humilia loqui: iustè operari, & super peccatis timere, ac tremere. ibid.

Contritio est gemebundi cordis commotio salutaris, seipsum lachrymarum eruptione testificans. Hugo.

Pœnitentia.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Qui non pœnitet ex concupiscentiarum prosecutione, insanabilis est. Arist. Ethic. 3.

Quædam emendatio pœnitẽtia est. Quint. Declam. 9.

Grauior in diem sacti pœnitentia est. idem Declam. 12.

Sæpe leuant pœnas, ereptáque lumina reddunt,
Cum bene peccati pœnituisse vident. Ouid. 1. de Pont.

Satis pœnarum est, pœnitentia erroris. Liu. 3. Dec. lib. 8.

EX SACRIS.

Egressus malitiæ, virtutis operatio est. Amb. de Cain, & Abel.

Fit plerunq; gratior Deo amore ardens vita post culpã, quàm in securitate torpens innocẽtia. Greg. in Past.

Semper maior est ex pœnitentia fides. Lact.

Pœnitentia nulla sera est. Cypri. contra Demetr.

Pœnitentia, secunda tabula naufragis. Hier. ad Demetr.

Per culpam Deo discordes sumus, & per flagella ad Deum redimus. Greg. 3. mor.

Pœnitentia, arma Christianorũ. Chryso. sup. Epistol. ad Corinth. cap. 2. Hom. 3.

Pœnitentiæ sapor, ieiunium est. idem serm. de Pœnit.

Pœnitentia, medicamentum est, peccatum extinguens. idem de pœnit. Hom. 5.

Pœnitentia præoccupat pœnã. ibi.

Pœnitẽtia misericordiæ est mater. idem de pœnit.

Pœnitẽtia referat quod peccatum claudit. ibid.

Dilatio pœnitentiæ vsq; ad mortem, valde periculosa est. Bern. in paru. serm.

Post pœnitẽtiam virtus virtutem excitat. Greg. lib. 1. sup. Ezech.

Pœnitentia est vnum ex perfectis donis descendentibus à patre luminum. idem sup. 7. Psal.

Pœnitentiam in præsenti pro peccatis faciens, tribunal Christi securus aspiciet. ibid.

Suspirat antè, quàm comedat pœnitens. idem 5. mor.

Pœnitens, de misericordia Dei, quam postulat, præsumat. idẽ in Past.

Pœnitentes de spe fiduciam habeant. idem 12. mor.

Plerique pœnitere incipiunt, sed statim ad solita recurrunt. idẽ.

Pœnitentia vera vix sine lachrymis esse potest. Aug. de ver. & falsa pœnit.

Pœnitentia in baptismo, tanquam in fundamento operatur. idem sup. Epist. ad Rom.

Pœnitentiam gratia Dei præce-

dit. idē in Quæst. ex vtroq; test.

Pœnitentia à solo Deo datur, & completur. idem de sanct. virg.

Pœnitentia nō est alienæ naturæ, sed nostræ voluntatis. idem de act. cum Manich. lib. 2.

Pœnitentiam nō agimus, nisi Domini beneficio excitati. idem de grat. Christ. lib. 1.

Pœnitentiæ prædicatio ad emendationem magis, quàm ad licentiam prouocat. idem super Psalm. 101.

Pœnitentia in alio est seculo, sed cassa. idem sup. Psalm. 36.

Pœnitentia sine fide inutilis est. idem de ver. & fals. pœnit.

Pœnitentia non proderit permanentibus in peccatis. idem de fide, & operib.

Pœnitentia quotidiana, pœna fidelium. idem Epist. 109.

Pœnitentia sine ieiunio vacua est. idem contra Iulian. lib. 1.

Pœnitentia non est seruanda vsq; in senectutem. idem de temp. serm. 45.

Quòd Dauid peccauit, conditionis est: quòd supplicauit, correctionis: lapsus communis: confessio specialis. in culpam itaque incidisse, naturæ est: dolere, virtutis. Amb. de Dauid. lib. 1.

Qui pœnitētiam agit, paratus esse debet ad opprobria perferēda, iniuriásq; subeundas, nec commoueri, si quis ei peccati sui crimē obiiciat. Amb. li. de Ioseph.

Quoniam sic pœnites, vt tibi amarū sapiat in anima, quod antè dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in corde, iam tūc bene ingemiscis ad Deum. Amb. in quod. serm.

Apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris: nā abstinentia tam ciborū, quàm mortificatio vitiorum, propter quod tempora pœnitentiæ pro fide, & conuersatione pœnitentium abbreuianda præcipiuntur, & pro negligentia protelanda existimātur, cū pro quibusdam culpis modi pœnitētiæ sunt impositi. Hier. in quod. ser.

Deus etsi pœnitenti veniam spopondit, peccanti tamen crastinum non promisit. Gregor. in Homil. quad.

Nunc laudandi tempus est, nunc purificationem patet esse necessariam, quoniam nemo mūdus à sorde, nec infans, cuius vita est vnius diei super terrā. Ber. in quod. serm.

Si erramus, paruam pœnitentiam imponendo, melius est de misericordia Deo rationē reddere, quàm de austeritate. vbi enim paterfamilias est largus, dispēsator non debet esse auarus: cur Deus benignus, vt quid sacerdos austerus? Chrysost. super Matth.

Non dolere, quia peccauerimus, magis indignari, atque irasci facit Deum, quàm illud peccatum, tum, quod antè perpetrauerat. Chrysost. Homil. 32. sup. Matth.

Clerici peccantes, difficilè pœnitentiam agunt, erubescit enim aliquando fieri reus, qui semper fuerat iudex. Chrysost. sup. Matth.

Sicut in præceptis medicinæ medicamētum quidem multas herbas recipit, vnam autem dominantissimam: sic in pœnitentia eleemosyna dominātior, & potentior est, & vniuersum ipsa conficit. Chrys. in quod. serm.

Pœnitentia appellata est, quasi punientia: eò quòd ipse homo in se pœnitendo, punit quod male admisit. Hugo libr. 3. de myster. eccles.

Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, & in vltimo vitæ spiritu, si admissorum pœniteat. Aug. de eccles. dogma.

Nolite negligere, quòd vos Dominus pius peccantes sustinet: quia quanto diutius expectat vt emendetis, tanto grauius iudicabit, si neglexeritis. Aug. in lib. de vtil. agend. pœnit.

Ad agendā pœnitentiā non sufficit mores in melius cōmutare, & à malis factis recedere, nisi & de his, quæ facta sunt, satisfaciat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. Aug. lib. de pœnit.

Inanis est pœnitētia, quā sequens culpa coinquinat: nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata: nihil valet à malis veniam poscere, & mala de nouo iterare. Aug. in soliloq.

Qui per pœnitentiam peccata diluit, angelicæ felicitatis consors in æternum erit. Aug. de mirab. sacr. script.

Si quis positus in extrema necessitate suæ ægritudinis voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc vadit: fateor vobis, nō illi negamus quod petit, sed non præsumimus, quòd bene hinc exit: si securus hinc exit, ego nescio, pœnitentiam dare possumus, securitatem autē non. non quidē dico, dānabitur, sed nec dico, liberabitur. vis ergo à dubio liberari? tene certū, & dimitte incertū, age pœnitētiam, dum sanus es. si sic agis dico tibi quòd securus es: quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare nō potes, peccata te dimiserunt, nō tu illa. Aug. ser. 36.

Conuersio.

NOn cadere facilius est, quàm post casum resurgere. Chrysost. sup. Ioan. Homil. 70.

Expectat Deus delinquētes, benignè suscipit reuertentes. Ber-

nard. sup. Cant. serm. 9.

Conuersio peccatorum, esca est iustorum. Greg.

Nunquam est sera cõuersio. Hier. ad Lætam.

Corporis cõuersio si sola fuerit, erit nulla forma quidẽ conuersionis est, non veritas, vacuã virtutem gerens, & formam pietatis. Ber. sup. Cant. ser. 4.

Primordia conuersorum, blandiis sunt refouenda modis, ne si ab asperitate inciperiant, exterriti ad peiores lapsus recurrant. Isid. lib. 3. de sum. Bon.

Multos remissa conuersio ad pristinos errores reducit. ac vinẽdi tempore resoluit. idem 2. de sum. Bon.

Valet interdum cõuersis pro animæ salute mutatio loci, plerunque enim, dum mutatur locus, mutatur mẽtis affectus. congruum enim est, inde etiam corporaliter euelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. nam locus vbi quisque prauè vixit, hîc aspectu mentis opponit quod semper ibi vel cogitauit, vel gessit. ibid.

Conuersionis initia bonis, malisq; moribus sunt permixta. Greg. 31. mor.

Conuersio nostra semper inueniet Deum paratum. August. sup. Psal. 6.

Nouiter conuersorum immoderata vehementia. Bern. sup. Cant. serm. 19.

Homo reductus ad veniam, sub disciplina melius viuit. Greg. 9. mor.

Homo lapsus in peccati foueam, suis viribus surgere non valet. ibid.

Conuersio ad bonum non hominis, sed Deo ascribenda. August. Epist. 130.

Plerunque conuersus quisque talibus tentationum stimulis agitatur, qualibus ante conuersionis gratiam, nunquam pulsatum se esse reminiscitur: non quia tunc hæc eadem tentationis radix deerat, sed quia non apparebat. Greg. 24. mor.

Maius de peccatore conuerso, quàm de iusto stante gaudium sit in cœlo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus, hostem fortiter peremit, quàm illum, qui nũquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. sic agricola illam amplius terram amat, quæ post spinas vberes fruges profert, quàm eam, quæ nunquam spinas habuit, & nunquã fertilem messem produxit. Gregor. Hom. 34. super Euangel.

Ieiunium, & Abstinentia.

IEiunio alæ duæ sunt: orationis videlicet, & iustitiæ. Bern. de Qu.

de Quadrag. lib. 4.

Ieiunia moderata esse debẽt. idem ad soror.

Ieiunare non solùm ore, sed omnibus membris tenemur. idem de Quadrag. serm. 3.

In ieunio, fletu, & planctu quærendus est Dominus. idem in fest. omnium sanct. serm 5.

Ieiunandum cõtinentius in Quadragesima. Hier. ad Læt.

Sic debes ieiunare, vt non palpites, & respirare vix possis. idem ad Demetr.

Ieiunium non perfecta virtus, sed ceterarum virtutum fundamentum est. ibid.

Paradisi vita, ieiunij imago est. Basil. in Hexam.

Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiunijs disputat. Hier. in Epist.

Ieiunium, vnguentum est spirituale. Chrysost. ad popul. Antioch. Homil. 19.

Ieiunans fermè angelus est. idem de ieiun. serm. 1.

Ieiunium in paradiso institutum est. idem sup. Genes. 1. Homil. 1.

Ieiunium, anima alimentum est. ibidem.

Ieiunium arma ministrat contra diabolum ibid.

Ieiunium animarum tranquillitas, sensum decor. idem sup. Genes. Homil. 2.

Ieiunium est abstinentia à vitijs. idem super Genes. 1. Homil. 8.

Ieiunio preces oportet esse coniunctas. idem super Genes. 11. Homil. 30.

Ieiunium, præceptum Dei. ibid.

Ieiunium absque eleemosyna nihil vtilitatis habet. idem super Matth. 25. Homil. 74.

Ieiunium, cõmilito maximus. idem ad popul. Antioch. Homil. 5.

Ieiunium, modestiæ principium est. ibid. Homil. 43.

Ieiunium, angelorum est imitatio. idem de ieiun. serm. 1.

Ieiunium sententiam Dei reuocat. ibidem.

Ieiunium immortalitatis cõciliatrix. ibidem.

Ieiunium ægrotis maximè opus. Chrysost. super Matth. 17. Homil. 58.

Ante annos robustæ ætatis periculosa est teneris grauis abstinentia. Hier. ad Læt.

Melior est abstinentia vitiorum, quàm ciborum. Bern. ad soror.

Per abstinentiam non caro, sed carnis vitia extinguenda sunt. Greg. 20. Mor.

In abstinentia discretio seruanda est. ibidem.

Abstinentia nimia sæpe vitium generat. idem in Past.

Abstinẽtia tua, atque ieiunium tuũ cò magis Deo grata sunt, quò cum moribus sanctis offerũtur, vt quæ in alijs sunt vmbracula vitiorum, in te sint ornamenta virtutum. Hieronym. ad Demetr.

Mater sanitatis est abstinentia: mater ægritudinis voluptas: sine enim carne, & vino citò frigescit Venus: & à patre Libero ad incoctam Venerem proximus est intemperantiæ locus. Hiero. in Epist.

Modicus, & temperatus cibus, & animæ, & corpori vilis est. idem ad Rust. mon.

Abstinentia virtus nulla est, si tantùm quisque corpus non edomat, quantum valet, aut valde inordinata est, si atterit plus, quàm valet. Gregor. 20. Mor.

Quid prodest tenuari corpus abstinentia, si animus intumescit superbia? Hiero. ad Celant.

Qui à paradisi gaudijs per cibum cecidimus, adhæc inquantum possumus, per abstinentiam resurgamus. Greg. in Homil.

Sic abstinere, & ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Prosp. lib. 2. de vit. contemp.

Ipsis grauior consuetudo subtracti cibi, qui se escis alijs nesciunt consolari. Cassiod. super Psalmo 130.

Abstinens est etiam, qui bene comedit. apud Iurisconsl.

Abstinentius magis propter sanitatem, quàm propter beatitudinem. Chrysost. sup. Matth. 7. Homil. 31.

Ieiunare multi in futurum proponunt, nunquam in præsent. Greg. sup. 1. Reg.

Ieiunia, et eleemosynæ orationem iuuant. August. Epist. 121.

Ieiunium, humilitatis signum. idem Epist. 176.

Ieiunium res magna, sed gula alìquando patrocinatur. in Psalmo 86.

Eleemosyna.

PAuperes qui nutrit, Christũ cibat. Chrysost. sup. Epist. ad Hebr. Homil. 19.

Amorum suauitate cura pauperum profluit. idem de manss. sermo.

Eleemosynas ex rapinis non suscipit Deus. Greg. lib. 12. mor.

Qui semper vult peccare, nõ redimit animam suam, dando eleemosynas continuas. ibid.

Eleemosyna superbis diuitijs eum redimere non valet. ibid.

Qui cum fastu eleemosynam tribuit, maiorem culpam intus peragit superbiendo, quàm extrà, largiendo mercedem. idem lib. 2. Mor.

Mundari debet prius animus, qui dat eleemosynam. idem 22. Mor.

Aliud est eleemosynam ex præcepto facere: aliud ex charitate. idem sup. Ezech. Homil. 10.

Eleemosynæ tergunt maculas peccatorum. idem in Euangel. Homil.

Homil. 36.

Ætas, debilitas, & verecundia largiendo pauperibus considerandа. Amb. 1. Offic.

Res pauperum nõ pauperibus dare, par sacrilegij crimen esse dignoscitur. Bern. in declamat.

Sunt qui pauperibus parum tribuunt, vt amplius accipiant, quæ magis venatio appellanda est, quàm eleemosyna. melius est enim non habere, quod tribuas, quàm impudenter petere, quod des. Hieronymus in Epistola.

Quamuis omnem censum tuum pauperibus distribuas, nihil apud Christum erit pretiosius, quàm quod manibus tuis ipse confeceris. ibid.

Qui vult ordinatè dare eleemosynam, à seipso debet incipere, & eam primùm sibi dare. Aug. in Nicher.

Si potes dare, da: si non potes, affabilem te fac. August. super Psalm. 13.

Multa sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus, adiuuamur, vt nobis dimittantur peccata. sed ea nihil est maius, quàm cum ex corde dimittimus peccata. idem in Nicher.

Fœcundus est ager pauperum, citò reddit donantibus fructum. Aug. de verb. Domin.

Via cœli, pauper est. ibid.

Quid prodest misereri inopi, nisi eleemosynam largiaris eidem? Ambr. super Psalm. Beat. immacul.

Pars sacrilegij est, rem pauperum dare, non pauperibus. Laudent te esurientium viscera, non ructantium opulenta conuiuia. Hiero. in Epist.

Quicquid tribuitur paupers, si subtili consideratione pensatur, non est donum, sed mutuum: quia quod datur, sine dubio, multiplicato fructu recipitur. Greg. in Regist.

Qui indigenti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam à nequitia nõ custodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato. hoc, quod minus est, tribuit autori: & hoc quod maius est, seruauit iniquitati. Greg. 19. Mor.

Quæ stultitia est, illic relinquere, quo exiturus es, & illic non præmittere, quò iturus es? illic ergo substantiam tuam colloca, vbi patriam habes. Chrysost. sup. Matth. 6.

Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuum est: quod autem reliquisti, perdidisti. ibid.

Non est ingrata Deo, quæ visa fuerit ab hominibus eleemosyna, sed quæ ideo facta est, vt visa sit. Chrysostom. super Matth. 5.

Cur tu abundas, & ille mendicat, nisi vt tu bona compensationis merita consequaris, ille verò patientiæ brauio decoretur? Ba-

fil. Homil. 5.

Quicquid pauperi dederis, tu habebis: quicquid non dederis, habebit alter. Petr. Rau. in quod. serm.

Eleemosynæ, ac fides ne nos deserant. Chrysost. ad Philipp. ser. 1.

Eleemosyna semini comparatur. Chrysost. sup. Genes. Homil. 35.

Eleemosyna donorum caput. idem sup. Genes. Homil. 43.

Eleemosyna etiã decima est. idem sup. Matth. Homil. 73.

Eleemosyna carens, peribit. idem sup. Matth. Homil. 79.

Eleemosyna, præparatio est orationis. idem super Matth. Homil. 15.

Eleemosyna, vestis mortuorum. idem sup. Ioan. Homil. 85.

Eleemosyna pædagoga veræ philosophiæ. idẽ sup. Act. Apost. Homil. 14.

Eleemosyna tua alios liberat à peccatis. idẽ sup. Act. Apost. Homil. 1.

Eleemosyna ex malitia profecta nihil prodest. idem sup. Epist. ad Corinth. Homil 14.

Eleemosyna, gratia dicitur. idem super Epist. ad Corinth. Homil. 15.

Eleemosynam dare, non semper in potestate nostra est. idem super Epist. ad Galat.

Eleemosyna, torquis aurea. idem super Epist. ad Philipp. sermo. 1.

Eleemosyna artifex magna, & auxiliatrix. idem sup. Epist. ad Hebr. Homil. 31.

Eleemosyna ars omnium quæstuosissima. idem ad popul. Antioch. Homil. 35.

Eleemosyna nobiscum semper sit, sicut vestimentum. ibid.

Eleemosyna cœli nota ianitoribus. ibid.

Pauperi datum, non est datum, sed mutuum. Greg. in Regist.

Fœcundus est ager pauper, citò reddit donantibus fructuum: via cœli est pauper, per quem venitur ad patrem, incipe erogare, si non vis errare. Aug. de verb. Domini.

Deo dat, qui pauperi dat. idem sup. Psalm. 36.

Eleemosyna vtilius malis negatur, quàm conceditur. idem Epist. 48.

Eleemosynam vxor præstet, mariti consensu eam faciat. idem Epist. 199.

Eleemosyna ad necessitatem, non ad pigritiam accipienda. idem de oper. monach. cap. 16.

Eleemosyna est, ignoscere proximo. idem in Enchir. ad Laurent. cap. 71.

Eleemosyna extra ecclesiam nihil prodest. idem lib. de fid. ad Petr. cap. 3.

Eleemosyna summa est, inimicos diligere. idẽ in Enchir. ad Laurent. cap. 73.

Eleemosynæ sceleratè viuentibus nihil prosunt. ibid. cap. 75.

Eleem

Eleemosyna in nosipsos primùm est facienda. idem lib. 1. de Ciuit. Dei. cap. 27.

Eleemosynæ ex rapina Deo odibiles. ibid. cap. 5.

Eleemosyna tristis meritum perdit. idẽ in enarrat. Psalm. 43.

Plus accipit, quàm dat, qui præstat eleemosynam. idẽ in enarrat. Psalm. 102.

Eleemosynæ aliæ orationes sunt. idem serm. de temp. 59.

Eleemosyna præmittenda, vt paratam domum inuenias. idem serm. 26. de verb. Domini.

Eleemosyna etiam ingrato concessa non perditur. idem de verb. Apost. serm. 22.

Petitio, & Oratio.

EX GRAECIS.

NOn precandum, vt voluntatẽ nostrã cuncta sequantur, sed vt prudẽtiam nostram voluntas. Plat. de Legib.

Preces parentum aduersus liberos sæpe audiuntur. ibid.

Aliquãdo preces maioribus præcib. indigẽt. Plut. in Apophth.

Homines, quæ sibi bona videntur, nõ quæ re vera bona sunt, precantur. Diogen. apud Laert. lib. 7.

Iniquum aliquãdo est petendum, vt æquum feras. Demosth. 1. Olynth.

EX LATINIS.

TVne scitò te omnibus cupiditatibus esse solutum, cùm eo perueneris, vt nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Senec. Epist. 100.

Sic loquere cum Deo, tanquàm hominibus audiant, sic cum hominibus, tanquàm audiat Deus. ibidem.

Honestis precibus occurre, exorare, antequàm rogeris. idem de vit. beat.

Qui maleuolo sunt animo, deteriores fiunt rogati. Cicer. ad Curt.

Malo emere, quàm rogare. idẽ 6. Act. in Verr.

Rogat efficacissimè, qui reddit causas rogandi. Plin. Iunior lib. 2.

Quid honestius aut efficacius pũs precibus amantur? idem lib. 6.

Animaduerto deos ipsos non tam accuratis adorãtium precibus, quàm innocentia & sanctitate lætari, grauioremq; existimari qui delubris eorum puram castámque mẽtem, quàm qui meditatum carmen intulerit

Efficacissimum pro candidato rogandi genus est gratias agere.

Plectitur iratus voce roganté Deus. Ouidius 1. de arte amãd.

Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano. Iuuenalis Satyr. 10.

EX SACRIS.

ORatio tua, locutio est ad Deum: quãdo legis, Deus tibi loquitur: quãdo oras, tu Deo loqueris. Augustin. sup. Psalm. 85.

Si pro te rogas tantum, solus pro te rogabis: si autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt. Amb. in Hexam. lib. 1.

Multorum preces impossibile est contemni. idem de pœniten.

Talis requirẽdus est ad orandum, qui sit idoneus ad placandum: quia si is qui displicet, ad intercedẽdum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Greg. in Past.

Orandi tempus tota vita. Basil.

Orandi horæ diuisæ habeantur. Hier. ad Eustoch.

Orationis instantia exanditur. idem ad Damasum.

Auxilium Dei in oratione postulandum est. Chrysosto. sup. Matth. Homil. 2.

Orare commune opus angelorum & hominum. idem de Orand. Deum.

Orante homine legitimè nihil fortius. idem de ieiun.

Orandum semper etiam cum acceperimus postulata. Hieron. adver. Pela.

In oratione sacrificium offertur. Hier. in Epitaph.

Ne desicias in oratione, Dꝰ quod concessurus est, etsi differt, non aufert: non leuitate ducitur, qui promisit: non facilè de Sententia mouetur: quod promisit, est fixum, fallere nõ potest, habet vnde faciat. August. sup. Psalm. 65.

Orationis adiutorium, scimmus est. Chrysostom. super Matth. Homil. 15.

Oratio indigentibus medicina est. idẽ ad pop. Antioch. Homil. 1.

Oratio cœlum aperit. idem super Act. Apost. Homil. 36.

Oratio in ecclesia efficacior, quàm quæ domi sit. idem de incomprehen. Dei nat.

Oratio feruidam mentem requirit. idem ad pop. Antioch. Homil. 39.

Orationes aliorum prosunt nobis, cùm nos cooperamur. ibid.

Oratio ingentia pericula depellit. idem de orando Deum. lib. 1.

Oratio signum totius insitiæ est. ibidem.

Sæpe Deus multos non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem. August. de summo Bon. lib. 3.

Non verè inuocat Deum, qui ea desiderat, quæ illi displicent. idem sup. Psalm. 13.

Cogitando, & orando, pij plus proficiunt, quàm legendo. idem Epist. 112.

Exaudiri non postulat, qui tepidè postulat. Bernard. serm. 16.

Orans considerare debet quid petit, quem petit, seipsum qui petit. Bernard. in Sent.

Orationes nostras non parui pendamus. nam aut quod orantes petimus, dabitur: aut aliquid aliud vtilius. idem in Quadr. serm. 5.

Orantes verecundiam seruare debent. idem sup. Cant. serm. 8.

Orans non sit multiloquus. Bern. in sum. Mor.

Oret vir nudato capite, mulier verò velato. ibidem.

Oratio ad cossãctos præcipuè fiat, quibus orans magis afficitur. Bern. sup. Cant. serm. 33.

Oratio & meditatio cõiunctione sibi inuicem copulantur. idem in Homil. de duob. discip.

Per orationem illuminatur meditatio. ibidem.

Oratio cordis est non labiorum. idem ad soror.

Oratio fidelis, humilis feruens si fuerit, cœlum sine dubio penetrabit. vnde certum est, quòd vacua non redibit. idem de Quadr. lib. 4.

Oratio potus est animæ. ibidem.

Oratio præcipuum est remedium, ne quid cõtra Dei voluntatem velimus aut faciamus. idẽ sup. Cant. sermo. 47.

Oratio recta non est, si aliud petitur præter Deum, vel propter Deum. idem sup. Cant. ser. 69.

Oratio secretum amat. ibid.

Orantes nonnunquam in principio tepidi sunt, qui tandem ferventes exadunt. idem sup. Cãt. sermo. 9.

Persistentibus in oratione infunditur gratia, quamuis forte in initio aridi sint. ibidem.

Nemo nostrum parui pendat orationem nostram: dico enim vobis, quòd ipse ad quem oramus, non parui pendet eam. ibidem.

Orationibus mundamur, lectionibus instruimur. vtrunque bonum est si liceat: si non licet vtrunque, melius est orare, quàm legere. idem de summo Bono. lib. 3.

Quomodo obtinebit quis, vt in oratione sensus suus non vagetur, si certus sit assistere ante oculos Dominĩ. Basil. in Hexam. lib. 9.

Ipsius est oratio perfecta, cuius & causa clamat, & lingua, & actus, & sermo, & vita, & cogitatio. Cassiod. super Psalmo. 16.

Petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis misericordia non dubitatur. Chrysostom.

Iustum est, vt iugiter rogetur, qui si non petatur, offenditur. Cassiod. sup. Psal.

Animus ingenuus nihil magis quàm rogare erubescit. Aug.

Oratio sit communis & publica. Cypr. de Lapsis.

Petentes superbè non accipiunt, eo quòd malè petunt. Greg. 21. mor.

Petentes iniusta audiri non debent,

bent, & iusta petentes exaudiri. Greg. in Regist.

Precibus nostris obedit Deus. August lib. 2. de mirab. sacræ Scripturæ.

Oratio omnis boni caput est. Chrysost. de cruce.

Oratio, animi nerui. idē de orando Deum.

Oratio merces est calamitatum. Chrysost. de pat. Iob Homil. 3.

Orare pro altero gratiæ est. idem sup. Matth. Homil. 14.

Orare cū ira, frustaneus est labor. idē sup. Act. Apost. Hom. 28.

Orare non est, multa loqui. idem sup. Epist. ad Ephes. serm. 13.

Orationis vis naturam superat, idē Genes. Homil. 5.

Oratio iugis infirmitas hostium. idem de Mosc. serm.

Oratio sit brevis & crebra. idem de fide Annæ.

Oratio habeat mētis vigilantiam. idem sup. Psalm.

Oratio promeruit, quod amicitia non potuit. idem sup. Epist. ad Hebr.

Oratio bona armatura est. idem sup. Epist. ad Heb. Hom. 14.

Oratio continua indignam facit dignam. ibidem.

Oratio etiam ingenium malum ad misericordiam pertrahit. idē idem de orando Deum.

Preces difficilia leuia faciunt. idem sup. Genes. Homil. 29.

Preces nostrorū plus valent quàm arma. idē de orād. Deū. lib. 2.

Petitiones nostras Dominus prænenit. Chrysostom. sup. Genes. Homil. 27.

Petitiones nostras Deus sua liberalitate transcendit. idem sup. Genes. Homil. 75.

Ad petitionis vtilitatem Deus spectat. Idem super Matth. Homil. 26.

Quærendi Dei tria obseruanda sunt, tempus, modus, locus. Bernard. sup. Cant. serm. 61.

Quisquis orat inimici detrimentū, contra Deum pugnat. Gregor. Homil. 27.

Orans & non attendens, clamans tacet. idē sup. Euang. Hom. 37.

Non est orandum pro damnatis, sicut nec p̄ diabolo. idē in Reg.

Cum Deus in oratione non quæritur, citiùs in oratione lassatur. idem 18. mor.

Importunæ cogitationes in orationis sacrificio se sæpe ingerunt. idem in Regist.

Apud Deum oratione fulciatur operatio, & operatione oratio. idem 18. mor.

Orationis præsidio temporum procellā superamus. idē sup. 7. Ps.

Oratio mutua orantes inuicem sustentat ibid.

Orationes nostræ à Domino exaudiuntur, si nos proximorū necessitatibus subuenimus. ibid.

Oratio electi deuota, nūquam est infructuosa. idem sup. 1. Reg.

Preces nostræ tantò celerius ad diuinas feruntur aures, quātò eas vicissim efferimus. ibid.

Orare etiam gratia est spiritualis. Aug. lib. 2. de Perseuer.

Orantes sine Christo ad vitam æternam non exaudiūtur. idem sup. Psal. 42.

Qui rectè nouit orare, rectè nouit viuere. idem sup. Psal. 118.

Malè orantes tutius est non exaudiri. idem in Sent. suis.

Orandi tempus est post galli cantum. idem sup. Psal. 118.

Orando prius Dei est laudanda iustitia. idem sup. Psal. 144.

Oratio obedientis citò auditur. idē lib. de Opere monach.

Alimentum spirituale est oratio, & eloquium diuinum. idē lib. 1. Quæst. sup. Genes.

Orationes Sanctorum incensum sunt Domini. idem cont. aduer. leg. lib. 1.

Oratio quò spiritualior, hòc melior est. idem de Temp. ser. 157.

Oratio, nisi bona vita præcedat, non exauditur. idem de Ordi. lib. 2.

Oratio inter gratiæ munera est. Aug. Epist. 105.

Oratione diabolus vincendus est. idem lib. 1. de Cont.

Oratio plus confert, quàm exhortatio. idem de Bon. vid.

Orationem sedulam etsi non exaudit Deus, non tamen inanis est. idem sup. Epistol. B. Ioan. tract. 6.

Oratio & sacra lectio iungit nos Deo. idem de Temp. ser. 112.

Meditatio, & contemplatio.

Contēplationi deditus quasi dormire dicitur. Greger. 5. Mor.

Animus cōtemplantis videre valet, quod loqui non valet. ibid. 5. Mor.

Ne contemplatio inflet, tentatio aggranat. ibid. sup. Ezech. 2.

Cuilibet officio & statui contemplatio tribuitur. ibid.

Contemplantes, in terra paleas metunt, in cœlo panem. ibidem in 1. Reg.

Ad contemplatiuam vitam actiua via est. Bernar. ser. 47. sup. Cant.

Vitam contemplatiuam qui perfectè vult tenere, debet ab omni opere terreno cessare. Bern. ad Soror.

Contēplatio humanis ministerijs occupatur. Greg. lib. 5. Mor.

Contemplatio nunquam cōmotioni iungitur. ibid.

Homo conditus fuit ad contemplandum Creatorem. ibidem lib. 8. Mor.

Contemplationi deditus potest minimis interdum negotijs implicari. ibid. 19. Mor.

Contemplatio non semper summis, sed interdum infimis datur. ibid. sup. Ezech.

Contemplatio interdum tumultus tolerat. ibid. in Euan. Hom. 36.

Contem

Contemplatio interna lucis clarissima dies est. ibid. 1. Reg.
Meditatio Dei dulcis est. Aug. in Man. cap. 13.
Meditatione periculà agnoscimus oratione euadimus. Bernar. de sanct. And. ser. 2.
Cogitationes vanæ contemplationem impediunt. Bern. de Trip. gen. bon.
Contemplatio diuinæ suauitatis & gloriæ solimente & corpore puris conceditur. ibid. sup. Cant. ser. 67.
Contẽplationis & actionis necessaria vicissitudo est. ibid. sup. Cant. ser. 38.
Contẽplationis accessus duo sunt, vnus in intellectu, alter in affectu, vnus in lumine, alter in fernore, vnus in acquisitione, alter in deuotione. ibid. ser. 49.
Contemplationis otium & studiũ prædicationis vicißim intermittat anima Deo deuota. ibidem sup. Cant. ser. 57.
Contemplationis quies pro lucro animarum libenter intermittenda est. ibid. ser. 52.
Contemplationis quies præiudicari non debet sanctæ obedientiæ actibus. ibid. sup. Cant. ser. 48.
Contemplationi vacãtes non sunt vt otiosi spernendi. ibid. ser. 13.
Contemplatione pausat anima ægrota. ibid. ser. 16.
Contemplatiuam ante actiuam (quæ sub obedientia agitur) quærere, est ordo præposterus. ibid. ser. 45.
Contemplatiua vita est nobis eligenda, actiua verò si præcipitur, patienter est toleranda. ibid. sup. Psal. 84.
Contemplatiorum alij ascendũt, alij rapiuntur. ibid. in Epist.
Tepidum cùm te reperis, ne discedas abeloquio Dei, quod valde est ignitum Ber. de Multip. vtilit. verb. Dei.
Contemplatio, meretes est fidei. Aug. lib. 1. de Trin. cap. 8.

Dilectio.

EX SACRIS.

AMor verus seipso contentus est Bern. de Dilig.
Amoris Dei suauitas experimento & non ratione percipitur. ibid. ser. 67.
Quos fama bene cõmendat, se inuicem videre desiderãt. Aug.
Amor sanctus verum incensum. idem 20. de Ciuit. Dei.
Dilectio, donum est Dei idem in Sentent. sent 368.
Qui verè diligit, credit, & sperat. ibid. in Ench. cap. 117.
Dilectio vacare non potest. ibid. sup. Psal. 31.
Sola charitas lucem Domini videt. ibid. lib. 7. confess.
Charitas finis est præcepti. ibid.
Semper habet, vnde det, cui plenũ est pectus charitatis. ibid. sup. Psal. 36.

Aman

Amandus est Deus affectuosè circunspectè, dulciter, fortiter, & prudenter. ibidem inserm. de Tribulat.
Amans quilibet vigilat, & obseruat. ibid. ser. 56 sup. Cant.
Amor Dei amorem animæ parit. ibid. ser. 70.
Amor Dei zelum parit, amor proximi mansuetudinem. ibid. ser. 45.
Dilige, & fac quicquid voles: nihil tam facilè bonæ voluntati quàm ipsa sibi, & hoc sufficit Deo. Aug. de verb. Dom.
Non memini me legisse mala mortem mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. habet enim multos intercessores: & impossibile est multorum preces non exaudiri. Hier.
Si necessitas venerit, vt amor parentum, siue filiorum, amore Dei comparetur, & non possit vtrunq; seruari, odiũ in suos, pietas in Deum seruanda est. ibidem.
Ille in amore Dei maior est, qui ad illius amorem plurimos attrahit. Greg. in Hom.
Nunquam Dei amor otiosus est, operatur enim magna, si est: si verò operari renuit, amor non est. ibid in Hom.
Incipiat homo amare, & non amabit in homine, nisi Deum. August.
In charitate pauper est diues, sine charitate diues est pauper. Aug. de Laud. char.
Ad Deum, qui vbiq; præsens est, vbiq; totus est, non pedibus licet ire, sed moribus: mores autem nostri non ex eo, quod quisq; nouit, sed ex eo, quod quisq; diligit, iudicari solent. ibid. in Epist. ad Maced.
Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. idem lib. Confess.
Ponderibus suis feruntur omnia, pondus meum, amor meus: illo feror, quocunq; fertur. idem 13. Confess.
Verus amor non sentit amaritudinem, sed dulcedinem. quia soror amoris dulcedo est, sicut soror odij amaritudo. ibid.
Dilectio character est discipulorum Christi. ibid.
Superna amare iam sursum ire est. Greg. 5. Mor.
Amor sanctus impatientiã non habet. Hier. ad Damas.
Perfecta dilectio excludit timorem. idem.
Amanti Deum dilatio imponitur, vt ex dilati amoris desiderio, meritum retributionis augeatur. Greg. 16. Mor.
Amor Dei amorem proximi generat, & amorem proximi calefacit amor Dei. Gregor. in Homil.
Quantùm Deum diligas, debes ex dilectione legis ostendere. August. de Spir. & lit.
Primũ diligẽdus est Deus, secun-

dò

dò parentes, inde filij, pòst domestici, qui etiam si boni sint, malis filijs præponendi sunt: inimicos autem non sicut teipsum, sed simpliciter, sufficit enim, quòd odio non habeas. August. sup. illud can. Ordinauit me in char.

Verè diligit, qui sine tristitia, sine timore, voluntario potius studio quàm coacto præcepta conseruat. Amb. sup. Beati immac.

Non melius, nec decentius, quàm per dilectionem rependi potest quod per dilectionem datũ est. Bern. sup. Psal.

Dilectionis flãmam Satan ferre non potest. Chrysost. sup. Epist. ad Corinth.

Ordinẽ dilectionis illi peruertunt, qui modũ diligendi non custo diũt, qui aut mundũ qui cõtemnendus est diligũt, aut corpora sua minus contẽnenda plus diligunt, aut proximos suos sicut seipsos, aut Deũ plusquam seipsos fortè non diligunt. Prosper. lib. 1. de Vit. contemp.

Vis scire vbi thesaurix? attende quid cogitas. ita fiet vt thesaurum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuũ ex indicio tuæ cogitationis intelligas. Fulg. in quod. serm.

Charitas vinculum est. Chrys. sup. Epist. ad Coloss. Hom. 10.

Charitas magnus doctor est. idem sup. Epist. ad Cor. Hom. 33.

Charitas omnes philosophiæ partes explet. idem sup. Epistol. ad Corinth. Hom. 25.

Charitas optimum amoris genus. idem de Char. serm.

Charitas id potest, quod natura negat. idem ad pop. Antioch. Homil. 50.

Dilectionis aculeus Iesus est, & hic crucifixus. Ber. de dil. Deo.

Diligere ex se toto quisq; debet, à quo se totum habet. ibid.

Diligere nos ipsos debemus propter Deum. ibid.

Diligere tota anima, est sapienter amare. ibid.

Diligere tota virtute, est fortiter pro iustitia sustinere. ibid.

Diligere toto corde, est omne quod blanditur, amore Christi postponere. ibid.

Diligendi Deum modus est, eum diligere sine modo. Bernard. de Dilig. Deum.

Lingua amoris ei barbara est, qui amorem non nouit. Bern. sup. Cant. ser. 71.

Dilectio sit sine simulatione. Chrysostomus ser. 17. super Epistol. ad Rom.

Diligentes diligendi sunt. idem super Epistol. ad Corinth. Homil. 26.

Diligentes bestia diligit. idẽ ser. 27. sup. Epist. ad Rom.

Signum si habet à Deo diligi, qui Deum ardenter diligit. Bern. sup. Cant. ser. 70.

Sapientia Deus est, propterea nõ solùm dulciter, sed & sapienter vult diligi. idem sup. Cant. ser. 20.

Accedendum est ad Deum, non irruendum. idem.

Amandus est generator, sed præponendus est creator. Aug.

Charitas fortis æquè vt mors. August. Epist. 29.

Charitas impendendo augetur, nõ minuitur. idem Epist. 62.

Charitas prius infirmos, quàm fortes respicit. idem Epist. 158.

Charitas via Dei ad homines est, & via hominis ad Deum. idem de spirit. & lit.

Charitas fidem & spem inclusas habet. idem in Ench. cap. 17.

Charitas sine fide languescit. idẽ lib. 1. de doct. Christ.

Charitas melior est scientia. idem de bon. coniug. cap. 8.

Ex charitate multa sunt agenda, quæ non sunt præcepta. idem de adult. coniug. cap. 14.

Charitas haberi non potest, nisi in vnitate ecclesiæ. idem libr. 2. cont. lit. Petil.

Charitas & emendat, & commendat cætera. idem lib. 1. de bapt.

Charitas est radix, fructus sunt opera. idem sup. Psal. 41.

Charitas latum mandatum est. idem sup. Psal. 118.

Charitas languet peccatis multiplicatis idem sup. Psal. 39.

Charitas vbi est, ibi & pax. idem sup. Epist. Beat. Ioan.

Charitas cor vnum fratrum multorum facit. idem sup. Euang. Ioan. cap. 3.

Charitas nobis non est è longinquo petenda. idem ser. 59.

Scriptura Sacra.

Modus ipse dicendi, quo sacra scriptura cõtexitur, quamuis omnibus accessibilis, paucissimis tamen penetrabilis. Aug. 2. Epist. ad Volus.

Scriptura sacra aliquando nobis cibus est, aliquãdo potus. cibus est in locis obscurioribus, quia quasi exponendo frangitur, & manducando glutitur: potus verò est in locis apertioribus, quia ita sorbetur, sicut inuenitur. Greg. in mor.

In sacra scriptura quicquid docetur, veritas: quicquid præcipitur, bonitas: quicquid promittitur, fœlicitas est. nam Deus veritas est sine falsitate, bonitas sine malitia, fœlicitas sine miseria. Aug. 3. de Anim.

Autoritates diuinæ scripturæ sũt approbatæ, & possunt tanquam leges allegari in causis. apud Turisconsl.

Scripturæ exigua cognitio toti humanæ philosophiæ præferẽda. Aug. lib. 2. de Genes. ad lit.

Scripturarum vnicus scopus, est dilectio. idem lib. 2. de doctrin. christ.

Scripturis credendum, non proprijs suspicionibus. idem lib. 3. de Trinit.

Scriptura amara, sed perfidis. idem in Quæstio. ex nouo testa. 72.
Scriptura doctrinæ regulã præscribit. idem libr. de Sapient. cap. 1.
Scriptura nostro captui se accommodat. idem in Dialog. 65. quæst.
Scriptura prius amanda, quàm discenda. idem de vtilit. credend.
Scriptura non culpanda, quæ peccata hominum nonnunquam recenset. idẽ lib. 22. cont. Faust. Manich. cap. 62.
Scriptura vbi deficit, illic autoritas ecclesiæ incipit. idem lib. 2. cont. Cresc. gram. cap. 33.
Scriptura, Dei ager. idem tract. 23. in Euang. Ioan.
Scripturam nemo iudicare debet. idem lib. 12. confess. cap. 29.
Quæ scriptura dicit, Deus dicit. idem lib. 13. confess. cap. 29.
Scripturæ diuinæ obscuritas propter nostram exercitationem relicta est. idem Epist. 5.
Sine scripturarum autoritate nihil definiendum est. idem Epistol. 151.
Scripturæ autoritatem circunstantiæ aperiunt. idem in lib. 83. quæst.
Scriptura pleraque prætermittit, quæ magis intelligere, quàm quærere debemus. idem libr. 1. quæst. sup. Genes.
Scriptura non omnia, sed quæ necessaria sunt, complectitur. idẽ lib. 5. de Genes. ad lit. cap. 5.
In scripturarum interpretatione temeritas reprehenda. idem lib. 12. confess. cap. 25.
Ad scripturæ intellectum rerum naturalium cognitio necessaria est. idem lib. 2. de doctrin. christ. cap. 16.
Scripturæ locum vnum variè intelligi, nihil prohibet. Idem lib. 3. de doct. Christ. cap. 27.
Scripturas scripturis interpretari iucundius est, quàm humanis rationibus. idem 3. de doctrin. Christ. cap. 28.
Scripturam nemo intelligit, qui linguã, qua scriptæ sunt, ignorat. idem lib. 2. de Ciuit. Dei. cap. 13.
In scriptura non solùm quid, sed à quo dicitur, obseruãdum est. idem contr. Prisci. & Origenist.
Scripturæ intellectus in diuersis diuersus. idem sup. Psalm. 75. versu, Quia calix.
Scripturæ tunc commodissimè explicantur, cùm hæreticis respondere cogimur. idem super Psal. 76.
Scripturarum intellectus à Deo petendus. idem tract. 1. exposit. sup. Euang. Ioan.
Scripturarum intellectum impedit mens impia. idem serm. 13. de verb. Apost.
Scripturarum intellectus est fidei præmium. idem sermo 51. de verb. Domin. super Euangel. Ioann.
Scriptura, gladius est bis acutus. idem ex lib. quæst. ex Matth.
Scriptura bonis vbertas, malis laqueus. idem sup. Psal. 10.
Scriptura in hac vita inuamur. idem in Psal. 124.
Scripturæ lectio obiecta fortuitò, est oraculo. idem lib. 8. confess.
Scripturæ deuotis, & solicitis sensus aperiunt. idem in quæst. ex nouo test.
Ab scripturæ sensu aberrare leuius est, quàm scripturam falsam dicere. idem lib. 12. confess.
Scriptura semper manet integra, etiamsi falsis opinionibus corrumpatur. idem lib. 3. de bapt. cap. 15.
Euangelium, mare est. Ambr. in Hexam.
Sacræ literæ habent etiam sermonis rhetorici ornamentũ. Ambros. sup. Luc.
Historiæ lectionem sacram multùm iuuant. idem lib. 2. de doctri. christ.
Euangelij præcones, sunt labra Christi. Basil. in Hexam.
Euangelium præterita, & futura bona annuntiat. Chrysost. sup. Epist. ad Rom. cap. 1. Hom. 1.
Euangelij sermo ad omnia vtilis. idem de sacerd. lib. 4.
Scripturæ non credens, vt vel furibundus vitandus. Chrys. sup. Genes. 1. Hom. 2.
Scriptura nihil temerè loquitur. idem sup. Gen. 4. Hom. 18.
Scripturæ mẽs nõ in superficie est. Idem sup. Ioan. 5. Hom. 46.
Scripturæ expendendæ, nõ reprehendendæ sunt. idem sup. Gen. 9. Homil. 24.
Scripturæ diuinæ, arma quotidiana pijs dat. idem sup. Genes. 11. Homil 31.
Scriptura diuina domesticã gratiam habet. idem sup. Genes. 16. Homil. 36.
Scripturarum exercitatio dæmonis insidias excludit. ibid.
Scripturæ diuinæ cum timore audiendæ sunt. idem sup. Gen. 29. Hom. 49.
Scripturarum intelligentiam Dominus dat diligenti lectori. idẽ sup. Gen. 14. Hom. 35.
Scripturæ loca obscura frequẽter percurrenda. idem sup. Luc. 16. conc. 3.
Scriptura, fons est nunquam deficiens. idem sup. Luc. 16. conc. 4.
Scripturæ lectio non sufficit, nisi fides accedat. idem sup. Ioan. 5. Homil. 40.
Scripturæ sanctæ etiam angelis præponendæ sunt. idem super Epist. ad Gal. 1.
Scripturæ verba nuda, expensa solùm, multis errores dant. ibid.
Scripturæ à Deo venerunt. ibid.
Scripturas quòd habemus, spiritus sanctus in causa est. idem sup. Epist. ad Hebr. Hom. 8.
Scriptura tota, consolatio est. idẽ ad popul. Antioch. Homil. 7.

Scripturarum lectio, murus firmissimus. idem de pœniten. Homil. 7.
Historiæ veteris testamenti in eorum libris depingendæ sunt. Chryso. de Dauid, & de Saul.
Sacra scriptura habet eruditionẽ, admonitionem, & consolationem. Bern. sup. Psal. Qui habit. serm. 8.
Intellectus sacræ scripturæ à solo Deo sperandus est. idem super Cant. serm. 2.
Sacræ scripturæ verba pudicis auribus suscipienda sunt. Bern. sup. Cant. serm. 63.
Verba sacræ scripturæ delicioſa, solida, atque efficacia sunt. idem sup. Cant. serm. 69.
Scriptura in aduersitatibus, solatio est. Hier.
Quid scripturam dixerim, nisi syluam, cuius sententias, quasi fructus quosdam dulcissimos legendo carpimus, tractando ruminamus? Hugo 7. de Didas.
Liber sacri eloquij intus scriptus est per allegoriam, & foris per historiam. Gregor. sup. Ezech. Homil. 10.
Oculis fidei in scripturis indigemus. Chrysost. sup. Genes. Homil. 8.
Euangelij doctrina vtilis reipub. moribus. Aug. Epist. 8.
Euangelium iam prædicatum est in toto mundo. idem Epist. 79.
Euangelium prædicant exterius homines: interius autem Deus operatur. idem lib. 3. de Trinit. cap. 8.
Euangelium gratia dicitur, quia gratuitò datum. idem exposi. Epist. ad Roman. lib. 1. cap. 1.
Euangelium annuntiantibus debetur victus. idem lib. 2. de consens. Euang. cap. 31.
Euangelio non crederem, nisi ecclesiæ catholicæ me commoueret autoritas. idem contr. Epist. Manich. cap. 20.
Euangelium etiam contradicentibus prædicãdum. idem contra Cresc. on. cap. 7.
Euangelium à malo bene prædicatum prodest. idem lib. 2. contra Epist. Parm. cap. 9.
Euangelio contradicentes magis Christũ lædunt, quàm qui illũ crucifixerunt. idem de nat. & grat. cap. 11.
Euangelium, & legem dedit idem Deus. idem de temp. sermo. 49.
Euangelio nulla pietas temporalis præferatur. Idem de verb. Domini. serm. 7.
Vetus testamentum noui prophetia est. idem lib. 15 contr. Faust. Manich. cap. 2.
Veteris testamenti sacrificia remissionem peccatorum significabant, non præstabant. idem Epist. 59.
Veteris testamenti librorum autoritas à Christo roborata est. idem 1. de peccat. merit. & remiss. cap. 29.

Testa-

Testamentum nouum, charitas est. idem.
Testamentum nouum, abolitio est peccatorũ. idem quæst. ex vet. Test. 44.
Testamẽtum nouum veteribus in significatione datum. idem lib. 12. contra Faust Manich. ca. 3.
In veteri testamẽto est occultatio noui, & in nouo manifestatio veteris. idem lib. de catech. rudib. cap. 4.
Testamentum vetus est initium: nouum finis. idem in Psal. 77.

Lex diuina, & præceptum.

Lex ira: Euangelium gratiam nuntiat. Hieron. ad Damas.
Diuina eloquia messes, & diuitiæ vocantur. Greg. lib. 5. mor.
Eloquiorum Dei obscuritas, magnæ est vtilitatis. idem super Exech. Homil. 6.
Diuina eloquia cum legente crescunt. ibidem.
Sacri eloquij lector, quicquid scire quærit, historicum, mysticum, aut morale, hæc illum sequuntur. ibid.
Diuina eloquia aliquando ex tẽpore, aliquando ex loco causas assignant. ibid.
Eloquium omne sacrum intelligere, difficillimum est. idem in Euang. Homil. 24.
Qui lege accepta nati sunt, plerique lucem non viderunt. Greg. 24 mor.
Lex ostendere peccata potuit, non auferre. idem 17. mor.
Legis laborem mutauit Christus in libertatem. idem 29. mor.
Adueniente lege Christi, præcepta, quæ per figurã dicta sunt, iuxta figuram prohibẽtur seruari. idem in Regist.
In his rebus, in quibus nil statuit certum scriptura diuina, mos populi Dei, vel institutа maiorum pro lege tenenda sunt: & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coërcendi sunt. August. in Epist. ad Cas.
Lex naturæ matier est, quam legum perscriptio. Ambro. 1. de Abraham.
Lex iubet, gratia iuuat. idem Epist. 95.
Lex data est, vt hominem sibi ipsi ostenderet. idem Epist. 157.
Maiorum præcepta leges apostolicas arbitrẽtur promuncia. Hier. ad Lucianum.
Præceptum Dei duplex, prohibendi, & imperandi. idem ad Celant.
Iussa non sine culpa negliguntur, & nõ sine crimine contemnuntur Bernar. de præcept. & discipl.
Qui vnum mandatum custodit, & aliud præuaricatur, nihil ei prodest. Aug. de parad.

Non est amicus recti, quãdo si fieri posset, mallet id, quod rectum est, non iuberi. August. super Psalm. 66.

Contemptus cuiusque præcepti, præcipientis iniuria est. Hiero. in Epist.

Meritò dedit præceptum, qui præmisit exemplum. Cassiod. super Psalm.

Præceptum idem amantibus gratia, & timẽtibus lex est. Aug. ad Simpl. Quæst. 1.

Multa, quæ non sunt præcepta, ex charitate facienda sunt. idem lib. 1. de adult. coniug.

Præcepta ex statuto, ita seruanda, quasi iurassei. idem super Psalm. 118.

Præcipientium autoritas, & præceptorum qualitas attendenda est. Bern. de præcept. & discipl.

Ad mãdata Dei hominibus inest secundum naturam inclinatio, ac vis. Basil. in quæst.

Finis mandatorum Dei est vita æterna. ibid.

Mandati operatio est cibus animæ. ibidem.

Præcepta Dei possibilia sunt homini. Basil. in Hex.

Mandata Dei leuia, & facilia. Aug. sup. Genes.

Sine lege natura nullus vnquam hominum vixit. Chrysost. super Epist. ad Roman. ser. 12.

Lex ostendit peccatum. idem super Epist. ad Corinth. Homil. 7.

Lex freni vice imposita est. idem sup. Epist. ad Galat.

Lex instar scalæ est. idem super Epist. ad Philipp. serm. 11.

Lex malis suppliciorum est denũtiatrix. idẽ sup. Epist. ad Thessal. Homil. 2.

Legem per fidem statuimus, non euacuamus. idem serm. 14. sup. Epist. ad Roman.

Præcepta decalogi magnum est gaudium seruare. Gregor. libro 14. mor.

Qui diuina præcepta mutuant, Dei tabernacula fiunt. idem 19. mor.

Qui Dei præceptis inseruiunt, aduentum illius spe certa præstolantur. idem 31. mor.

Præcepta Dei comparantur speculis mulierum. idem in Euãg. Homil. 17.

Præcepta dominica, & multa sunt, & vnum. ibid.

Lex omniũ artium veritas. August. de ver. relig. cap. 3.

Lex scripta in cordibus est spiritus sanctus. idem lib. de spirit. & liter. cap. 21.

Lex æterna, diuina est voluntas. idem lib. 7. quæstio. super Iudic. 13.

Legem, & Euangelium idem dedit. idem serm. de temp. 53.

Veteris, & nouæ legis varietas ad sapientiam Dei referenda est. idem Epist. 95.

Præcepta Dei semper seruanda, etiamsi contra mores fuerint. Aug. lib. 3. confess.

Præce

Præcepta sua Deus non dedit suæ vtilitatis, aut voluptatis causa. idem lib. 1. Retract.

Præcepta decem omnia seruanda præter sabbati, quod figura est. idem in Enchir.

Ex decem præceptis omnia, quæ iussit Deus, pendent. ibid.

Qui legem carnaliter accipit, insulsum cibum comedit. Gregor. lib. 6. mor.

Religio.

EX LATINIS.

CVm in amicitia, quæ honesta non sunt, postulantur, religio, & fides anteponantur amicitiæ. Cicer. 3. Offic.

Omnes religione mouentur, & deos patrios, quos à moribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinẽdos arbitrantur. idem 6. Act. in Verr.

Religione vita constat. Plin. Senior. lib. 14.

Omnia prospera eueniunt sequentibus Deos: aduersa autem spernentibus. Liuius 1. Dec. lib. 5.

Religiones piè magis, quàm magnificè coli debent. idem 1. Dec. lib. 2.

EX SACRIS.

AVgetur religio Dei, quantò magis premitur. Lact. libro 5.

Nemo religioni præferre debet pietatem. Hiero. in Epist.

Religionis causa est, probitatis magnitudo. ibidem.

Tu, qui in congregatione es, bene viue, ordinabiliter, sociabiliter, & humiliter: ordinabiliter tibi: sociabiliter proximo: humiliter Deo. Bernr. in quod. sermo.

Superstitione peruertitur religio. Cypri. lib. 4. Epist.

Christiana religio etiamsi miraculis non esset approbata, sua honestate recipi debuerat. Pius 2. apud Platinam.

Monachalis obseruãtia in duo diniditur: in præcepta videlicet, & remedia. Bern. de præcept. & discipl.

Religio munda secundum baptisma est. idem de dupl. bapt.

Religio non sentit fatigationem. Chrysost. super Matth. Hom. 35.

Religionis difficilis mutatio est. idem super Epist. 9. ad Corinth. Homil. 7.

Bona religionibus concessa sunt perpetuò possidenda. Greg.

Religio, pietas est erga Deum. Aug. 4. de Ciuit. Dei cap. 23.

Religio vbi nulla est, virtutes esse non possunt. idem 19. de Ciuit. Dei cap. 24.

Religio vera prius fide, quàm ratione discenda. idem 2. de Ciuit. Dei cap. 4.

Religione indignus est, qui ficto pectore accedit. ibid.

Religio in veritate, non in falsitate consistit. idem lib. 3. contra Gaud. cap. 15.

Monachus.

Monachus fugiendo mundum vincat. Hieron. aduers. Vigilant.

Monachi non cum matre habitet. idem ad Rust. monach.

Monachi lectioni sacræ instet. ibi.

Monachi minimè otientur. ibid.

Monachi nihil in futurum reponant. idem ad Demetr.

Vagus monachus, diaboli mancipium est. Pius 2. apud Platinã.

Virtutes clerum ditãt, vitia pauperem faciunt. ibid.

Otij spe plerique monachatum amplectuntur. Augustin. de oper. monach.

Monachorum vita crucigera. Basil. in serm. exercitat.

Monachi plures cum primum religionem intrant, timorati fatũ, sed fiducia tandem accepta in superbiam, & præsumptionem assurgunt. Bernar. contr. vit. ingrat serm.

Monachi officium, non docere, sed lugere. idem sup. Cant. ser. 64.

Monachis, quibus vtique nũquam doctrina cœlestis deest, nulla de ignorantia excusatio. idem in ascens. Domini. serm. 6.

Pertinaces monachi magistram habent voluntatem suam, non regulam, non abbatem. idem sup. Cant. serm. 19.

Monachorum dulcis vita. Chrysost. sup. Matth. 21. Homil. 69.

Monacho preces id, quod venatori gladius. idem de comp. reg. & monach.

Excusationem de ignorantia non habent monachi. Bern. de aduent. Domini. serm. 3.

Habitus monachi est contemptus mundi. Greg. in regist.

Monachi aut summè boni, aut summè mali. Aug. Epist. 137.

Sacerdos, & clericus.

Sacerdotis lapsus difficilè restituitur. Hier. ad Heliod.

Abbas prius probandus, quàm eligendus. Greg. in regist. lib. 8.

Nec imperatoris est, libertatem dicendi negare: nec sacerdotis, quod sentiat, nõ dicere. Amb.

Sacerdotis petitio, doctrina pietatis est. idem.

Sobrium à turbis grauitatem, seueram vitam, singulare pondus dignitas sibi vendicat sacerdotalis. idem Epist. 6.

Sacerdotis est scire legem Domini, & ad interrogationem respondere de lege. Hieron. sup. Aggæum Prophet.

Nos, qui ex oblatione fidelium viuimus, quæ quasi illi pro suis peccatis obtulerunt, si comedimus, & tacemus, proculdubio peccata manducamus. Gregor. in Homil.

Casti-

Castitas perpulchrum ornamentum, sacerdotium honorat. Bernard. in Epist.

Sacerdotiũ regno maius est. Chrysost. o. de verb. Esaiæ, Homil. 4.

Sacerdotis est monere, non arma monere. ibid.

Sacerdotem mansuetudo ornat. idem de verb. Esaiæ, Homil. 1.

Sacerdos medius inter Deum, & hominem. ibid.

Sacerdotum bona conuersatio, populi conditura est. idem super Matth. Homil. 10.

Sapientissimũ esse oportet, & perspicacem in omnibus sacerdotem, & mille (vt aiunt) ex omni parte oculos habentem, quippe qui non sibi solùm sibi, sed etiam populo viuit. Chrysost. o. de Dignit. sacerd.

Multi sunt sacerdotes, & pauci sunt sacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Chrysost. sup. Matth.

Melius est propter bonos etiã malos fouere, quàm propter malos etiam bonos contemnere: propter bonos ergo sacerdotes etiã malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. ibidem.

Sacerdotes pro populorum iniquitate damnãtur, si eos aut ignorantes non erudiunt, aut peccantes non arguunt. Isido. 3. de summo Bon.

Sacerdos pro populo oret, non contra. Ambr. sup. Psalm. 37.

Sacerdotibus solùm ius est ligandi, & soluendi. idem de vid.

Sacerdotis officiũ est munus Spiritus sancti. ibid.

Sacerdotis est, velle prodesse omnibus. idem lib. 3. Offic.

Sacerdotis est, liberalem esse. ibid.

Mali medici corpora: imperiti sacerdotes animas occidũt. Pius. 2. apud Platin.

Sacerdotes vicarij sunt Christi. idem sup. Matth. Homil. 17.

Sacerdos Dei orationẽ offert pro cunctis. idem sup. Epist. ad Hebræ. Homi. 16.

Pulchritudo animi sacerdotis clarescat omnibus. idem de sacerd. lib. 3.

Clerici Dominum possideant, & ab eo possideantur. Hieron. ad Nepot.

Clerici nudi sint, & nudi Christũ sequantur. ibidem.

Clerici hospitalitatem exhibeant. ibidem.

Clericis conuiuia declinanda sunt. ibidem.

Clericorum est sepelire mortuos. idem ad Innocent.

Clerici colloquia mulierum deuitent. idem ad Nepot.

Clerici munuscula à mulieribus non accipiant. ibid.

Clericorum officium ad ecclesiæ ornatum, non ad sœditatem actuum pertinere debet. Grego. in Regist.

Clerici à laicis iudicibus non sunt opprimendi. ibid

Clerici pro suis excessibus à suis episcopis puniti, non sunt ab alijs defendendi. ibid.

Vehemẽter ecclesiã Dei destruit, meliores esse laicos, quàm clericos. Hier. sup. Epist. ad Timoth.

Clericorum nomẽ nouerint fœminæ, vultum nesciant Hier. ad Rust.

Clericis conceditur, vt bene viuentes, & altario seruientes, de altario viuant, viuant quidem, non luxurientur. Bernard. in Epistol.

Magna sacerdotis gloria est, rectitudo subditorum. Grego. in 19. mor.

Sacerdotes membrorum Domini prima pars sunt. idem 14. mor.

Sacerdos irreprehensibilis graditur, cùm priscorum patrum exempla indesinenter intuetur. idem in Past.

Sacerdos prædicationis nescius, est præco mutus. ibid.

Sacerdos debet esse petra salis in populis. idem in Euangel. Homil. 17.

Sacerdos sit seuerus, & mãsuetus. ibidem.

Mundus multas ex sacerdotibus malis calamitates patitur. ibidem.

Sacerdotes mali similes sunt aquæ baptismatis. ibidem.

Sacerdotes etiam hodie dæmonia possunt eiũcere. idem in Euang. Homil. 29.

Populus sæpe ruit ex culpa sacerdotum. idem in Euang. Homil.

Sacerdotis opera debent charitate decorari. idem in Regist.

Sacerdotes ieiunium dare debent. ibidem.

Sacerdotis magna merces est, post iniurias in veritate permanere. ibidem.

Contumelia sacerdotis est, de Diuinis cultibus admoneri. ibid.

Sacerdos humilitatem in mente, & dignitatem in honorem sacerdotij seruare debet. ibid.

Deus à sacerdotis officio nõ quærit aurum, sed animas. ibid.

Clerici specialius ad laudem Dei electi. Augustinus in præfat. Psalm.

Clericus mercimonia exercens, intercessiones vẽdens, viduarum munera amplectens, negotiator magis, quàm clericus est. idem in serm. 20. Væ prægn.

Clerici, milites spirituales. ibidem.

Sacerdotes bonorum ecclesiæ non possessores, sed dispẽsatores sunt. Aug. in Epist. 50.

Sacerdotibus manibus operari nõ licet. idem ad frat. serm. 30.

Electio.

EX GRAECIS, ET LATINIS.

OPinio diuiditur in verum, & falsum: electio verò in bonum, & malum. Aristot. Ethic. 2.

Electio non est de præterito, sed de futuro probabili. idẽ Eth. 6.

Pluralitas personarum in electione præfertur paucitati, similiter magnitudo præfertur. ibidem.

Etiam in minimis eligendum est, quod melius est. Plut. de vitios. verec.

In duobus malis leuius eligẽdum. Cicer. ad Quint. frat.

Non potest esse delectus, vbi numero laboratur. Quintilianus lib. 8.

EX SACRIS.

DEus non eligit dignos, sed dignos eligẽdo facit. August. lib. 5. contra Iulian.

Electi in tentatione proficiunt, & quod eis diabolus præparat ad ruinam, hoc Deus conuertit eis in gloriam. Greg. lib. 2. mor.

Deus electum suum custodiendo deserit, & deserendo custodit. ibidem.

Deus eligit, quos hic mundus despicit. idem lib. 5. mor.

Electos suos non permittit Deus tentari supra id, quod possunt. idem lib. 6. mor.

Electi non compatientur damnatis. ibid.

Electi Deo seruientes, vitæ præsentis subsidijs indigent. idem lib. 8. mor.

Electi ad æternitatis intentionem tendunt. ibidem.

Electi peccata, quæ confitentur, districtæ animaduersionis flectibus prosequuntur. ibid.

Electus mundi honores metuit. idem 10. mor.

Electi culpis suis nesciunt parcere. idem lib. 11. mor.

Electi plus studeant agere, quàm sit eis præceptum. idem libr. 15. mor.

Electi casum in peccatum præuident. idem lib. 16. mor.

Electis, & reprobis vita dispar est, carnis in morte corruptio dispar non est. ibid.

Electi nihil præsentis gloriæ quærunt, vt possint in fine coronari. ibidem.

Electus nisi Deum cognosceret, vtique non amaret. ibidem.

Electi Deum per fidem cognoscentes, ipsum per fidem videre anhelant. ibid.

Electi non promittant sibi pro hac vita securitatem. idem 20. mor.

Deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrescere. ibidem.

Electi persecutionis tempore paratiores sunt mori, quàm tacere. ibid.

Electi tantò acrius timent, quantò æterna retributio vicinior est. idem lib. 24. mor.

Mors carnis electos luci restituit: lucem suam reprobis tollit. idem 24. mor.

Nemo perscrutetur, cur alius eligatur, & alius reprobetur, &

econtra.ibidem.

Argumenta prauorum ad electo rum salutem proficiunt. idem 31. mor.

Electi in desideria prana aliquã do ruentes,à Domino retinentur.idem 34.mor.

Egestas electorum alia est ab egestate reproborum.ibidem.

Si electi tanti iudicij terrorem expauescunt, quid facient qui iudicio aduersum oderunt? ibidem.

Electorum proprium est, quòd de se semper sentiunt infrà, quàm sunt.idem 34.mor.

Electi de nulla virtute superbiũt. ibidem.

Electus bene vtitur malo. ibidem.

Omnes electi sunt membra nostri Redemptoris. idem lib.1. sup. Ezechie.

Electi sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeãt. ibidem.

Electi in faciem, reprobi retrorsum cadunt.idem sup. Ezech. Homil.9.

Electi quantumuis à Deo donentur bonis,humiliãtur amplius. idem sup.Ezech.Homil.9.

Vnum signum electionis est, solidi tas charitatis.idem sup.Ezechie.Homil.15.

Deus quandoque suos electos labi permittit. idem in Euangel. Homil.22.

In electione non sit venalitas. idem ex Regist.lib.4.

Electus pretio, indignus efficitur sacerdotio.ibid.

Electum præmijs, & eligẽtes par pœna respicit.ibid.

Non ex fauore, sed ex iudicio debet fieri electio.idẽ ex Regist. lib.8.

Extraneus non præponatur intraneis in electione. ibid.

Electio differri potest, si non inueniatur idoneus. idẽ ex Regist. lib.9.

Electi, spirituales esse cupiunt, sed non videri.idem in 1.Reg.

Electorum est peccare, & resipiscere.ibidem.

Electi non solùm prædicatio, sed & conuersatio Deo placet.ibidem.

Electorum multiplicatio, reproborum est diminutio. ibidem.

Electi à malis etiam prædicatoribus bona suscipiunt ibid.

Electi sine peccato esse non possunt.ibid.

Electio boni antiũ litis non sit humano iudicio, sed Diuino.ibidem.

Eligendi ad ecclesiam,à Deo monstrari debent.ibid.

Discant electorum principes,successores sibi non eos,qui consanguinitate generis iuncti sunt, nec qui carnis propinquitate otiantur, testamentum signare, nec hæreditarium tradere ecclesiæ principatum, sed referre ad iudicium Dei. Ortẽ sup.

sup.illud Numero 27. Prouideat Dominus.

Hæc est iniũa ex æquitate veniẽs partitio, vt meliores semper in officijs præferantur: pessimi autem ciues, vel minus boni luce careant dignitatis. non potest quisquam eligere quæ meliora sunt, nisi sciat simul reũcere, acvitare quæ mala sunt. Lact. de Ira Dei.

Electio Dei non est violenta. Chrysost.Hom.46.

Electio diuina,benignitatis indicium est. idem sup. Epistol. ad Ephes.ser.1.

Electio,virtutis signum.idem ser. 16.sup.Epist.ad Rom.

Ex electis nemo peribit, nec desiciet fidei illorum. Aug.lib.de Correct.& grat.cap.7.

Electionis nomen non inuenitur in malis.idem lib.1.Quæst.sup. Gen.cap.17.

Prælatio.

Prælatus increpationẽ, & institutionem suam vacuã aspicient, non mediocriter torquetur. Bernard. sup. Cantic. sermo.42.

Prælati esse volunt formidini, vtilitati rarò.idem super Cantic. ser.22.

Prælatus debet habere dementiã pietatem, Zeli rectitudinem, discretionem harum mediatricem.idem de Consid.lib.2.

Prælatis contraria Deo iubentibus non est obediendum. idem in Epist.

Prælati cauere debent personarum acceptionem,quo vitio solent iudices inquinari. idem de Consid.lib.3.

Prælati boni aduersus murmur subditorum parant medicinã. idem sup.Cant.ser.25.

Pastorum est vigilare super gregem propter tria necessaria: videlicet ad disciplinam, ad custodiam,ad preces. idẽ in Sent.

Nauis prælatorum tribus lateribus compacta esse debet, cordis puritate,conscientia bona, & side non ficta.idem in fest. Magdal.ser.

Prælati mansueti sint subditis, vt matres filijs.idem sup. Cantic. serm.22.

Prælati medici sint, non domini. ibidem.

Prælatus paratus sit omnium necessitatibus succurrere. idẽ sup. Cant.ser.72.

Prælatorum profectus, debet esse profectus subditorũ, & quicquid plus eis merentur, cum eisdem debent partiri.idem de Tripl.gen.bon.

Prælati sunt oneri infirmæ animæ.idem in Epist.

Pastorum gloria ouium multitudo est. Chrysost.Post red.prio. exil.Homil.

Pastoris gaudium est, cùm agni exultant. idem de Regress.ex exilij

exilij de Asia.

Nil me prælatus prohibeat horũ, quæ promisi, nec plus exigat, quàm promisi. Ber. de præcept.

Nonnulli abbates humili sub habitu, superbè agendo, volunt à suis subditis strictissimè obediri, & ipsi superioribus obedire recusant. Amb. in Epist.

Nulla est excusatio pastoris, si lupus eo sciente, oues comedat. Greg. in Regist.

Pastores, Dei contemptores, similes angelis erunt, quorum imagines vestiunt. idem in Past.

Pastorum culpæ subtilius iudicantur. idem sup. 1. Reg.

Pastores cupiditate intrusos Dominus ignorat. ibid.

Pastor bonus à Domino magnis precibus quærendus est. ibid.

Pastores tam conuertendis, quàm conuersis debent vigilare. ibid.

Pastor negligẽter præest, qui subditorum & fortitudinem, & infirmitatem nescit. ibid.

Ecclesiæ prælati subditorum peccata, quasi propria plãgũt. Greg. 13. mor.

In prælatis debet esse consolãs misericordia, & pie sæuiens disciplina. idem 20. Mor.

Prælati debẽt humiliter pati increpationẽ à subditis. idẽ in Past.

Potestas prælati non honor, sed onus æstimatur. idẽ 24. Mor.

Prælati omnes subditorum, minus sapientes, quàm ipsi sunt, arbitrantur. idem 25. Mor.

Prælatus debet studere, nõ timeri, sed diligi, & amorẽ suũ pro seipso non quærere. idem in Past.

Nonnulla peccata apertè cognita sunt à prælato maturè tollẽda, aliqua dissimulanda, aliqua subtiliter & occultè persequãda, aliqua vehemẽter increpãda, aliqua leuiter arguẽda. ibi.

Prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. ibid.

Prælati circumspectionis studio, oculos perurgiles habeant. ibid.

Peccatum prælati grauius est peccato subditi. idem sup. 7. Psal.

Prælatus etsi nihil sibi timeat, cõmissus tamen sibi timere debet. ibidem.

Prælati suis precibus debent adiuuare subditos. ibid.

Prælati defectu, non debet grex pastoralis cura destitui. ibid.

Prælatus plus misericors, quàm seuerus esse debet. idem in Reg.

Prælatus per ignorantiã peccãti, negligẽtiæ arguitur: per scientiã verò dignus est magna punitione. idem in Reg.

Prælatis propria vita non sufficit, subditis verò sufficit. ibidem.

Prælatus electus, dicitur salus Domini. ibid.

Prælati, & subditi reprobam vitam simul ducentes, pœnas pariter patiuntur. ibid.

Prælationis officium, electi virũ refugiunt. ibid.

Prælationis culmen pro aliis, non pro nobis ascendimus. ibid.

In præpositorum operibus sibi ratio totũ vendicet. idem in Reg.

Præpositorum solicitudo, subditorum est cautela. ibid.

Hoc scire solicitè rector debet, quòd plerunq; vitia virtutes esse mentiuntur. idem in Past.

Rector spiritualis gubernatori nauis comparatur. idem in Reg.

Rectorem Sancti spiritus gratiã petere necesse est. ibid.

Debet quisq; proprias virtutes perpendere, ac pro qualitate virium suarum curam aliorũ suscipere: ne dum delectatur loco gloriæ, fiat subditis autor ruinæ: & qui grauatur pondere suarum, velit fieri iudex alienarum culparum. durum est enim, vt quì nescit tenere modo ramina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ. Chrysost. sup. Eccl.

Episcopatus.

EPiscopi sacris literis eruditi sint. Hier. ad Paul.

Episcopus, ecclesiæ lumẽ est. idem Aduers. Lucif.

Episcopo errante, manus in ecclesia error. ibid.

Episcopi patres sint, non domini. idem in Epithap. Paul.

Episcopi locum Apostolorum tenent. idem ad Marcel.

Tam episcopo, quàm laico non licet, quod non licet Christiano. idem aduer. Lucifer.

Episcopus, ecclesiæ condimentum est. ibid.

Non omnes episcopi, episcopi sunt. idem ad Heliod.

Episcoporum grandis est honor, sed grande pondus huius honoris. Greg. in Euang. Hom. 34.

Episcopus eligitur, vt sit intercessor ad Dominum pro populo. idem ex Regist.

Episcopi violenter à suis locis expulsi, ab alijs sunt recipiẽdi. ibi.

Episcopus ad exemplum Christi debet habere curam orphanorum, & viduarum. ibid.

Episcoporum sedes propter hostiles incursus mutari solent. ibid.

Episcopus communis occupatus corripiendus est. ibid.

Episcopus debet potius animarum lucris intendere, quàm temporalibus. ibid.

Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet. ibid.

Eligẽdus in episcopũ debet esse deo gratus, & hominibus. ibid.

In electione episcopi cõmunis vtilitati, non suo commodo quisq; prospiciat. ibid.

Episcopus verberũ correptione, nõ verberibus timeri debet. ibid.

In episcopali cerusice nihil splendidius fulget, quàm humilitas. ibidem.

Episcopi officium est, in ecclesiæ vnitatem reducere, qui à fidei veritate dissentiunt. idem in Regist.

Episcopi exhibeant in opere quod sign

significant in nomine.ibid.
Episcopi ecclesiæ dicuntur astra cœli.ibid.
De rebus, quas episcopus ante ordinationem habebat, potest testari.ibid.
Episcopus non solùm lectioni, & orationi: sed & eleemosynis vacare debet.ibid.
Episcopus in causis pauperum exercendus est, vel saltem bonæ sit voluntatis.ibid.
Episcopus tenetur scandalum datum auferre.ibid.
Episcopo ægroto sufficiatur vicegerens.ibid.
Nullus episcopus propter infirmitatem est deponendus.ibid.
Tres sunt pastoris voces: suauis, dulcis, & alta: suauis ad infirmum: dulcis ad morientem: ad surdum pertinet alta. Hug. de Claustr.ani.
Episcopus, ecclesiæ lucerna est. Basil.in Epist.
Episcopus iuramenta purgare potest.Greg.in Reg.
Episcopus causas clericorũ nonnisi cum seniorib⁹ audiat.ibid.
Episcopi necessarij sunt in episcopi consecratione.ibid.
Episcopus vnius diœcesis, vel prouinciæ, nihil in aliena diœcesi, vel prouincia exerceat. ibidem.
Quilibet episcopus priuilegium suæ dignitatis seruare debet. ibidem.
Qui episcopatum ad gloriam honoris quærit, non ad ministerium quærit. Gregorius in Past.
Duos episcopatus in vnum redigere episcopatum catholica potest autoritas idem in Reg.
Episcopus, id est, speculator. Augusti. de ciuit. Dei. lib. 1.cap.9.
Episcopus ne cum alio episcopo in eadem sede simul sedeat. idem Epist.110.
Episcopi munus, vt hac vita nihil difficilius, ita apud Deum nihil beatius. idem Epistol.124.
Episcopi est, posse contradicentes conuincere. idẽ cõtra Cresc. cap.9.
Episcopi custodes sunt ecclesiæ. idem in Psal.126.
Episcopi in locum Apostolorum succedere. Augusti. in Psal.45.

Prædicatio.

VErbum Dei audire & non facere, etiam vtile est. Chrysostomus sup.Matth.Homil.13.
Verba salutis sæpius audita, reprobis vilescunt. Bernard. in die Apostol.
Prædicandi officium viris nõ mulieribus cõmissum est. Ambr. in Epist.ad Rom.
Prædicatio cum puritate mentis Deo accepta est. Bernard.sup. Cant.

Cantic.serm.63.
Prædicatio cum impuritate mentis, Deo odibilis est.ibid.
Prædicationis fructus magis necessarius est, quàm contemplationis. idem super Cantic.sermo.9.
Prædicator plus intendere debet, ad imbuenda corda, quàm ad exprimenda verba. idem sup. Cant.ser.16.
Verbum Dei aliter sapit electis, aliter reprobis. Bern.de verb. Abach.
Verbi Dei impletio, cibus & pastus eius est. idem sup.Cantic. serm.61.
Concionari mortuis auribus, tædiosa res est. Chrysost.sup.Gen. Homil.6.
Concionandum est ad horam. idẽ sup Epist.ad Rom.serm.17.
Iuuenes etiam rectè sapientes nõ debent incautè ad prædicandũ prosilire. Greg.10.mor.
Multi verbis prædicant, quæ moribus impugnãt.idem in Past.
Infirmis mentibus non debent alta prædicari.ibid.
Idem prædicant lex, Prophetæ & Euangelium, & Apostoli. idem lib.1 sup.Ezech.
Vt seruetur veritas prædicandi, teneatur necesse est altitudo viuendi.ibid.
Prædicans Iesum, debet eius passiones imitari.idem sup.1.Reg.
Deus rudes prius prædicatione nõ aperta docuit.idem 28.mor.
Prædicatio non facilè accipitur eius, qui moribus leuis esse videtur.idem lib.1.sup.Exech.
Laudem de prædicatione quærere, est rem magnam vili pretio venundare.idem lib.2.sup. Ezech.
Ignari literarum debent prædicationi instrui.idem in Reg.
Prædicator audientis modũ consideret.idem 17.mor.
Prædicator prius euellat nociua ab auditorũ auribus, & postea plantet vtilia.ibid.18.mor.
Prædicator causarum origines, à sacris paginis sumat.ibid.
Cum auditores prædicantium vitam suspiciunt, vim prædicationis necessariò admirantur. idem 19.mor.
Boni prædicatores honorem propter elationem fugiunt, licet honorari propter imitationem velint.ibid.
Prædicatores non sibi tribuant profectum auditorũ, sed Deo. idem 19.mor.
Prædicator verba auribus dare potest, aperire corda non potest. ibid.
Dum doctrinæ discretio à prædicatore cautè custoditur, ei diuinitus largior copia prædicationis datur.ibid.
Forma bellica, prædicatoribus est seruanda.idem 31.mor.
Prædicatores sancti propter persecutionem à prædicatione non desistunt.ibid.

Inanis gloria sæpe inuadit prædicatores, idem in Past.
Prædicator post aliorum curationem, ad seipsum redeat. ibid.
Quantò auditores in charitate proficiunt, tantò prædicatoribus gratia datur. idem 12. mor.
Prædicator, sanguinis iusti cadentis reus erit, si tacuerit. ibid.
Prædicatores ponunt contra dæmones, insidias, castra, & munitiones. ibid.
Prædicator potest petere sumptus & alimenta. idem sup. Euang. Hom. 18.
Prædicator meritū accipit, etiam si auditores non conuertantur. idem in reg.
Prædicator carnalis, dicitur lucerna cæca. idem sup. 1. Reg.
Prædicator in ordine prædicationis perfectus non est, si contemplationis reuelatione carnerit. ibid.
Prædicator circunstantias considerare debet. ibid.
Prædicator in vmbra Redemptoris requiem habet. ibid.
Prædicatores falsi mel in lingua, non sub lingua portant. idem.
Prædicare nihil est, si corde dissentiat. Augu. super. Psal. 57.
Frustra prædicatur, nisi Dominus det incremētum. idem sup. Psal. 125.
Prædicatio Christi bona est à quocunque fiat. idem contr. Epist. Parm.
Prædicatores ex omnibus gentibus sunt eligendi. idem sup. Psal. 67.
Prædicatoribus dandum est liberalius exteris egentibus. idem sup. Psalm. 103.

Christianus.

Christianus semper patitur persecutionē. Hie. ad Hel.
Christianus à bono opere cessans, vix se excusabit apud Dominum. idem in Euang. Hom. 18.
Christiani sunt membra Christi. Greg. in reg.
Christianus est lux, sal, fermentum. Chrysostō. super Ioan. Homil. 52.
Christianorum spes in futuris est. idem ad Colos. ser.
Christianum nō faciunt parietes. Aug. lib. 8. confes. cap. 1.
Christiani non pugnando, sed moriendo vincūt. idem Epist. 42.
Christianus non generatur, sed fit. idem lib. quæst. ex nouo testamen.
Christianorum dignitas non in terra, sed in cœlo posita est. idē lib. quæst. ex vtroque.
Nec captiuitas Christianis nocet, quoniam illic Deum suum inueniunt. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei. cap. 14.
Per malos Christianos nemo se excusare potest, ne fiat Christianus. idem sup. Psal. 25.
Nihil periculosius falsis Christianis. idem sup. Psal. 53.

Fides, & Fidelis.

Fidelis totum mundum habet, cùm Deum habeat. Aug. lib. 5. confess. cap. 4.
Fides indubitata arduè ad Deum reperitur. Hier. aduers. Lucif.
Fides est simplicitas mētis, & deuotio animæ ad Dominū. ibi.
Accedere ad Deū est illi credere. Aug. aduers. Iud.
Fides, spes & charitas sunt spiritalis ædificij portæ. Gregor. sup. Ezech. Homil. 19.
Atrium spiritualis ædificij est multitudo fidelium populorū. ibid. sup. Ezech. Homil. 22.
Fidelis in modico censetur dignus munere ampliori. Bern.
Semper maior est fides, quam pœnitentia reponit. Lact. lib. 5.
Dormiens fides censura cœlesti erigitur. Cypr. de lapsis.
Fides vera nunquam turbatur. Amb. de fide cont. Arrianos.
Fides præcedit deuotionem. ibid. lib. de Ioseph.
Fides in exercitata citò lāguescit. ibid. in Psal. 118.
Fides animæ redemptio est. ibid. lib. 1. Epist. 1.
Fides est bonorum omnium fundamentum. ibid de fide.
Fides vna est, non multa. ibid. lib. 13. de Trinit. cap. 2.
Quandiu homo altrora scrutari nō potest, fide viuat. ibi. de Ago.
Fides nostra sine initio est. ibid. in quæst. ex vtroque.
Fides nisi præcedat, bona vita sequi non potest. ibid. de fide & oper.
Fides potestati terrenæ non est subdita. ibid. in exposit. quart. quæst.
Fides excitat voluntatem ad exercitium. ibidem in quæstio. ex vtroque.
Fides omnem differentiam sexus, cōditionis, & generis tollit. idē.
Fides in rebus humanis necessaria est. ibid. de fide rerū inuis.
Ratio subsequatur fidem, vt intelligat fidelis quid credat. ibid. in quæst. ex vtroque.
Fidem in extremis suscipere non satis tutum est. ibid.
Vires fides tentatione discuntur. ibid. in Psal. 36.
Fidei opus est dilectio. ibid. in Psal 31.
Fidem Domino non seruant seipsum fraudat. ibid. tract. 3. in exposi. in Epist. 6. Ioan.
Fides alia magnam scripturarum cognitionem habet, alia non magnam habet. ibid. serm. 139. de temp.
Sicut cuiq; à Deo parata est mensura fidei. sic quisque proficit. ibid serm. 144. de temp.
Omnia temporaliter gesta à Domino nostro Iesu Christo fidem nobis inserunt. ibid. serm. 19. de verb. Domini.
Fides ex auditu, ex visu confirmatio est. Bern sup. Canti. serm. 6.

Credere, intelligere, & facere consequuntur. Basil. de baptis.

Deus non glorificatur absque fide in Christum. Basil. in Apolog.

Qui Deum fide tenent, adhuc speciem ignorant. Greg. 16. mor.

Plurimi fidem tenent, vitam fidei non tenent. ibidem 26. mor.

Deus militibus suis ante omnia fidei fortitudinem præbet. ibi. 31. mor.

Nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam præsentiam non cognoscet. ibid. 35. mor.

Non charitas fidem, sed fides charitatem præcedit. ibidem super Exech.

Fideles miracula non quærant. Aug. lib. 4. de cõsensu Euangel. cap. 9.

Fideles nos esse audemus dicere, iustos non item. ibidem in Psalm. 32.

Fidelis hoc tantum gaudet, quòd nomen suum scriptum est in cœlo. Aug. in Psal. 130.

Fideles persequentes, foueam sibi faciunt. ibid. sup. Psalm. 5.

Cùm Christus se nobis ostenderit, fides finietur. ibid.

Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. ibidem in Euangel. Homil. 26.

Vera fides est, quæ verbis credit, moribus non contradicit. ibidem in Euangel. Homil. 29.

Fide carens, iustus esse non potest. Greg. sup. sept. Psalm.

Meritò fidei bellorum paratur victoria. ibid. ex regist.

Fidei præcepta bonis operibus est exercenda. ibid.

Fidei nostræ sacramẽta alijs sublata, alijs sunt reuelata. ibid. sup. 1. Reg.

Fide velut fama Deum cognoscimus. ibid.

Fundamentum animæ humanæ est fides. Greg. 28. mor.

Auditus præcedit visum, & fides visionem. Bernard. sup. Canti. serm. 45.

Dei visio fidei præmium est. Aug. 22. de Ciuit. Dei. cap. 29.

Mysteria magna fidei cognoscentes, ea maioribus communicẽt. Bern. sup. Cant. serm. 33.

Oculus fidei thesaurum inuenit absconditum. Bern. in Psal. Qui habitat. ser. 17.

Vera & plena fides vniuersa præcepta complectitur. Bern.

Diuina credenda, nõ discutiẽda. Chryso. sup. Epist. ad Timoth. 1. cap. 1. Hom. 1.

Fides in Deo secura anchora. Chrysost. sup. Gen. 6. Hom. 25.

Fides lumen animarum est. ibid. sup. Matth. 2. Hom. 2.

Fides recta nihil proficit, si vita praua est. ibid. super Ioan. 11. Homil. 62.

Fide persuadet Deus, non rationibus. ibid. sup. Epist. ad Corinth. cap. 1. Homil. 4.

Fides

Fides scutum est. ibidem sup. Epist. Paul. ad Ephes. cap. 8. sermo. 23.

Fidei proprium, nunquam omnino turbari. ibid. sup. Epist. ad Timoth. cap. 1. Homil. 1.

Fides animam facit quiescere. ibidem.

Fides petra infracta est. ibid. sup. Epist. ad Timoth. cap. 6. Homil. 17.

Credere Deo oportet sine iuramẽto. Chrysost. in Epist. Paul. ad Hebr. cap. 6. Homil. 11.

Credunt quidã quando fidei nulla vtilitas. Chrysost. in Epist. ad Coloss. cap. 1. serm.

Credens, omnia patitur. ibidẽ super Epist. ad Thessal. cap. 1. Homil. 1.

Fides non est nostrum opus. Chrysost. in Act. Apost. cap. 14. Homil. 30.

Fide indigent quæ rationem humanam excedunt. ibidem in Epist. prior. cap. 1. ad Corinth. Homil. 4.

Fides mater signorum. ibidem in Epist. prior. cap. 12. ad Corinth. Homil 29.

Fides certior ratione est. ibid. super Epist. ad Coloss. cap. 1. Hom. 4.

Fides, & spes, mutua sibi vice coniuncta sunt. ibid. sup. Epist. ad Hebr. cap. 1. Homil. 2.

Fides ex rebus ipsis elicitur. ibid. super Epist. ad Timoth. cap. 1. Homil. 1.

Fides cõtraria cogitationibus vagantibus. ibidem super Epist. ad Hebræ. cap. 13.

Deo credidisse, Deum audisse est. Bern. sup. Cant. serm. 4.

Fidelis, qui nec sibi credit, nec in se sperat. Bernar. in vigil. nat. Domin. serm. 5.

Fideli homini totus mundus diuitiarum est. ibidem super Cant. serm. 22.

Fides suadenda, non imponenda. ibid. sup. Cant. serm. 63.

Fides sola absque baptismo in necessitate sufficit ad salutem. ibid. in Epist.

Fidei vita, charitas est. ibidem in die sanct. Paschæ. serm. 2.

Fide mundandus est oculus, quo Deus videndus est. ibid. super Cant. serm. 23.

Credendo sanatur anima. Aug. confess. lib. 6. cap. 4.

Credere aliud est ab intelligere. ibidem lib. 2. de liber. arbitr. cap. 2.

Prius credendum, quàm intelligẽdum. ibidem.

Credit frustra, qui non amat. Augustin. in Enchir. ad Laurent. cap. 17.

Credere velle dat ipse Deus. il id. de spiritu, & litera, cap. 34.

Credimus, quia non videmus. ibi. lib. 13. de Trinit. cap. 1.

Non omne credere, bonum est. ibidem de spirit. & liter. cap. 3.

Credere omnia, æquè vitiosum, ac nihil credere. ibid. de ver. & fals. pœnit. cap. 20.

Quantò est occultius, quod creditur, tantò maior est merces. ibidem. in quæst. ex vtroque Testa. 22.

Nullus credit inuitus. ibid. lib. 1. ad simplic. quæst. 2.

Credere sapientibus est tutissimum. ibid. de vtilit. credend. cap. 12.

Credere in Deum, Dei donum est. ibidem. de spirit. & anim. cap. 18.

Qui credit, iam surrexit. ibidem expos. in Euang. Ioann. cap. 15. Tract. 22.

Credendo venimus ad Deum. ibi. cap. 8.

Credentium signum est, acceptio spiritus sancti. ibid. in quæst. ex vtroque. 122.

Credentibus humana non negligenda auxilia. ibid. in quæst. sup. Genes. 102.

Credentes tardè, dilationis pœnitebit. ibid. in quæst. ex vtroque. 123.

Credulitas via est ad religionem. ibid. de vtilit. cred. cap. 8.

Fides ab eo, quod sit. August. Epist. 19.

Fides etiam hosti seruanda. ibid. Epist. 205.

Fides est bonorũ omnium fundamentũ. ibid. lib. de fide. cap. 1.

Fides tollitur, si non est assensio. ibi. in Enchir. ad Laur. cap 29.

Fides electorum, aut vnquã deficiet, aut statim reparatur. Aug. de correct. & grat.

Fidei opus est dilectio. idem super Psal. 31.

Fidei cuique mẽsura est sua. idem de temp. ser. 144.

Ad fidem nos omnia facta Christi inuitãt. idem de verb. Domini. serm. 18.

Fides visibilium negligens, inuisibilibus inhiat. idem Epist. 31.

Fides vna est, qua omnes saluari est necesse. idem lib. 2. cont. Arrian.

Fides perfecta rarissimè inuenitur. idem cont. Manich.

Fide euacuata, nulla remanet iustitia. idem Epist. 95.

Fidem posse habere omnium est, sed habere solius gratiæ Dei. idem 1. de prædest.

Fide meremur scire quod credimus. idem de morib. eccles.

Fides animam Deo subijcit. idem de agone Christ.

Omnes fideles Apostolorum dicuntur filij. Greg. sup. 7. Psal.

Omnes fideles vnum sunt in Christo. idem in reg.

Omnes fideles corpus constituunt ecclesia. ibid.

Opera bona, & mala.

OPus bonum intentio facit. Aug. sup. Psal. 31.

Operum bonorum initium, confessio malorum est. idem super Euang. Ioan.

Opera misericordiæ sunt semina futuræ messis. idem quæst. 4.

Boni

Boni operis solicitudo contẽplationi nocet. Greg. sup. 1. Reg.

Vt opera digniora videantur, necesse est, vt indigna reputentur. idem 5. mor.

Vnusquisque pro operibus suis mercedem accipiet, nec possunt in die iudicij aliorum virtutes vitia subleuare. Hier. in Epist.

In opere perfectus non est, cui adhuc linguæ prauitas cõtradicit: nec in sermone laudabilis, qui hoc quod loquitur, opere non ostendit. Greg. in mor.

Actus nostri causa, etsi omnibus non datur, tamen ab omnibus examinatur. Amb.

In operibus nostris omnibus nos, & non Deum inuamus. Greg. 15. mor.

Sicut vestimentum corpus, ita bona opera protegunt animam. idem 16. mor.

Opera interiora nostra solius Dei oculis patent. idem 18. mor.

Bona opera occultentur studio, sed necessitate publicentur. idem.

Opus trina consideratione debet præuenire, id est, an liceat, deceat, expediat. Bernar. de inter. dom.

Operationes indicãt naturas. Basil. in Epist.

Aliud est opus ex præcepto, aliud ex affectu facere. Greg. 19. mor.

Virtus in manu, magnitudo est in operatione. idem lib. 20. mor.

Super fidem opera constituuntur. idem 25. mor.

Ecclesia nunc exigit operum merita, non virtutum signa. idem 27. mor.

Multi fidei, quam credunt, operibus cõtradicunt. idem 29. mor.

Secretorũ Dei inter homines operum diuersitas. ibid.

Bonum opus plerumque publicum est, cum occultè fit, & occultum cùm fit publicè. idem sup. Psal.

Quidam bona opera facere studẽt, vt gratiam alienæ operationis obnubilent. ibidem.

Merces ex bono opere quæsita, ex malo perditur. idẽ sup. Eccl.

Opus Dei homo est, opus autẽ hominis, vitium. idem in reg.

Bonis operibus auxilium præstans mercedis est particeps. ibid.

Opus bonum lumen est. idem sup. 1. Reg.

Opera patrum filijs prosunt. ibidem.

Opera libera, non seruilia probantur à Domino. Amb. ser. 18.

Opera magis suadent, quàm verba. Amb. ad Timoth.

Opera nostra mũda sunt, cùm superna fiunt intentione. August. lib. 2. de serm. Domini. in monte.

Opera fidem consequi, non præcedere debent. idem ad Simpl. quæst. 2.

Non opera, sed fides iustos ab iniustis discernit. idem 3. cont. Epist. Gela.

Opera recta fructus noster, quem reddimus agricolæ. idem su-

per Psalm.118.
Opera nostra bona, Dei sunt opera. idem de spirit. & anima.
Opera nostra laudanda sunt, si finis in quem fiunt, laudabilis est. idem lib. 2. de morib. Manich.
Opera bona, non tantùm spirat, sed perficit Deus. idem Epist. 143.
Opera bona facienda, quia iustitia id requirit. August. super Epist. ad Galat.
Opera bona nostra spectent homines, & non spectent. idem lib. 2. de ser. Domini in mont.
Bona opera multa facit in nobis Deus, quæ non facit homo: nulla autem facit homo, quæ non faciat Deus. idem lib. 2. cont. Epist. Pelag.
Secundum opera quæ fecit, non quæ facturus erat, iudicabitur homo. idem Epist. 107.
Cures prius facere, quàm docere: & sic dabis voci tuæ vocem virtutis. Bernar. super Cant. serm. 60.
Opera misericordiæ sola, in districto examine laudari merètur. idem de pass. Domini.
Salutis nostræ opus tres simul cooperantur, Deus, Angelus, homo. Bern. sup. Cant. serm. 78.
Opera bona non sunt remissè facienda. Chrysost. sup. Ioan Homil. 79.
Opera misericordiæ cum benignitate, & hilaritate debent fieri. Greg. 21. mor.
Qui dat, & non dimittit, nullam misericordiam facit. idem 22. mor.
Misericordiæ opera, & hic innãt, & in futurum præmiant facientem idem in regist.

Virginitas.

VIrginibus insidet Christus. Hier. ad Eustoch.
Virgines sedent ad pedes Domini, ibidem.
Virgines semper Domino colloquuntur. ibid.
Virgo iejunet, humilis sit, & lateat. ibid.
Virginitas frumentũ, nuptiæ hordeum, fornicatio stercus nũcupatur. idem aduers. Iouin.
Virginitas aurum, nuptiæ argentum. ibidem.
Virgines rarò procedant. idem ad Demetr.
Virgines sunt Angeli in terris. idem ad Eustoch.
Virginitas difficilè seruatur. ibidem.
Virgo periclitatur in conuiuio secularium. idem de vitand. suspect. contub.
Virginitas dexter: nuptiæ sinister oculus. idem aduers. Iouin.
Virginis definitio est, sanctum esse corpore, & spiritu. idem ad Nep.
Virgines non sunt omnes, quæ simulant virginitatem. ibid.

Virgin

Virgines orbatas locare cõnubio, liberalitatis est. Ambrosius 2. Offic.
Virginitas non pudica, quæ lege tenetur, nec casta, quæ metu cogitur, nec honesta, quæ mercede conducitur. idem de Virginita.
Virgo habitu tantùm, bis adultera est. idem ad Virgin. lapsã.
Virginibus solis palmam publicæ salutis scriptura dedit. idem in apoleg. David.
Virginitas imperari non potest. idem de Virg.
Virgines viuunt cœlestem vitam in terris. ibid.
Fœlicior est mulier nupta, quàm virgo nuptura. Augustin. de sanct. Virg.
Virginitas superba deterior est, quàm humile coniugium. idem Epist. 99.
Virgines corpore, & mente prudentes sint. Bernard. ad soror.
Virgines de suis meritis gloriantes hypocritis comparantur ibid.
Virgo cum deuotione reddat quæ Deo promisit. idem serm. 26.
Virgo non rideat immoderatè. ibi.
Virginitas laudabilis, sed humilitas necessaria, & ipsarum pulchra permixtio. idem sup. Missus est. Homil. 1.
Virginitas consulitur, humilitas verò præcipitur. ibid.
Virgo etiam eunuchos vitet. ibid.
Virginis anima, speculum est. Basil. de Virg.
Virginitas regenerationis semen. ibidem.
Virginitas est naturalis, & amissa irrecuperabilis. ibid.
Virginitas cum coniuge comparata, semper primas partes tenuit. Chrysost. serm. quod reg. fœm. vir cohabit.
Virginitas secum sororem eleemosynam habet. idem de vir. Homil. 9.
Virginitatis dignitas in Paradiso. idẽ sup. Genes. 4. Hom. 18.
Virginitatis custos, secessio. idem de continent. Ioseph. serm.
Virginitatem exercere, res stupẽda. idem sup. Epist. ad Rom. 7. sermo. 13.
Virgo eam, quæ in connubio est, ne despiciat. idẽ sup. Epist. 12. Homil. 30. ad Corinth.
Virgo à bello nunquam cessat. idem de pœnit. Homil. 9.
Virginitas non est de præcepto. Greg. lib. 15. mor.
Virginitas vera non est, si foris, & intus nõ est. idẽ sup. 1. Reg.

Prophetia.

PRophetæ mentalibus oculis futura viderunt. Chrysost. sup. Genes. Homil. 12.
Prophetarum ora sunt Dei os. idem de verb. Esaiæ. Homil. 2.
Prophetarum silentium, signum est iræ diuinæ. idem de verb. Esaiæ Homil. 4.
Prophetæ aliqua Euangelistis di-

cenda seruauerunt. idem sup. Matth. Homil. 12.

Prophetæ in vita rarò accepti. idē sup. Matth. Homil. 41.

Prophetæ loquuti sunt, scripserūt, & præfiguraverunt futura. idem sup. Epistol. ad Roman. sermo. 1.

Prophetæ suos non derelinquunt, etsi calumnijs vexentur. idem sup. Epist. ad Rom. serm. 14.

Prophetæ adhuc hodie nobiscum loquuntur. idem de eleemosyn. sermo.

Prophetia plus monet, quàm signum. idem sup. Ioan. Hom. 18.

Prophetia non solùm de futuris, sed & de præteritis enuntiat. Greg. 4. mor.

Prophetia non est, nisi intelligatur quod ostenditur, vel auditur. idem 11. mor.

Prophetiæ morus est, subitò mutare materiam. idem sup. Ezechie. Sermo. 1.

Non omnes prophetæ sanctitatis metam attingūt. idem 26. mor.

Prophetæ non minus verbo, quàm scripto, & exemplo terram rigauerunt. ibid.

In prophetæ locutione alter est qui præsidet, alter qui obsequitur. idem super Cantic. Homil. 2.

In prophetis verbis res, & verba rebus exponuntur. ibid.

Prophetæ omnes vno prophetarūt spiritu. Augustin. de consens. Euang. lib. 3.

Prophetarum officium est, orare pro populo. idem in Quæst. ex vet. Test.

Prophetica autoritas omnibus cæteris scriptis antiquior est. idem de Ciuit. Dei, lib. 18.

Prophetæ triplices, Iudæorum, Gētium, & veritatis. idem lib. 19. contra Faust. Manich.

Multa prophetata cōtra deos falsos, at nihil contra Deum verum. idem. 11. de Trinit.

Quicquid futuram ecclesiam signò ficat, prophetia est. idem.

Gratia, & Benedictio.

GRatia Dei, cibus animæ est. Bernard. sup. Cant. serm. 33.

Gratiam duplicem confitetur ecclesia: præuenientem, & subsequentem. idem sup. Cantic. sermo. 67.

Gratiam percepisse, multis nō profuit eo, quòd temperamentum de veritate pariter non acceperunt. idem super Cantic. sermo. 74.

Quantùm quis creuit in gratiam, tantùm in fiduciam dilatatur. idem sup. Cant. serm. 3.

Quærere Deum nō potest anima, nisi præueniatur, vt quærat. idem sup. Cant. serm. 85.

Gratia Dei inuictos efficit. Chrysost. hom. sup. Genes. 1. Homil. 4.

Gratia saluat, & laborum retributiones dat. idē sup. Genes. 7. Hom.

Homil. 24.

Gratia Dei murus inexpugnabilis. idē sup. Genes. 21. Hom. 46.

Gratiam dare, Dei est: hominis, fidem exhibere. idē sup. Ioā. 1. Homil. 9.

Nemo admittit Deum, nisi deceptus: nemo quærit, nisi admonitus: nemo inuenit, nisi purgatus. August. in Soliloq.

Gratia iustè animam vocat: tentatio interrogat. Greg. 20. mor.

Gratiæ gratis datæ dantur diuersis diuersimode. idem 24. mor.

Gratiæ gratis datæ conuersis plerisque dantur. ibidem.

Dominus gratia aliquem replens, eius vitam in lamentum conuertit. idem 27. mor.

Ex Dei gratia homo veterem hominem exuit. idem 31. mor.

Nullus primam gratiam meretur. idem 33. mor.

Punitione graui dignus est, qui sæpius Dei gratiam contempsit. idem sup. Euang. Homil. 37.

Gratiæ diuinæ adscribitur omne, quod prosperè à nobis geritur. idem sup. 1. Reg.

Gratia Spiritus sancti pluribus datur ad bene viuendum, non autem ad bene docendum. ibid.

Benedictio Dei ad fœcunditatem valet. Aug. de Genes. ad liter. imperf. cap. 15.

Benedictio sacerdotalis magni æstimanda. idem cap. 9. Quæst. ex vtroque.

Benedictiones multæ sunt, & omnes à Deo. idem Psalm. 66.

Gratia Dei, non nostra potestate in melius mutamur. idem lib. 1. Retract. cap. 22.

Gratia diuina etiam reluctantibus datur. idem Epist. 106.

Non nisi magna Dei gratia terreni corporis vincemus errores. idem Epist. 91.

Gratia non solum adiuuat iustū, sed etiam iustificat impium. idem lib. de Patien. cap. 20.

Gratia facit, vt peccatum nobis non dominetur. idem lib. de Cōtin. cap. 4.

Obedientia.

EX GRAECIS.

QVantò quis diligentiùs obsequitur, tantò maiorem gratiam obtinebit. Aristot. Oecon.

Legibus obtempera. Demetrius Phaler.

Nullum est malum, quàm inobedientia, malum. apud Stob.

Quæ hoc tempore habemus bona, ob nullam aliam causam adepti sumus, quàm ob præstitam obedientiam principi. Xenoph. apud Stob.

Obedientia ciuiū, felicitas vrbis. ibidem.

EX LATINIS.

DEo parère, libertas est. Sene. de vit. beat.

Corrump

Corrumpitur, atq; dissoluitur imperantis officium, siquis ad id, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respondet. Gel. lib.1.

Maior est obsequij gloria in eo, quod quis minus velit. Plin. Iunior in Paneg.

Suis quiq; parent placidius. Curt. lib.6.

Vtilius parêre dicto, quàm asserre consilium. idem lib.7.

Obsequio mitigantur imperia. idem lib.8.

Bis peccas, cùm peccâti obsequium accommodas. Pub. Mim.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat. idem.

Potentiori omnia parent. in hist. Sax.

Multa mala sequuntur ex impunitate. Liuius lib.8. Dec.1.

EX SACRIS.

NOn attendit verus obediens, quale sit, quod præcipitur: hoc solùm contentus, quòd præcipitur. Bernard.

Obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruâda est, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Greg. 12. mor.

Obedientia victimis verè præponitur: quia per victimas aliena caro per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Greg. 35. mor.

Verus obediens mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi: & se totum intus colligit, vt mandatum peragat imperantis. Bernard. de præcep. & discipl.

Non est dubium, quin ampliorem gratiam mereatur qui paratum se exhibeat ante mâdatû, quàm qui obedire satagit post mandatum. idem in serm.

Sola est, quæ fidei possidet meritum, obedientia. apud Iurisperitos.

Obediens in grauibus mitius puni tur. ibidem.

Obedientia sola est, quæ Deo hominem conciliat. Anselm. super Epist. ad Hebr.

Obedientia virtutum omniû mater, & custos. August. 4. de Ciuit Dei.

Obedientiæ maius bonum, quàm continentiæ. idem de bon. coniug.

Nullum malum debet per obedientiam fieri. Gregorius 35. mor.

Aliquod bonum debet aliquando per obedientiam intermitti. ibidem.

Obedientia aliquando si de suo quid non habeat, minima est. ibidem.

Obedientiæ dilatio post citationem ostendit hominem culpabilem. idem ex Reg. lib.5.

Obedientia vincimus dæmones, cæteris

cæteris virtutibus impugnamus. idem in 1. Reg.

Adam non furto, non homicidio, non rapina, sed inobedientia corruit. idem in 1. Reg.

Obediendum est Deo etiam ratione non data. August. in Sent. suis.

Obedientiæ bonum in primo declaratur homine, & illius præcepto. idem in Psal. 70.

Inobedientia non tam pensanda est, quàm intentio inobedientis. Bern. de Præcep. & discip.

Obedientia amica salutis. Bern. in Declam.

Obedictia circa difficilia gratior: contemptus circa minima damnabilis. idem de Præcept. & discipl.

Obedientia molesta est suspicari de omni præcepto. ibid.

Obedientiæ falsus nummus, propria voluntas: bonus, charitas. idem in die sanct. And. ser.1.

Oculum, & aurem, quos inobedientia clausit, aperiat obedientia. idem sup. Cant. ser.22.

Obediendum Deo absq; signis. Chrysost. sup. Act. Apostol. Homil.15.

Obedientiæ speculum, Christus. Bern. de Grad. humil.

Obedientiam fides exigit. Chrys. ser.27. sup. Epist. ad Rom.

Obediendum propter Deum hominibus. idem super Matth. Homil.21.

Sacrificium, & altare.

OFficium diuinum ordinatè, reuerenter, & attentè dicendum est. Bernar. sup. Cant. ser.8.

Sacrificia stultorum, ignis solùm alimenta sunt. Pitt. apud Stob.

Sacrificantium mens, non res attenditur. Plin. Sen. in Proleg.

Oportet virum, qui admiratione dignus haberi velit, sacrificandi studiosum esse, nè quòd sumptuosè, sed quòd crebrò hûc honorem numini tribuat: illud enim diuitiarum, hoc pietatis est signum. Theophilus apud Stob.

Sacrificandum dûs sine parsimonia. ibid.

Cæremoniæ obseruâdæ sunt. Hier. de epitaph. Nep.

Cultus quem homo exhibet Deo, non Deo, sed ipsi homini prodest. Aug. 10. de Ciuit. Dei.

Altare Dei est ipse populus. Aug. lib.2. Quæst. sup. Exod.

Altare spirituale est fides. idem lib.1. de ser. Dom. in monte.

Altare Dei, cor nostrû est. idem lib.10. de Ciuit. Dei.

Altare verum, est Christus. idem contra Faust. Manic.

Altare Domini est cor iusti. Gregor. in 1. Reg.

Decimas rerum, & dierum Deo debemus offerre. idè in Euang. Homil.15.

Offerre se Deo, Christianorû est. Hier.

Hier. ad Lucinum.

Oblatio tria debet habere: constantiam virilem, continentiã carnalem, & conscientiam humilem. Bernard. in purific. beat. Mar. ser. 1.

Toties sacrificamus, quoties bonum aliquod, piúmq; facimus. Lact.

Sacrificium precum, si quid incepturi sumus, Domino prius offerendum. Chrysost. sup. Genes. Homil. 65.

Sacrificium impium irritat Deũ. idem sup. Ioan. Hom. 3.

Sacrificium Christi semper nos purgat. idẽ sup. Ioan. Hom. 17.

Sacrificium, cibus spiritualis est. idem ser.

Sacrificium, Christus est secũdum carnem. idem de Cruc. & Lat.

Si rectè offers, & non rectè dividis, peccasti. Bern. sup. Cantic. serm. 24.

Non respicit Deus munera, quæ dantur, sed à quo dãtur. Greg.

Sacrificium Deo acceptabile est, ipsum puro corde laudare. idẽ in Regist.

Gratum Deo sacrificium est, afflictio contra peccatum. idem in Euang. Hom. 9.

Sacrificium & sacerdotis, & plebis aspernatur Deus, si nõ adfuerit bona conscientia. Aug. contra Fulg.

Sacrificium pro peccatis, est spiritus contribulatus. idem Quæstio. 83.

Sacrificia pro mortuis facta iuuant. idem de Fide.

Pietas.

EX GRAECIS, ET LATINIS.

HAbet suos impetus pietas. Quint. Decl. 6.

Pietate erga deos sublata, fides etiam ac societas generis humani, & vnà excellẽtissima virtus iustitia tollatur necesse est. Cic. 2. de Nat. deorum.

Pietas Deo grata est. idem 2. de Leg.

Prima pietatis magistra, natura est. in Hist. Sax.

Quò miserius experitur pietas, eò certius. ibid.

Sis parum acutus, modò sis pius. ibidem.

Ad pietatem attinet iusta non subducere mortuis. Eurip. in Hel.

EX SACRIS.

PIetas est verus Dei cultus. Aug. Epist. 52.

Pietatis gradus, fides. idem super Euang. tract. 22.

Primus gradus pietatis est iste, vt quos autores tibi voluit esse Deus, honores obsequijs, abstinentias cõtumelijs, nec vultu lædẽda est pietas parentũ. Amb. ad

Pietatis genus est impium esse pro Domino. Hier. ad Marc.

Nemo pietatem anteferre debet religioni. idem ad Paulam.

Nulla est scientia, si vtilitatẽ pietatis nõ habet, & valde inutilis est pietas, si scientiæ discretione careat. Greg. in Mor.

Est aliqua pietatis pars, velle fieri pium. Eras. in Epist.

Sub quauis veste bene colitur pietas. ibid.

Penes Deum nec pietas sine iustitia est, nec sine pietate iustitia. Petr. Chrysol. ser. 145.

Rectus ordo est post Deum amare patres & amicos, si tamen necessitas venit, vt vtrumq; seruari non possit, odium in suos, pietas in Deum seruanda est. Hier. ad Paul.

Ille bene agit quæ pia sunt, qui scit prius seruare quæ iusta sunt, vt collatus in proximos misericordiæ riuulus, de iustitiæ fonte ducatur. Gregorius lib. Mor.

Perfecta pietas est, quæ antequã flectatur precibus, nouit considerare fatigatos. Cassiodor. 4. Epist.

Grandis in suos pietas, impietas in Deum est. Hier. in Epist.

Pietatem multi à progenitoribus discunt. Chrysost. sup. Epist. ad Corinth. Hom. 6.

Pietas magnus quæstus est. idem sup. Epist. ad Philip. ser. 9.

Pietas recondenda, non aurũ. idẽ de Miser. serm.

Deuotio.

DEuotio in frigidis accenditur afflatu, aspectu, vel memoria spiritualium virorũ. Bern. sup. Cant. ser. 18.

Deuotio, vnguentum est, animæ dolorem leniens. idem sup. Cantic. ser. 16.

Deuotionis, & charitatis feruori, ac dulcedini anhelans, nihil aliud, quàm osculum petit. idẽ sup. Cant. serm. 9.

Deuotæ Deo animæ vicissim apparet, & disparet Christus sponsus. idem sup. Cant. ser. 31.

Deuoti quiq; semper Deum orare debent dicendo: Citò nos anticipent misericordiæ tuæ. idem sup. Cant. ser. 84.

Deuotio est feruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicijs. Hugo.

Melius est deuotum in minoribus, quàm indoctum in maioribus professionibus inueniri. Cassio. in collect. Ioan. abbat.

Conscientia.

EX GRAECIS ET LATINIS.

SOla bona conscientia caret in vita metu. Bias apud Stob. Sola

Sola bona conscientia, libertas est. Periand. ibid.

Conscientia pudefacit. apud Stobæum.

Bona conscientia prodire vult, & conspici, ipsas nequitia tenebras timet. Sen. Epist. 98.

Multò negligentius custòdit ferrum bona conscientia. Quint. Declam 1.

Magna conscientia est, fœlicitatem meruisse. idem Decl. 9.

Conscientia mille testes. ibid.

Stulti malorum conscientia torquentur, sapientes bona præterita renouata grata recordatione delectant. Cicer. 2. de Finib.

A recta conscientia non oportet quenquam in omni vita sua transuersum vnguem discedere. Cic. ad Attic. lib. 3.

Nobis persuasum esse debet, si deos, hominésq; cælare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. honesta boni, non occulta quærũt. Cic. 3. Offic.

Conscientia, graue pondus est. idem 3. de Nat. deor.

Nullum theatrum virtuti cõscientia maior est. Cic. 2. Tusc.

Conscientiam à dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest. Cic. pro Cluent.

Si optimorum consiliorum, atq; factorum testis in omni vita vobis conscientia fuerit, sine vllo metu summa cum honestate viuemus. ibid.

Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum. idem ad Torq.

Magna est vis conscientiæ in vtranq; partem, vt nec timeant, qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccauerunt. idem pro Milone.

Maior honestatis fructus in conscientia, quàm in fama reponitur. Plinius Iunior lib. 1. Epist.

Nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam referẽda sunt, rectiq; facti non ex populi sermone merces, sed ex facto petenda est. ibid.

Multi famam, conscientiam pauci verentur. idem lib. 3.

Bona conscientia turbam aduocat: mala etiam in solitudine anxia, & solicita est. Senec. Epist. 43.

EX SACRIS.

SI conscientia criminis mordet, laus mundi parũ prodest. Aug.

Bene sibi conscius falsis non debet moueri conuitijs, nec æstimare plus ponderis in alieno conuitio, quàm in suo testimonio. Ambr. de Offic.

Duo sunt tibi necessaria, conscientia & fama: conscientia, propter te: fama, propter proximum. idem.

In omni, quod dicitur, tacitè semper debemus recurrere ad mentem, & interiorem testem, & iudicem requirere. Grego. sup. Ezech. Homil. 9.

Aduersus omnes casus sola sufficit bona conscientia. Erasm. in Epist.

Seipsum vnusquisque, & animum suum, seuerum iudicem, sui vltorem sceleris, & vindicem criminis habet. Ambro. in Epist. ad Const.

Nulla pœna grauior pœna conscientiæ. vir autem nunquam esse tristis, bene viue. Isid. lib. 2. Soliloq.

Conscientiæ criminosæ est, latere. Amb.

Conscientia bona coram Deo sufficit. Anselm. sup. Epist. ad Corinth.

Conscientia impiorum magna pœna est: piorum verò gaudium magnum. idem sup. Epistol. ad Corinth.

Faciens contra conscientiam ædificat ad gehennam. Ansel. sup. Epist. ad Rom.

Quid acquiri putatur, vbi bona conscientia perditur? aut in qua parte possit homo proficere, si innocentiam probatus fuerit amisisse? Cassiod. 4. Epist.

Humana conscientia semper in lubrico est. Greg. 11. mor.

Conscientia semper remanet accusatrix. ibid.

Conscientia delictorum est maxima omnium afflictionum. idẽ sup. 7. Psalm.

Liber est, quem conscientia non accusat. idem Epist. 9.

Conscientia mala bene sperare non potest. Augustin. in Psalm. 31.

Tranquillitate conscientiæ nihil excogitari beatius potest. idem 21. de Ciuit. Dei.

Conscientiam malam laudantis præconium non sanat, nec bonam vulnerat conuitium. idem contra liter. Petil.

Conscientiæ index, Deus est. Chrysost. in Symb. Homil. 1.

Conscientia, incorruptus iudex est. idem super Genes. Homili. 17.

Conscientia, sufficiens magister est. idem super Genes. Homil. 54.

Conscientia peccati, formidinis mater. idem sup. Psalm. 50. Homil. 1.

Conscientia est codex, in quo quotidiana peccata conscribuntur. idem sup. Psalm. 50.

In conscientia non potest fieri dolus. idem super Matth. Homilia 13.

Conscientia mala oculum perturbat. idem sup. Epist. ad Hebræ. Homil. 18.

Conscientia, tanquam in frænis equus repugnat. idem ad popul. Antioch. Homil. 41.

Templum.

EX GRAECIS ET LATINIS.

OMnibus commune asylum, Deorum ara. Eurip. in Heracl.

Alius animus sit intrantibus templum, quàm deorũ simulachra ex vicino cernenti. Senec. Epistol. 95.

EX SACRIS.

TEmplum Dei, fidelis quisque est. Grego. sup. Ezech. Homil. 15.

Templum Dei, est conscientia. idẽ sup. Euang. Homil. 37.

Templi decor, est pia habitantium religiositas. Bern.

Templum Dei facit ir, cuius non est decepta ratio, voluntas peruersa, inquinata memoria. idẽ in Dedic. eccles. serm. 2.

Festiuitas.

EX GRAECIS, ET LATINIS.

VIro bono omnis dies festus est. Diogen. apud Plut. de tranq. anim.

Festus maximè diebus animo imperandum est, vt tũc voluptatibus solus abstineat, cùm in illas omnis turba procubuit.

Senec. Epist. 18.

Non minus iucundi, atque illustres hi dies sunt, quibus conseruamur, quàm hi, quibus nascimur, quòd salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio, & quòd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur. Cicer. ad Caton.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator:
De grauc suspenso vomere cesset humus. Tibul. Eleg. 11.

EX SACRIS.

FEstiuitas sempiterna in domo Dei est. August. super Psal. 41.

Festiuitatibus sanctorum plures amplius de vanitate, quàm de festiuitate gaudent. Bern. sup. Cant. serm. 2.

Tria sunt, quæ in festiuitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus: auxilium sancti, exemplum eius, confusionẽ nostram. Bern. in serm.

Festum animæ sensatæ, ieiunium est. Chrys. de Iacob & Abrah.

Admiratio, & Miraculum.

EX GRAECIS.

RE, quarum natura est, vt casu accidant, mirabiles existunt. Arist. de Poët. 2.

Quod

Quod admirabile est, delectabile est. Arist. Rhet. 3.

Qui rei cuiusiibet inuestigare probabilem rationem satagit, is rerum miracula vbique tollit funditus, & euertit. Plut. Proble. Dec. 5.

Propter admirari cœperunt homines nunc, & primùm philosophari. Arist. Met. 1.

Qui dubitat, & admiratur, ignorare videtur. ibid.

Admiratio supernacaneorũ statim sequitur necessariorum indigentiam, eique contuberualis est. Plut. de conuiu. septem Sap.

EX LATINIS.

SVnt maximè mirabilia, quæ maximè inspectata. Plin. Iun. lib. 9.

Miracula plerunque assignuntur locis insignibus. Liuius 3. Dec. lib. 3.

Quàm magnus admirãtium, tam magnus inuidentium populus est. Senec. de vit. beat.

Auferunt nobis vocem, quæ fieri posse non credimus, & silentium est, admiratio subita miserorum. Quint. Declam. 9.

Admiratio, quæ maxima est, non parit verba, sed silentium. Gel. lib. 4.

Et hoc prauum, malignúmq; est, non admirari hominem admiratione dignum. Plin. Iun. Epist. 1.

EX SACRIS.

ADmirationem subtrahit paulatim assiduitas experiendi. Aug.

Admiramur multa, quæ non videmus. Chrysost. sup. Epistol. ad Corinth. Homil. 8.

Bona fœlicitatis pars est, nihil magnopere admirari. Erasm. in Epist.

Miraculum dicitur propriè illud, quod contigit contra naturam. apud Iurisper.

Miracula ex assiduitate vilescunt. idem super Euangel. Homil. 26.

Admiratio de rebus insperatis nascitur. idem lib. 1. de Genes. contr. Manich.

Miracula sunt introitus ad fidem. August. lib. 12. Confess. cap. 21.

Miracula non rerum virtute, sed Dei imperantis potestate fiunt. idem de mirac. sacr. script.

Miracula vara maiorem hominibus afferunt stuporem. idem tract. 9. exposit. Euang.

Signa infidelium causa fiunt. Amb. in Epist. ad Colos.

Miracula non præiudicant naturæ. Hier. ad Vitalem.

Mortuam animam suscitare, maius est miraculum, quàm corpus. idem serm. 45. de verb. Domini.

Diuina mirabilia semper debent considerari per studium, &

nunquam discuti per intellectum. Greg. in mor.

Miracula leguntur in populis, vt credantur, nec in populis tamen, nisi credita legerentur. Augustin. libr. 22. de Ciuita. Dei.

Dicamus aliquid Deum posse, quod nos fateamur inuestigare non posse, in rebus enim mirabilibus tota ratio faciendi est ipsa potestas faciendi. idem.

Nihil mirabilius in rebus humanis, quàm diligere inimicos. idem confess. lib.

Quicquid igitur mirabile sit in hoc mundo, profectò minus est, quàm totus hic mundus, id est, cœlum, & terra, et omnia, quæ in eis sunt, quæ certè Deus fecit. nam & omni miraculo, quod sit per hominem, maius miraculum est homo. quamuis igitur miracula visibiliũ naturarum videndi assiduitate vilescant: tamen ea cùm sapienter intuemur, inusitatissimis, rarísque maiora sunt. Augustinus 12. de Ciuitate Dei.

Miracula vt fiant hodie, nulla necessitas est. Chrys. sup. Matth. Homil. 20.

Miracula ferè calumnia notantur. idem super Ioann. Homil. 18.

Signa ingratis nihil persuadent. idem super Matth. Homil. 41.

Signorum petitio tentantium est. idem super Ioann. Homil. 23.

Signa incredulis dantur. ibid.

Signis non habet opus, qui prophetiæ attẽdit. Idem sup. Act. Homil. 19.

Signum datur, vt rem ipsam inquiramus. idem sermo. 8. super Epistol. ad Rom.

Homo prius mutandus est, vt mutentur opera. Augustin. serm. 22. de verb. Apost.

Gratiæ gratis datæ conuersis plerisque dantur. Gregori. 24. mor.

Miracula diuina considerandæ sunt, & non discutienda. Gregor. lib. 4. mor.

Qui inuisibilia despiciunt, visibilibus miraculis moueri aliquando possunt. idem 26. mor.

Miracula sanctorum insensibilitatis nostræ tenebras illustrãt. idem 27. mor.

Primitiua ecclesia miraculorum adiutorio indiguit. ibid.

Miraculis sanctorum fracta est violentia tyrannorum. idem 28. mor.

Miracula aliquando ex potestate, aliquando ex postulatione fiunt. idem in Dial.

Qui Deo familiarius seruiũt, aliquando mira ex potestate facere possunt.

Miracula sanctitatem ostendũt, sed non faciunt. idem in Euangel. 29.

Mira

Miracula facienti non prosunt. August. lib. 2. contra lit. Petil. cap. 55.

Creatio.

FActa nõ omnia propter vtilitatem hominis, sed quædam propter magnificentiam Dei. Chrysost. super Genes. Homil. 7.

Plantatio Dei, homo bonus. Bern. sup. Cant. serm. 22.

Plantæ Dei, animæ sunt. idem sup. Cant. serm. 58.

Rectus dominus rectum fecit hominem. idem sup. Cant. ser. 22.

Quicquid es, quicquid potes, debes creanti, redimenti, vocãti. idem de verb. Apost. serm.

Decorum à summo opifice in humano corpore formando seruatum est. Ambr. 1. Offic.

In hominis adiutorium omnia à Deo creata sunt. August. de ver. & fal. pœnit.

Creare plus est, quàm fingere. August. Epist. 28.

Non creauit Deus quod odiat. idem lib. 1. ad Simp. quæst. 2.

Omnis disciplina sapientiæ est, Creatorem, & creaturam cognoscere. ibid.

Creator omni creatura maior. idem in expos. cap. 3. Euang. Ioann.

Creatoris, & creaturæ diuersa subitantia. idem sermo. de temp. 28.

Omnia fecit Deus in pondere, mẽsura & numero. Bernar. in par. serm.

Creatura.

RAtionalis creatura ad imaginem Dei facta est. Grego. lib. 5. mor.

Omnia, quæ creata sunt, bona sunt. idem 9. mor.

Cuncta creata ex nihilo facta sunt. idem 16. mor.

Ex creatis cognoscimus, quantum à Creatoris sublimitate distamus. idem 26. mor.

Omnia creata habuerunt principia. idem 27. mor.

Creaturæ singulæ ratione quadam conditæ sunt. Chrysost. sup. Genes. Homil. 11.

Creatura omnis, serua est. idem de Trinit. serm.

Creatura omnis bona, etsi quibusdam non apta. August. confess. 7. cap. 14.

In creatura nihil displicet sanæ mentis homini. ibid.

In creaturis si quid erratum cogitamus, inde est, quòd non congruis sedibus ea quærimus. idẽ lib. 3. de lib. arbitr. cap. 2.

Omnis creatura in comparatione nihili, iure laudatur. idem lib. de ver. relig. cap. 42.

Aliter ratio, aliter visus creaturas æstimat. idem lib. 3. de lib. arb. cap. 5.

A creaturis aptas derivare simili-

litudines, non est irreligiosum. idem Epist. 119.

Creatura non à tempore, sed tempus à creatura cœpit. idem lib. 5. de Genesi. ad lit. cap. 5.

Creaturæ difficilius, quàm creator cognoscuntur. ibidem cap. 16.

Creaturis omnibus Deus vt vult vtitur. idem libro 3. de Trinit. cap. 3.

Creatura omnis Deo seruit velit nolit. idem in expos. Epist. ad Gal.

Creaturæ omnes bonæ valde: etsi alia alijs sit melior. idem super Epist. ad Rom.

Non creaturæ, sed earum abusus vituperandus. idem 11. de Ciuit. Dei cap. 22.

Ex creaturarum miraculis Dei potentia cognoscenda. ibid.

Creaturarum corruptio ordinem non turbat. idem de nat. bon. cap. 6.

Creaturarum laus in Deum referenda est. idem super Psalmo. 144.

Creaturarum causa est Domini voluntas. idem sup. Psal. 134.

Creaturarum species voces quædam sunt laudantium Deum. idem sup. Psal. 26.

Creaturæ hominis seruitio destinatæ sunt. idem lib. 2. medit. cap. 3.

Creaturarum amor magna creatoris iniuria illi præfertur. ibidem.

Continentia.

Continenter viuere paucorum est. Aug. lib. 1. de adult. coniug. cap. 10.

Continentiam Deus iubet per legem, dat per gratiam. idem Epist. 89.

Continentia à solo Deo est. Aug. lib. 6. conf. cap. 11.

Continentia maxima omnium cõingalis. idem de cont. cap. 1.

Vniuersaliter continentia nobis opus est, vt declinemus à malo. idem de continen. cap. 7.

Continentia libidinis, nisi in alijs vitijs contineas, cõtinentia dicenda non est. idem de cont. cap. 12.

Continentiam mulier viuente marito vouere potest, si eius consensu fiat. idem de bon. vid. cap. 10.

Continentia non corporis, sed animi virtus est. idem de bon. coniug. cap. 21.

Continentia plurimorum, ciuitas Dei citius completur. ibidem cap. 10.

Continentia non habet meritum, quæ gloriam humanam requirit. Bern. sup. Cant. serm. 8.

Continens cæteris paribus coniugato præfertur. Aug. lib. 10. de Ciui. Dei. cap. 36.

Continentiæ est, posse calcare ratione cupiditatem ferentem ad malas delectationes, & voluptates, & pati & tolerare pro natura

natura indigentiæ, & ægritudinis. apud Stob.

In virginali ac viduali continentia, non solùm nuptias capessere, sed etiam si non nubant, nubere velle, damnabile est. Grego.

Hospitalitas.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Hospitem inuitum detinere, inhumanum est. Home. Odyss. lib. 9.

Turpe est apud plorantes epulari hospites. Eurip. in Alcest.

Non conuenit tetricum hospitibus famulum esse, sed accipere affabili animo. ibid.

Hospes non prædabile genus. idem in Helen.

Turpius eũcitur, quàm non admittitur hospes. Ouid. 5. de trist.

EX SACRIS.

Disce Christiane sine discretione exhibere hospitalitatẽ, ne fortè cui domum clauseris, cui humanitatem negaueris, ipse sit Dens. Augustin. cont. hæres.

Qualem mercedem habent, qui propter Deum peregrinantur, talem habet qui suscipit peregrinantẽ: & sunt ambo æquales, & qui propter Deum refrigerat, & qui propter Deum laborat. Chrysost. super Matthæum 11.

Hospitio multò melius fertur malus, quàm eũcitur bonus. Augustin. Epist. 149.

Hospitem suscipiens, suscipit Christum. Greg. ex Regist.

Hospitalitatem nesciens, non fiat episcopus. idem sup. 1. Reg.

Hospitalitatis officio ad Christi cognitionẽ venimus. Augustin. lib. 2 quæst. Euang.

Hospitales angelos, & Christum suscipiunt. Chrysost. sup. Genes. Homil. 44.

Hospitalitatis non est, singula diligenter perscrutari. idem super Genes Homil. 51.

Hospitalitas non in sumptuosa mensa. idem super Genes. Homil. 43.

Zelus.

Zelus charitatis à Deo immissus, signum est aduentus Dei ad animam. Bernar. super Cant. serm. 70.

Zelus pietatis suauiter ardet: efficaciter exprel. ibid.

Zelum immittere, misericordiæ: zelum intendere, iudicij. ibidem.

Zelus veniam negans, furor est. Chrysost. de nom. Abrah. Hom.

Zelum temperare, misericordia. ibidem.

Infirmitas.

INfirmitas multorum nec contemnenda, nec valde curanda. Chryſoſt. in Act. Hom. 46.
Chriſtiana infirmitas, fortitudo eſt. Amb. ſerm 22.
Infirmitas, virtutis officina eſt. idem ſup. Pſalm. 36.
Imbecillior fortiorē mouere poteſt.

Simplicitas.

SImplicitas malitiæ locum dat. Chryſoſt. de Adam & Eua, Homil.
Simplicitas, via eſt ad philoſophiam. ibid. ſup. Act. Apoſt. Homil. 19.
Simplicitas ſapientiæ coniuncta eſt. Tert.
Simplex eris ſi te mundo non implicaueris, ſed explicaueris: explicando enim te mundo, ſimplex, implicando, duplex eris. Aug. Homil. 2 ſup. Ioan.
Omnibus nobis in conuerſionis initio nulla virtus magis neceſſaria eſt, quàm ſimplicitas humilis, & grauitas verecūda. Bern. in ſerm. quod.
Simplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt, et ſtulta: rectitudo autem ſine ſimplicitate auſtera nimirum exiſtit & dura: verūm vtraque virtus coniuncta perfectum reddit hominē. Bed. de temp. ſal. lib. 1.
Simplicitas cōtraria dolo cōmendatur. Lact. lib. 1.
Simplicitas quaſi ſine plicatione. Anſel. ad Rom.
Simplices perfectiſſimis adhærentes, eorum intellectu paſcuntur. Greg. 2. mor.
Simplicitas manſuetudinem notat. ibid. lib. 1. mor.
Simplicitas candor eſt, & operationes eius. Ber. ſup. Cāt. ſer. 71.
Simplices diligit Deus. Aug. in Quæſt. ex vtroque Teſtam.

Impietas.

IMpietas timida eſt. Chryſoſt. de verb. Eſaiæ, Homil. 5.
Impietas mors animæ. ibid. ſuper Epiſt. ad Rom. ſerm. 3.
Impietas non differt à ſuperbia. Greg. 32. mor.
Impietas ad infidelitatem pertinet. Greg. ſup. Ezech. Hom. 11.
Impij tentationibus non reluctantur, ſed ac quieſcunt in eis. ibidem 9. mor.
Impij tot habēt in mundo effugia, quot ſibi præparant delectamenta. ibid.
Impius ſemper paſſionibus agitatur. ibidem.
Lux impiorum eſt poſteritas vitæ præſentis. ibid. 14. mor.
Impij in fine cognoſcunt, quàm breuis ſit laus vitæ præſentis. ibid. 14. mor.
Impij tanto magis in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. ibid. 15. mor.
Impiorum oculos culpa claudit, ſed pœna aperit. ibid.

Impius

Impius eſt, qui à religionis pietate ſeparatur. ibidem 25. mor.
In hoc mundo non omnia impiorum ſcelera punit Deus. ibid.
Iniquitas pluſquam peccatum ſonat. Greg. in 10. mor.
Qui diu in iniquitate tolerati ſunt, ſubita morte rapiuntur, vt nec flere liceat ante mortem qui peccauerunt. ibidem. 15. mor.
Iniquis obſequente diabolo, vitia vitijs ſuccedunt. ibid. 12. mor.
Iniquus iuſtis & imuſtis nocet. ibidem.
Iniqui maiorum malorum debitores, ſupplicijs traditi, vſq; ad nouiſſimum quadrantem perſoluent. ibidem.
Iniqui partem à Domino, quàm ipſum Dominū habere maluerunt. ibidem.
Iniquorum nequitia tranſit ad pœnam. ibid. 15. mor.
Iniqui appetunt non obſtantibus futuris ſupplicijs hic ſecundum votum viuere. ibid.
Iniqui ſemper iuſtorum afflictiones expectant. ibidem.
Iniqui quotidie ad ſupplicium trahuntur, & neſciunt. ibid.
Iniqui mens plus, quàm aquæ ſuperficies, inſtabilis eſt. ibid.
Iniquus morienti quoſdam reuocat terrore tormenti, quos ad peccatum traxerat. ibid. 18. mor.
Iniqui ſunt vmbræ diaboli. ib. 32. mor.
Iniqui contra correctionem ſeuta diaboli opponunt. ibi. 33. mor.
Iniqui peccata præterita vident, ſed præſentia non vident. ibid.

Peccatum.

EX GRAECIS, ET LATINIS.

VEriſimile eſt in multis magis fieri peccatum, quàm in paucis. Ariſt. Top. 7.
Æquè facinori videtur obnoxius, qui auxilium præſtat agenti, & qui perpetratum facinus quaſi iure factū collaudat. Plut. de Clar. mulier.
Facilis ad infernum via eſt. clauſis enim oculis illuc itur. Rion apud Diogen. lib. 4.
Qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult. Senec. Epiſt. 28.
Multum intereſt, vtrùm aliquis peccare nolit, an neſciat. ibid. Epiſt. 91.
Peccare eſt, tanquam tranſilire lineas. Cicer. Parad. 3.
Peccare certè licet nemini. ibidem.
Peccati dolor, & maximus & æternus eſt. ibid. ad Atticum.
Quæ parua videntur eſſe delicta, nec à multis intelligi poſſunt, ab his etiam diligentius eſt declinandum. Cicer. 1. Offic.
Præter culpam & peccatū homini nihil poteſt accidere quod ſit horribile, atq; pertimeſcendum. Cicer.
Singulis criminibus ſingulæ velut

causæ cõtinẽtur. Plin. Iun. li. 9.

Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur. Iuuen. Sat. 8.

Oderũt peccare boni virtutis amore. Horat. Epist.

EX SACRIS.

HOmo sine querela potest esse, non autem sine peccato. August in Quæst. ex vtroque testamen.

Quia impunitum non debet esse peccatum, punitur à te, ne tu pro illo puniaris: peccatũ tuum iudicem te habeat, non patronum. ibidem.

Desinũt esse peccata, quæ propter grauiora vitanda, suscipiũtur, ibid. in quod. sermo.

Sicut nonnunquam grauius est, peccatum diligere, quàm perpetrare: ita nequius est odisse iustitiam, quàm non fecisse. Hieron. in Epist.

Vsitata culpa obligat mentem, vt nequaquam surgere possit ad rectitudinem: conatur, & labitur, quia vbi diu sponte perstitit, ibi & cùm noluerit coacta cadit. Greg. sup. Euangel. Homil. 31.

Vnius delicto multorum merita quatiuntur. Ambr.

Quæ quis timore pœnæ adhuc bona agit, nondũ penitus à malo recessit, qa eo ipso peccat, quòd peccare vellet, si impunè posset. Grego.

Peccati cessatio, radix est veniæ. Tertul.

Magna crimina & tardè credenda sunt, cùm audiuntur, & cìtius punienda cùm veraciter agnoscuntur. Bern. sup. Cant.

Timendum est, ne nobis cadẽtibus surgat, qui nobis stantibus irridetur. Greg.

Grauior culpa est post veniam, renouatum vulnus peius dolet post curam. Chrysost.

Delictum idem apud diuersos non semper meretur eandẽ pœnam. Basil.

Peccat grauius, qui sæpius peccat. ibid.

Libenter peccat, qui peccare se sentit. Lact.

Ipse peccati aspectus indignus est. ibid. de ira Dei.

Vitiosa est in peccatis iræ cohibitio ibid.

Natura omnes homines æquales genuit, sed alios alijs culpa posponit. Greg.

Peccatum ex peccato nascitur. ibidem.

Malum est nobis de nobis, quia dimisimus te, dimisisti nos nobis. August. de verb. Dom. ser. 4.

Quantum ad rationẽ peccati pertinet, nocuit qui nocere disposuit. Hier. in Epist.

Ex quo incipit homo præcepti esse capax, ex illo incipit posse peccare. Augusti. 3. de lib. arbit.

Peccatum quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo est, sed peccatum est, & pœna peccati. Greg. 24. mor.

Primum peccatum est cogitasse, quæ mala sunt: secundum cogitationibus acquieuisse peruersis: tertium quod est deterius, opere complesse: quartum non facere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto. Hier. 1. sup. Amos.

Nonnunquam in paruo deterius, quàm in maiore peccatur. maior enim quò citius quiescit, culpa cognoscitur, eò etiam celeriùs emendatur: minor verò, dum quasi nulla creditur, eò peius, quò & securius in vsu venit. Grego. Homil. 32.

Quare peccas? quia nescis quid facias? absit. quia cogeris vt facias? absit. sed quia placet, vt sic facias. Bern. in quod. serm.

Maioris est culpæ, manifestè, quàm occultè peccare. duplicitèr enim reus est, qui apertè deliquit: quia & agit, & docet. ibid.

Leuissima culpa est, non præuidere quod sapientissimus quisq; prouidisset. apud Iurisconsul.

Lata culpa est nescire iura ciuilia, quæ omnes scire debent. ib.

Culpa non est facere quod facit maior pars hominum. ibidem.

Delinquens in vno, factus est omnium reus. ibid.

Delinquendi materia debet præcedi. ibdem.

Nocens est, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcit, vt pluribus noceat. Lact. de ira Dei.

Peccatũ nihil est, & nihil sunt homines, dum peccãt. Augu. sup. Ioann.

Quis peccat in eo, quod nullo modo cauere potest? ibid. libr. 3. de libe. arbit.

Peccantium multitudo impunitatem non facit crimini. Ambr. ad virg. lapsæ.

Peccatores emendandi, non abiiciendi. ibid.

Peccata minima pro maximis cauenda sunt. Hieron. ad Sel.

Culpa fauoribus nutrita incessanter crescit. Greg. lib. 5. mor.

Culpa deleta, si delectat, rursum animam maculat. ibidẽ lib. 9. mor.

Cùm culpa animam tentat, mens vitæ brœuitatem inspiciat. ib.

Culpa priꝰ in cogitatione est, postmodum in opere. ibid. lib. 14. mor.

Vitam animæ quælibet culpa polluit. ibid. lib. 10. mor.

Culpa peruersis sua pœna est. ibidem. 15. mor.

Culpa superbiæ est docere meliorem. ibidem. 16. mor.

In culpa nulla libertas est. ibid. 15 mor.

Peccare leuius est, quàm post peccatum non pudere. Chrysost.

Peccatores equi diaboli sunt. ibid. aduers. Iud. orat. 3.

Peccator hic punitus, beatior impunito.

punito. ibidē sup. Luc. cap. 16. de Laz. Conc. 3.

Peccatorum magnitudinem scire, non parua via ad virtutis reditum. ibidem in cap. Genes. 1. Homil. 6.

Peccati pœna peccatum est. Chrysost. de Adam & Eua. Homil.

Peccati natura, grauissimum pondus. ibid. de Iacob, & Esau. ser.

Peccata omnia confiteri, impossibile. ibid. in illud Psalm. Quis est homo, &c.

Peccatum magnus dæmō. ibidem. sup. Matth. cap. 5. Homil. 16.

Peccatum plumbi talentum est. ibidem. sup. Matth. cap. 1. Homil. 1.

De peccatu non dolere, exitiale. ibidē ex Luc. cap. 16. de Laz. conc. 4.

Peccatum omne ex stultitia ortum habet. ibid sup. Ioan. cap. 6. Homil. 41.

Peccata quæ publicè nocent, maximè vitanda. ibid. sup. Ioann. cap. 12. Homil. 67.

Peccatum impudentiores facit. ibidē sup. Act. Apost. cap. 4. Homil. 19.

Peccatum relinquit in anima venenum. ibidem sup. Act. Apostō. cap. 19. Homil. 41.

Peccatum omne corruptio est. ibidē. sup. Epist. ad Ephes. ser. 20.

Peccata aliorum pios modestos reddunt. ibid. sup. Epist. ad Philipp. sermo. 10.

Peccatorū rogus lachrymis extinguendus. ibid. de pœnit. Hom. 5.

Peccatorū memoria, vtilis res est. ibid. de pœnit.

Reatu culpæ depressus, ad Deum leuare faciem non audet. ibid.

Culpas nostras negligēdo, earum iudicium ignoramus. ibid.

Culpa præcedens est causa sequentis, & sequens est causa præcedentis. ibid. 25. mor.

Culpæ culpis feruntur. ibid.

Pœna debetur culpæ, nō præmiū. ibid. 16. mor.

In parua deterius aliquando, quàm in maiore culpa peccatur. ibid. in Past.

Culpa populi aliquando prælato inscribitur. ibid. sup. 1. Reg.

Sicut ager ad medicum, sic peccator se habere debet ad Deum. Bernard. in sentent. suis.

Peccator dissolui nō cupit, sed formidat. Bern. sup. Cāt. serm. 56.

Peccator humilis melior est quàm iustus superbus.

Peccatorum culpa Deo inculpatissimo non est scribenda. Chrysost. sup. Genes. 14.

Culpa non necessitatis est, sed voluntatis. ibidem sermon. 5. in cap. 2. Epist. ad Roman.

Peccata & vitia sunt tanquam parietes inter Deum & homines mediantes. Bern sup. Cant. sermo. 56.

Peccatū morbus est animæ. ibid. de aduent. Domin. Homil. 1.

Homo peccando, Dei similitudinē perdit. Greg. 19. mor.

Homo

Homo & peccator, quasi duo rei sunt. Augustin. tract. 13. in Euang. Ioan.

Infernus.

GEhennæ supplicio amissio regni cœlorū grauior. Chrysost. sup. Matth. Hom. 24.

Gehennam esse ne per experientiā discamus. idem sup. Epistol. ad Rom. ser. 32.

De gehenna persuasum esse, multum vtilitatis affert. idem sup. Epist. ad Thessal. Hom. 8.

Gehenna Dei prouidentiam commendat. idem sup. Epist. ad Timoth. Homil. 15.

Infernus, terra tenebrosa est. Gregor. 9. Mor.

In inferno dolor dilaniat, & pauor angustiat. ibid.

Inferno profundior Deus est. ibi.

Apud inferos nulla nec veritas, nec ratiocinatio est. Augustin. de Ver. relig. cap. 51.

In inferno alius alio miserior. idem in Enchir. ad Laurent. cap. 3.

Diabolus.

DIabolus cùm seruos Dei tentat, etiā vtilitati seruit: cùm eos per tentationes suas non decipit. Bern. ad Sor.

Diabolus scandalorum magister. idem in Epist.

Diaboli abiectio nobis debet esse humiliationis occasio. idē sup. Cant. ser. 55.

Inuidet diabolus humano generi, volens illud habere subiectum, quia præuidit hominem Deum futurum. Bernard. sup. Cantic. serm. 18.

Diaboli multa nomina. Hieron. ad Damas.

Diabolus sanctos adoritur. idem ad Eustoch.

Antichristus in fine mundi aduenit. Gregor. lib. 4. Moral. cap. 11.

Sicut Christus simplices, & idiotas elegit, ita antichristus astutos, & duplices in fine mundi eliget. Greg. lib. 3. Mor. cap. 6.

Antichristus volet videri Deus. idem sup. 1. Reg. cap. 2.

Antichristus sua fallacia breui tempore prosperabitur. idem Mor. 29. cap. 10.

Tota virtus diaboli in antichristo stringitur. idem Moral. 32. cap. 11.

In persecutione antichristi, prædicatio & patientia sanctorum periclitabitur. Greg. 3. Mor. cap. 4.

Antichristus erit gladius diaboli. ibid.

Dæmonum manus euadere, magnum, imò maximum est. idem in 1. Reg.

Dæmones bene agentibus semper inuident. ibid.

Dæmonia in cordibus reproborū tot

tot requiescunt, quot desideria immunda. ibid.

De diaboli manu non euaditur, nisi citius ad pœnitentiam recurratur. idem 1. Mor.

Diabolus primò opera nostra, deinde verba, & tandem cogitationes accusat. idem 2. Mor.

Cùm diabolus mala, quæ accusat, non inuenit, ad malum flectere ipse bona quærit. ibid.

Non est formidandus diabolus, sed vir diuina timenda. ibid.

Diabolus à facie Domini exijt, quia potestatem tentationis accipiens, ad malitiæ suæ vota peruenit. ibid.

Diabolus nõ solùm intuetur, quid faciat, sed quando faciat. idem 2. Mor.

Diabolus acrius insurgit, quando disciplinæ custodes ventri seruire cognoscit. ibid.

Diabolus humilitate nostra sternitur. ibid.

Diabolus patientia nostra superatur. ibid.

Diabolus sæpe nostris cogitationibus se interserit. idem 3. Mor.

Diabolus non solùm per seipsum, sed & per eos, qui nobiscum sunt, nos tentat. idem 4. Mor.

Diabolus quò valentius vincitur, eò adhuc ad insidias ardentius instigatur. ibid.

Nullus ad hunc mundum venit, qui non diaboli aduersa sustinuerit. ibid.

Diaboli versutia baptismi sacramento superatur. idem 4. Mor.

Diabolus non cessat primã, quam intulit, culpam augere. ibid.

Diabolus cum reprobis vna persona est. ibid.

Diabolus contra consentientes fortis est, contra resistentes debilis. ibid.

Diaboli alijs leo, alijs formica. ibidem.

Dentes diaboli sunt bonorũ persecutores. idem 9. Mor.

Diabolus nocendi potestatem non habet, nisi ei voluntas Dei permiserit. idem libro 14. Mor.

Insidiæ diaboli bonorum vtilitati seruiunt, quos purgant, dum tentant. idem 16. Mor.

Omnis voluntas diaboli iniusta est, & tamen omnis eius potestas iusta. idem 18. Mor.

Diabolus lenigat, quæ Deus minatur. idem 24. Mor.

Diabolus coërcere negligit, quos quieto iure se possidere sentit. ibidem.

Diabolus in reproborum cordibus, quasi in antro suo latet. idẽ 27. Mor.

Diabolus sub virtutum specie, in qua nobis opponit. idem 31. Mor.

Diabolus victus de tentatione libidinis, elationem suggerit de seruata castitate. ibid.

Diabolus in peccatoribus ardentius ante mortem satagit, omne exagg

exaggerãs peccatum. idem 32. Mor.

Diabolus expulsus, acriores conatur instigere stimulos. ibid.

Casus diaboli debet hominem ab elatione terrere. ibid.

Diabolus est Dei seruus sempiternus ex pacto. idem 33. Mor.

Diabolus se transfert interdũ in angelum lucis. ibid.

Diabolus aliter tentat iustos, aliter mundanos. ibid.

Diabolus tantò crudelius sæuit, quantò magis mundus senescit. ibidem.

Diabolus prius tentandum virtutibus spoliat, quàm qui tentatur, intelligat. ibid.

Diabolus plures varijs illusionibus decepit. idem 34. Mor.

Diabolus est lupus oues dilaniãs. idem in Euang. Hom. 13.

Diabolus à secũdo homine eisdem tentationibus victus est, quibus primum vicerat hominem. idem in Euang. Homil. 17.

Diaboli insidias subtiliter cauere debemus. idem ex Regist. lib. 5.

Diabolus otiosæ menti cautè insidiatur. idem ex Regist. lib. 7.

Diabolus tantò ardentius sæuit, quantò feruentius ad cœlestem patriam anhelare cognoscit. ibidem.

Dæmonibus non credendum est, si vera dicant. Chrys. sup. Luc. de Laz. conc. 1.

Dæmones etiam vestes sanctorum formidant. idem contra Gent. lib. 1.

Satan etiam in somno nos tentat. idem sup. Act. Apostol. Homil. 41.

Satan ex hominibus bruta facere studet. idem ad popul. Antioc. Homil. 50.

Diabolus mala bestia. Chrysost. sup. Gen. Hom. 42.

Diaboli ars est per similitudines decipere. idem sup. Matth. Homil. 47.

Diabolus mansuetos, humiles, castos, eleemosynarios, etiam habet. idem sup. Matth. 4. Homil. 5.

Diabolus, tyrãnus crudelis. idem sup. Matth. Hom. 14.

Diabolus apud diuites non opus habet multo labore. Chrysost. sup. Act. Apost. Hom. 52.

Diabolus ex nobis ipsis sortitur occasionem. idem ser. 4. sup. Epist. ad Cor.

Diaboli locus, peccatum. idem ser. 8. sup. Epist. ad Rom.

Diabolus lutum præbet, vt aurũ auferat. idem ad pop. Antioc. Homil. 31.

Diabolo mali principium inuadendi præstant. ibid.

Hostis antiquus in iuuenum nequitia valde resicitur. Gregor. sup. 1. Reg.

Hostis inuisibilis credendo vincitur. August. ser. 8. de Verb. Domini.

Hostes indefessi nos assiduè oppugnant

gnant modò apertè, modò fraudulenter, quos ne videre quidem possumus, quàtò minus cauere. Bernar. sup. Euang. sept. pan. ser.

Satan nihil facere putat, nisi animam sauciet. Greg. 2. Mor.

Dæmones voluntatem nocendi habent, sed non potestatem. August. 2. de Trin. cap. 7.

Dæmones vafri sunt, non sapientes. idem 11. de Ciuitate Dei. cap. 4.

Dæmones superare omnes possumus. idem lib. 5. contra Iulian. cap. 4.

Damnatus.

DAmnati nõ solùm foris sentiunt tormenta, sed etiam intus cruciantur. Gregor. lib. 6. Mor.

Damnati per ignem cruciantur in corpore, & per dolorem ardent in mente. idẽ lib. 16. Mor.

Damnatus ad pœnam seruatur cognitio, & memoria. idem in Euang. Hom. 39.

Nullus sine cogitatione damnandus est. idem ex Regist. lib. 2.

Damnati in inferno vident beatos in cœlo. idem in 1. Reg.

Maxima pœna damnatorum est, carere fruitione diuina. Aug. in Enchir. cap. 14.

Damnationi æternæ nullum malum potest comparari. idem de Catech. rud.

Iudicium extremum.

QVs iram Christi toleret, cuius mansuetudo non potuit tolerari. Gregor. sup. Euang. Hom. 2.

Iudicij extremi consideratio nos deterret à peccatis. Ambr. ad Virg. lapsã.

Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco: siue enim comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis, Surgite mortui, venite ad iudicium. Hier. in Epist.

Iudicij tempus misericordiam nõ recipit. Chrysost.

Vnusquisq; in eo iudicabitur, in quo inuentus fuerit. August. de Salut. docum.

Pessimè iudicabuntur falsò iudicantes. idem sup. Psal. 25.

Melius est, Christi iu modo arguentem, & docẽtem audire, quàm in die iudicij iudicantem. Ber. sup. Psal.

Delictorum in die iudicij sera recordatio est. Chrys. sup. Matth. Homil. 55.

Iudicium Dei non indiget accusatore.

Hæc homini sententia imputatur, in qua moritur. August. ex vtroq; test. 102.

Iudex supremus ante iudicium placari potest, in iudicio non potest. Greg. 15. Mor.

In die iudicij reprobi erubescent. Greg.

Greg. 8. Mor.

Iudicium Dei nec peccator, nec iustus effugit. idem 9. Mor.

Malos in iudicio & boni, & mali accusabunt. idem 15. Mor.

Proponendum est contra se futurum iudicium. idem 23. Mor.

Quidam in iudicio iudicantur, & pereunt: quidam in iudicio nõ iudicantur, & regnant. idem 25. Mor.

Christus in iudicio tranquillus in suis, & iratus apparebit iniustis. idem 31. Mor.

In die iudicij pœnitentia impiorum irrita erit. idem 33. Mor.

Ad iudicium sine intermissione properamus. idem sup. Euang. Homil. 15.

In iudicio pastores cum suis gregibus apparebunt. ibid.

Iudicij venturi sententiam fugere per pœnitentiam possumus. Greg. in Regist.

Iudicia Dei.

IVdicia diuina dum nesciuntur, nõ audaci sermone discutienda sunt, sed formidoloso silentio veneranda. Greg. in Mor.

Rationem de occulto Dei iudicio quærere, nihil aliud est, quàm cõtra eius consilium superbire. idem Homil.

Operum Dei causa si lateat hominem, non se obliuiscatur esse hominem, nec propterea Deo det insipientiam, quia non bene ea

pit eius scientiam. August. de Spir. & lit.

Iudiciorum Dei contemplatio tremorem inducit, & efficit ad sapientiam initia contemplãtem. Bern. sup. Cant. Serm. 34.

Quia homo de humo sumptus est, iudicia Dei discutere dignus non est. Greg. 11. Mor.

Tanta debent iudicia Dei humilitate venerari, quanta obscuritate nequeunt. Idẽ 27. Mor.

Inuisibilia.

INuisibilia Dei per animam rationalẽ, quàm per alia, quæ facta sunt, melius conspiciuntur. Bern. sup. Psal. 84.

Inuisibilia credenda multis argumentis probata. Aug. de Fide rerum inuis.

Inuisibilium omnium maximum, Deus est. idem lib. 11. de Ciuit. Dei. cap. 4.

Inuisibilia in nobis meliora sunt. idem Ser. 17. de Verb. Apost.

Ira Dei.

IRa Dei tunc metuenda est, cùm peccata non punit. Bern. sup. Cant. Serm. 42.

Non dolere, quia peccaueris, magis indignari facit Deum, atq; irasci, quàm id ipsum, quod ante peccaueras. Greg. 5. Mor.

Ex ira Dei est ad bonũ tarditas, ex ira Dei est ad malum pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

nitat. Auguſt. in Ench. cap. 7.

Ex ira Dei aliquando delicta nō intelligimus, ne pœnitentia ſequatur. Cypr. lib. 1. Epiſt.

Diuinitati Dei ſecreta mentis patent: ita viuamus, vt & propitiū ſemper habeamus, & nunquam mereamur iratū. Lact. de Ira Dei.

Dei indignatio, non vltionis executio, ſed abſolutionis operatio magis eſt. Ambr. 1. de Pœnit.

Ad iram Deus prouocatur, quando mala in Deum non puniuntur. Greg. in Regiſt.

Deus tratus aliquando petentibus concedit petita. Auguſt. 1. de Pecc. & merit.

Quis Chriſti iram toleret, cuius manſuetudo non potuit tolerari? Greg. ſup. Euang. Hom. 2.

Excommunicatio.

SEntentia excōmunicationis paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta metuenda eſt. Greg. in Regiſt.

Si quis illicitè quempiam excommunicat, ſeipſum, nō illum excommunicat. ibid.

Infidelitas.

IGnorantiam infidelitas parit. Chryſ. ſup. Epiſt. ad Timoth. Homil. 3.

Librorum diuinorum nullam conſuetudinem habens, nō mirum incredulum eſſe. idem aduerſ. vitup. vit. monaſt. lib. 3.

Incredulitas quietem animi parit. idem ſup. Epiſt. ad Corinth. Homil. 17.

Incredulitas peccatum peccatorum omnium. Aug. ſerm. 60. de Verb. Dom.

Infideles Chriſtum contumelijs laceſſere non ceſſant. Gregor. lib. 6. Mor.

Reſurgunt infideles non ad iudicium, ſed ad tormentum. idem 26. Mor.

Sine obedientia quiſque infidelis eſſe conuincitur. idem.

Infidus homo ſuo malo cordatus eſt. Auguſt. lib. de Beat. vit. diſput. 3.

Infidelium vita omnis, peccatum eſt. idem lib. Sentent. 106.

Infideles quantumuis probi, bonī tamen dicendi non ſunt, ſed mediocriter mali. idem ſuper Pſal. 25.

Infidelium numerus ſemper maior. Idem ſup. Pſal. 114.

Infidelium pater, diabolus: & mater, Babylon. idem ſup. Pſal. 26.

Tentatio.

TEntari tantum permittitur, quantum nobis prodeſt. Aug. ſup. Pſal. 61.

Tentatione vnuſquiſque ſe diſcit. Idem ſup. Pſal. 36.

Tentatio ad probationem non ad deſolationem eſt. Ber. ſup. Pſal. Credentes & baptizati ad tentationem

tionem ſtatim præparādi ſunt. Baſil. in Sum. mor.

Tentationibus nemo ſe vltrò obijciat, ſed oremus potius, ne intremus in tentationem. ibid.

Tentationibus reſiſtendo victoria acquiritur. Bern. de Quadrag. Serm. 5.

In tentationibus & afflictionibus eſſe, diuinæ prouidētiæ eſt. Chryſoſt. ſup. Gen. Hom. 44.

Tentationes ſignū ſunt, quòd deus noſtri curam habeat. idem ſup. Gen. Hom. 33.

In tentationes ſæpe iuſti cadūt, & improbi euadunt. idem ſup. Geneſ. Hom. 33.

Tentationes quædā eueniunt Deo permittente, quædam Deo iubente. idem ſup. Epiſt. ad Hebr. Homil. 25.

Tentationum natura religioſiores facit. idem ſup. Matth. Hom. 11.

In tentationibus armatura deprecatio eſt. Chryſoſt. ſup. act. Apoſt. Homil. 3.

Quicunque tentatur, iuſtè tentatur. Greg. 17. Mor.

Aliud eſt tentari, aliud tentationi conſentire. Idem 21. Mor.

Differenter tētamur vitijs, & afflimur flagellis. Idē 23. Mor.

Immunda tentatio ab ipſo homine naſcitur. Idem 11. Mor.

Tentationibus reſiſtere non poteſt qui verbi Dei gladium poſtponit. idem 19. Mor.

Feſtinè reſiſtendum eſt tentationi in corde naſcenti, nam ſi tentim roboratur. Idem 21. Mor.

Tentationis violentia cogitationes virtutum deturbat. Idem 26. Mor.

Tentatio cuique ſit, iuxta mores ſuos. Idem ſup. 1. Reg.

Tentatio immundorum ſpirituū, nox eſt. ibid.

Tentatus deuotione vincit dæmonem. ibid.

Tētati morti appropinquant, niſi per Deum liberentur. Idem 23. Mor.

Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato, ſine tentatione, quia profectus noſter per tentationem noſtram fit, nec ſibi quiſquā innotescit, niſi tentatus, nec poteſt coronari, niſi vicerit, nec poteſt vincere, niſi certauerit, nec poteſt certare, niſi inimicum, & tētationes habuerit. Aug. ſu. Pſal. 60.

Duplicem aciem producit mundus contra milites Chriſti: blanditur enim, vt decipiat: terret, vt frangat. Non nos teneat voluptas propria: non nos terreat crudelitas aliena, & victus eſt mundus, ad vtroſque aditus occurrit Chriſtus, & non vincitur Chriſtianus. Auguſt. in Serm. ſanct. Vinc.

Bonus ſi fuerit, qui tibi præeſt, nutritor tuus eſt. malus ſi fuerit, tentator tuus eſt, & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approba te. Auguſt. de Verb. Dom. Ser. 6.

Deus ipse omnium rector, ac dominus cum omni angelorum milicia certamen tuum expectat, tibique contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronã. Ambr. in quad. Epist.

Plerunque qui plus in contemplatione rapitur, contingit, vt amplius in certamine fatigetur, sicut quibusdam contingere bene proficientibus solet: quorum mentes dum aut compunctio mentis afficit, aut contemplatio super semetipsam rapit, statim etiam tentatio sequitur, ne de ijs, ad quæ rapta est, extollatur. Greg. Hom. 2.

Hostis noster quantò magis nos sibi rebellare conspicit, tantò amplius expugnare contendit. eos enim pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. ibidem.

Humanum est in corde tentationem perpeti: dæmoniacum verò est in tentationis certamine, & in operatione superari. Gregor. in Past.

Hostis nostri malitia tanta arte se palliat, vt plerunque ante deceptæ mentis oculos, culpas virtutes fingat, vt inde quisque quasi expectet præmia, vnde æterna dignus est inuenire tormenta. Greg. in Mor.

Quis sit spiritus, qui loquitur, ipsa suggestio declarabit: semper enim spiritus carnalis mollia, spiritus mundi vana, spiritus malitiæ semper amara loquitur. ibid.

Antiquus hostis ex proprio certamine dum se succumbere considerat, ad alia tentationum bella reparat: intuetur humani generis vnius cuiusque mores, cui vitio propinqui sint: & illa opponit ante faciem, ad quæ facilius nouit inclinare mentem. ibid.

Non impulit, non tetigit: sed tamen dixit, Mitte te deorsum, vt intelligamus, quòd qui obedit diabolo, ipse se deponit. diabolus enim suggerere potest: cogere non potest. Chrysost. sup. Matth.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

